

L. ANNAEI SENECAE

PHILOSOPHI

AA. 6.

OPERA OMNIA

QVAE SVPER SVNT

RECOGNOVIT ET ILLUSTRAVIT

FRIDERICVS ERNESTVS RVHKOPF.



VOLUMEN TERTIVM.



L I P S I A E

I N L I B R A R I A W E I D M A N N I A

M D C C C V.

AA



10259

A566



EPISTOLA LXXVI.

A R G V M E N T V M.

Vt denuntiet amico, quae quotidie faciat, narrat se Philosophi Metronactis disciplina uti Neapoli, etiam ideo ut suo exemplo doceat, vel seni esse discendum, in urbe tanto voluptatum ardore flagrante atque tam amoena. Admonet itaque et Lucilium, ut pergat in studio philosophiae, cuius unius ope ad unum hominis bonum pervenire possit, h. e. honestum, cuius adiungit explanationem in arctum contractam. Constat autem ratione perfecta unum et suum bonum hominis, quae virtus vocetur ideoque honestum: cuius possessio una laudem, inopia improbationem homini conciliat, etiamsi divitiis aliisque egregiis eiusmodi rebus sit praeditus. At illa virtus hominem validiorem, ampliozem, meliorem facit: ideoque regula actionum vitae est honestum cum sapientia coniunctum et omni adhaec periculo excluso, ne in stultitiam revolvatur, et reliquis pro nec bonis nec malis habitis. Solum autem bonum est honestum. Breviter percurrit quaedam in proxima epistola iam tractata, ad hoc unum hominis bonum spectantia. Laudat denique vim virtutis s. honesti, quam propter ipsam unam, non propter consequentias solas exercendam esse docet. — Attigit hanc diffensionem philosophorum de eo quod sit bonum disputantium Tiedemann System der stoisch. Phil. III. p. 40 sqq. Cf. J. Stobaei Eclog. II. c. 7. p. 79 ed. Heeren.

Inimicitias mihi denuntias, si quidquam ex his quae quotidie facio, ignoraveris. Vide quam simpliciter tecum vivam: hoc quoque tibi committam. Philosophum

ANIMADVERSIONES.

§. 1. *Inimicitias mihi denuntias]* De hoc more, quem maioribus fuisse dicit Tacit. Annal. VI, 29. quoties dirigitur, Vol. III.

merent amicitias, interdicendi domo, eumque finem gratiae ponendi, cf. Lipsii Exc. 2. in Tacit. Annal. II. Philosophum

phum audio, ^aet quidem quintum iam diem habeo, ex quo in scholam eo, et ab octava disputantem audio. Bonâ, inquis, aetate! Quidni bona? quid autem stultius, quam, quia diu non didiceris, non discere? Quid ergo? idem faciam, quod troffuli et iuvenes? Bene mecum agitur, si hoc unum senectutem meam
 2 decet. Omnis aetatis homines haec schola admittit: in hac senescamus, hanc ut iuvenes sequamur. In theatrum senex ibo, et in circum deferar, et nullum par sine me depugnabit: ad philosophum ire erubescam?

VARIETAS LECTIONIS.

a. *et quidem quintum iam diem habeo.* Pintianus quum invenisset in nonnullis exemplaribus mss. *equidem quintum*, in suspitionem vocavit omnem lectionem illam, maluitque *et quidem quintus iam dies abiit, ex q.* Praeferrem et ipse haec, nisi quinque Grut. Codd. scripturam vulgatam tuerentur. Mox *decet* omnium Codd. ap. Pintian, et Grut. rel. lectio est: i. e. hoc uno decore senectutis meae acquiesco. Pintianus tamen *dedecet* de ingenio suo dedit, omnibus insequentibus edd. sequacibus Codd. tamen sequi malui, reduxique itaque veterem lectionem. Paulo post: *in hac senescamus — sequamur.* Omnes mss. voce *hanc* carent. Vide an possit placere Scriverii conjectura: *in hanc eamus, ut iuvenes sequantur.* Gronov. Equidem vulgata acquiescam.

phum Metronactem, cuius mortem Ep. 93, 1. memora: quem nonnisi ex hisce Epp. noscimus. Haud dubie fuit is Stoeae affecla, qui *Neapoli*, urbe literarum amante (Virg. Georg. IV. extr. studiis florentem ignobilis otii vocat) et quinquennales ludos, in quibus poetae, oratores, musici, athletae certarent, celebrante (cf. Wernsdorf. Exc. IX. Tom. IV. p. 395. Poet. min. lat.) scholam aperuerat philosophicam, quam Seneca *ab octava hora i. e. nostra computandi ratione, secunda post*

meridiem, frequentabat. *Troffuli*: hoc nomen equites primum designans, tempore iam Gracchorum (circa a. u. c. 630.) desciscere coepit ab honore suo, ut multos puderet troffulos vocari. Hinc iam labante Rep. et deinde sub Imperator. cum dedecore de iis in usu erat hoc nomen, qui cultui externo et deliciis indulgerent, ut cum nostris Elegans comparari possint. Cf. Plin. XXXIII, 9. bip. et quos Gesner. laudat in Thes. Stephan. h. v.

2. *par*] sc. gladiatorum. *proverbio* iam apud Solonem obvio

scam? Tamdiu discendum est, quamdiu nescias, et, si proverbio credimus, quamdiu vivas. Nec ulli hoc rei magis convenit, quam huic: tamdiu discendum est quemadmodum vivas, quamdiu vivis. Ego tamen hic aliquid et doceo. Quaeris quid doceam? etiam ³ feni esse discendum. Pudet autem me generis humani, quoties scholam intravi. Praeter ipsum theatrum Neapolitanorum (ut scis) transeundum est, ^b Metronactis petenti domum. illud quidem factum est: et hoc ingenti studio, quis sit pythaeus bonus, iudicatur. Habet tibicen quoque Graecus et praeco concursum! at in illo loco, ^c in quo vir bonus quaeritur, in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent, et hi ple-
risque videntur nil boni negotii habere, quod agant: inepti et inertes vocantur. Mihi contingat iste deri-
fus. aequo animo audienda sunt imperitorum convicia: et ad honesta vadenti contemnendus est ipse contentus. Perge, Lucili, et propera, ne tibi accidat

A 2

quod

b. *Metronactis petenti.* Sic Erasmus: alii *petentis*, *petentes*, *petentibus* ap. Grut. Muretumque ex Pintiano. Mox *dedi pythaeus*, quum antea esset *pythaeus*. Vide not. c. *in quo vir bonus quaeritur, in quo vir bonus discitur*: priora quinque verba Gruterus in omnibus suis V Codd. invenit et in textum reduxit, quem sequor. Erasmus, editio vetus rel. omittunt. Mox *contemnendus est ipse contentus* e quatuor Grut. et Modii Codd. ded. Antea: *iste*. Paulo post §. 5: *Et in arctum*: sic omnes Mss. Antea: *Et ut in a.*

obvio Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος ap. Platon. Opp. To. II. p. 32. bip. Plut. Solon. p. 96. E. Frcf. Senesco multa addiscens. Cf. Erasmi Adag. Chil. I. Cent. VIII, LX.

3. *Pythaeus*] tibicen, qui proprie in certamine musico pugnam Apollinis cum serpente Pythonem canebat, quem Apollinem quarta a natalibus die sagit-

tis interfecisse, ideoque auctorem culturae loci, oraculi et nominis, quibus illa urbs Pytho, postea Delphi, inclaruit, factum esse, tradidere veteres. Cf. Spanhem. ad Callim. Hy. in Apoll. 101. Translata inde vox est ad illos tibicines, qui in comoediis tragoediisque canebant, qui in honorem Deorum tibias inflabant etc. Recte autem Pythaeus (Πυθαί-
δαι-)

quod mihi, ut senex discas. immo ideo magis propera, quoniam id nunc aggressus es, quod perdiscere vix senex possis. Quantum, inquis, proficiam? quantum tentaveris. Quid exspectas? nulli sapere casu obtigit. Pecunia veniet ultro, honor offeretur, gratia ac dignitas fortasse ingerentur tibi: virtus in te non incidet; ne levi quidem opera aut parvo labore cognoscitur: sed est tanti laborare, omnia bona semel occupaturo. Unum enim est bonum, quod honestum: in illis nihil invenies veri, nihil certi, quaecunque famae placent. Quare hoc unum fit bonum, quod honestum, dicam: quoniam me parum exsecutum priore epistola iudicas, magisque hanc rem tibi laudatam quam probatam putas. Et in arctum, quae dicta sunt, contraham: omnia suo bono constant. vitem fertilitas commendat, sapor vinum, velocitas cervum. ^d Quare fortia dorso iumenta sint, quaeris? quia

d. *Quare fortia* et rel. Vulgatam hanc tueor, nexu orationis postulante: etsi Pintiani et Grut. Codd. una cum editione vet. praeferant: *Quam fortia*. Mox §. 8. interpunctione mutata, ut apodosis contineatur verbis: *et ad finem — pervenit*, sensum adiuvi.

Φάλης) non pith. scribi hinc apparet, uti iam Salmaf. ad Vopisc. p. 494. et post eum alii docuerunt. Egit de hac ἀλληρικῆ elegantissime Böttiger in attisch. Mus. I, 2. p. 296. sq. praeco qui nomen et patriam victoris proclamabat. Spectare videntur haec, iudice Fabro Agonist. III, 26. ad Quinquennia, de quibus laudavi Wernsdorf. qui non neglexit Strabon. V, 7. p. 197. Lips. *at in illo loco* — — *vocantur*. Saepe noster in hunc

saeculi sui genium invehitur, qui severiori bonarum artium ideoque philosophiae studio neglecto, nihil fere nisi res voluptarias sectaretur, e. c. Ep. 80, 2. 95, 18. Quin adeo Cicero Orat. II, 5. dicere potuit: discum audire quam philosophum malunt. *inepti* quos pedantorum nomine insigniveris, memor Cic. Orat. II, 4. Sic philosophi vocantur in Oratione, quae Ciceroni nuper abiudicata est, post Redit. ad Sen. c. 14.

quia eorum hic unus est usus, farcinam ferre. In 6
 cane sagacitas prima est, si investigare debet feras:
 cursor, si consequi: audacia, si mordere et invadere.
 Id in quoque optimum est, cui nascitur, quo cense-
 tur. In homine optimum quid est? Ratio. hac ante-
 cedit animalia, deos sequitur. Ratio ergo perfecta,
 proprium hominis bonum est: cetera illi cum ani-
 malibus satisque communia sunt. Valet? et leones.
 formosus est? et pavones. velox est? et equi. non
 dico, in his omnibus vincitur. Non quaero quid in 7
 se maximum habeat, sed quid suum. Corpus habet?
 et arbores. habet impetum et motum voluntarium?
 et bestiae, et vermes. habet vocem? sed quanto cla-
 riorum canes, acutiorum aquilae, graviorem tauri,
 dulciorum mobilioremque lusciniae? Quid in homine
 proprium? Ratio. haec recta et consummata felicitatem
 hominis implevit. Ergo si omnis res, quum bo- 8
 num suum perfecit, laudabilis est; et ad finem natu-
 rae suae pervenit: homini autem suum bonum ratio
 est; si hanc perfecit, laudabilis est, et finem naturae
 suae attigit. haec ratio perfecta, virtus vocatur, ea-
 demque honestum est. Id itaque unum bonum est in
 homine, quod unum hominis est. nunc enim non
 quaerimus quid sit bonum, sed quod sit hominis bo-

A 3

num.

6. *censetur*] in pretio et
 aestimatione est. *Deos sequi-
 tur* i. e. non multum abest a
 Deo, paene similis ei est, uti
 recte explicat Corte ad Sallust.
 Bell. Jug. c. 2, 1.: adducto Cic.
 Fin. III, 22. ubi tamen *sequi
 Deum* alio sensu accipi debet.
 cf. ad Ep. 73, 11. *Ratio ergo
 perfecta.* Lipsius laudat Pho-
 cylidem, qui eadem tradit vers.
 116 sq. (Brunk, Gnom. Poet.

graec. p. 116.) Sola homini
 ratio telum est, munimen et
 unum. At ignorabat Lipsius,
 opusculum illud Christiani cu-
 iusdam docti foetum esse.

7. *habet vocem?* — *lusci-
 niae?*] Non advertit Seneca,
 proprium bonum esse hominis
 vocem articulatam, et organa
 loquendi: quibus bestiae rel.
 carent.

num. Si nullum aliud est hominis, quam ratio: haec erit unum eius bonum, sed pensandum cum omnibus. Si fit aliquis malus, puto improbabitur: si bonus, puto probabitur. Id ergo in homine e primum solumque est, quo et probatur et improbat. Non dubitas, an hoc sit bonum: dubitas, an solum bonum sit. Si quis omnia alia habeat, valetudinem, divitias, imagines multas, frequens atrium, sed malus ex confesso sit: improbabis illum. Item si quis nihil quidem illorum quae retuli, habeat, deficiatur pecuniâ, clientum turbâ, nobilitate, et avorum proavorumque serie, sed ex confesso bonus sit: 10 probabis illum. Ergo hoc unum est bonum hominis: quod qui habet, etiam si aliis destituitur, laudandus est: qui non habet, in omnium aliorum copia damnatur ac reiicitur. Quae conditio rerum, eadem et hominum est. Navis bona dicitur, non quae pretiosis coloribus picta est, nec cui argenteum aut aureum rostrum est, nec cuius tutela ebore caelata est, nec

e. *primum solumque est*: reduxi e quinque palatinis et editione vet. Antea: *proprium*.

8. *pensandum cum omnibus*] aliis rebus, et hac comparatione instituta videndum, quo bonum constet: sequentia docent, honestum hoc unum esse bonum; nam eo uno et probatur et improbat homo.

9. *imagines multas*] Explicant sequentia verba *nobilitate* et *avorum proavorumque serie*: quod sequitur *frequens atrium*, ad *clientum turbam* et salutationes mutuas spectat. Ceterum sententia haec saepe ap. veteres occurrit, e. c. Salust. Bell. Jug. c. 2. init.

10. *Navis bona — caelata est*] Non ea navis bona est, quae luxuriosissime ornata, encausto, s. coloribus ustis (*μηρογοραφία*) speciose extrinsecus et intrinsecus picta ad eius conservationem et ornatum. (Cf. Bibl. der alten Litt. u. Kunst IV, p. 99. sq. Gronov. Thes. Antiq. Gr. T. XI. p. 562-72.) Ad eundem luxum spectat quoque *argenteum — rostrum*, quod ex aere ferrove fiebat. *Tutela*, *σῆμα Ἰσοῦ*, statua dei tutelaris in puppi navium rom., nam Graecis non tutela, sed

nec quae fiftis ac opibus regiis pressa est: sed stabili-
lis, et firma, et, iuncturis aquam excludentibus, spissa,
ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo pa-
rens, velox, et non sentiens ventum. Gladium bo- **I**
num dices, non cui deauratus est baltheus, nec cui
vagina gemmis distinguitur: sed cui et ad secandum
subtilis acies, et mucro munimentum omne ruptu-
rus. Regula non quam formosa, sed quam recta sit,
quaeritur. Eo quodque laudatur, cui comparatur,
quod illi proprium est. Ergo in homine quoque nihil
ad rem pertinet, quantum aret, quantum foeneret,
a quam multis salutetur, quam pretioso incumbat
lecto, quam pellucido poculo bibat, sed quam bo-
nus sit: bonus autem est, si ratio explicita et recta
est, et ad naturae suae voluntatem accommodata.
Haec vocatur virtus: hoc est honestum, et unicum **I**
hominis bonum. Nam quum sola ratio perficiat ho-
minem, sola ratio perfecta beatum facit. hoc autem
unum hominis bonum est, quo uno beatus efficitur.
Dicimus et illa bona esse, quae a virtute profecta

A 4

con.

f. non sentiens ventum. Omnium est Codd. et edd. lectio ante
Pintianum, qui tamen, ea improbata, coniecturam suam
in textum induxit: *consentiens vento*. Sed non adverterat
egregius vir, *sentire* etiam dici de illo qui damnum ab ali-
quo expertus est, vel Lexicis docentibus. Grutero consensit
Gronov. ad h. l., et Obs. IV, 21 p. 772 ed. Lips., i. e.
navis, quae a minima aura propellitur, quae priusquam
vires venti experiatur, est in cursu. Cf. Valer. Flacc. Ar-
gonaut. I, 356. Plin. Panegy. 31, 5. g. naturae suae.
suae reduxi e Codd. Grut. et edit. vet.

sed *παράσημον* erat, unde naves
appellabantur: vid. Enschede
de tutela et insignibus navium,
Leidae 1770. Erat artificiose
elaborata et composita; nam
τὸ caelare h. l. laxiore hac
significatione sumendum esse,
post Salmassii, Heynii et Velt-

hemii curas nunc res nota
est.

11. *aret*] i. quantum agro
colendo ex latifundiis suis in
diversis terrae orbis partibus
commodi et utilitatis percipiat.
Cf. Horat. Carm. III, 16, 26.
Epod. 4, 13. Serm. I, 1, 51.

- contactaque sunt, id est, opera eius omnia; sed ideo unum ipsa bonum est, quia nullum sine illa est. Si omne in animo bonum est; quidquid illum confir-
- 13 mat, extollit, amplificat, bonum est: validiorem autem animum, excelsiorem et ampliorem facit virtus. nam cetera quae cupiditates nostras irritant, deprimunt quoque animum et labefaciunt: et quum videntur attollere, inflant, ac multa vanitate deludunt. Ergo unum id bonum est, quo melior animus efficitur. Omnes actiones totius vitae honesti ac turpis respectu temperantur: ad haec, faciendi et non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc, dicam.
- 14 Vir bonus quod honeste se facturum putaverit, faciet, etiamsi laboriosum erit: faciet, etiamsi damnosum erit: faciet, etiamsi periculosum erit. rursus quod turpe erit, non faciet, etiamsi pecuniam affert, etiamsi voluptatem, etiamsi potentiam. Ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla spe inevitabitur. Ergo si honestum utique secuturus est, turpe itaque vitaturus: et in omni actu vitae spectaturus haec duo: nullum aliud bonum quam honestum,
- 15 nec aliud malum quam turpe. Si una indepravata virtus est, et sola permanet tenoris sui, unum est bonum, virtus: cui iam accidere ne sit bonum, non potest. ^hMutationis periculum effugit. Stultitia ad sapientiam erepit: sapientia in stultitiam non revolvitur. Dixi, si forte meministi, concupita vulgo, et formidata, inconsulto impetu plerosque calcasse. inventus est qui flammis imponeret manum: cuius risum non interromperet tortor: qui in funere libe-

ro-

^h. Mutationis periculum effugit. Stultitia ad sapientiam erepit: sapientia in stultitiam non revolvitur. Cum Lipsio praefero hanc

15. Dixi] Saep̄ hoc in flammis. Mucius Scaevola. culcavit, e. c. Ep. 74. qui cuius risum, servus, qui in vin-

rorum lacrimam non mitteret: qui morti intrepidus
 occurreret. amor, ira, cupiditas, pericula depopo-
 fcerunt. Quòd si hoc potest brevis obstinatio animi, 16
 aliquo stimulo excitata: quanto magis virtus quae
 non ex impetu, nec subito, sed aequaliter valet; cui
 perpetuum robur est? Sequitur, ut quae ab incon-
 sultis saepe contemuntur, a sapientibus semper, ea
 nec bona sint, nec mala. Vnum ergo bonum ipsa
 virtus est, quae inter hanc fortunam et illam superba
 incedit, cum magno utriusque contemtu. Si hanc 17
 opinionem receperis, aliquid bonum esse praeter ho-
 nestum, nulla non virtus laborabit. nulla enim obtine-
 ri poterit, si quidquam extra se respexerit. Quod si
 est, rationi repugnat, ex qua virtutes sunt; et veri-
 tati, quae sine ratione non est. quaecunque autem opi-
 nio veritati repugnat, falsa est. Virum bonum, conce-
 das necesse est, summae pietatis erga deos esse: itaque
 quidquid illi acciderit, aequo animo sustinebit. sciet
 enim id accidisse lege divina, quae universa procedunt.
 Quod si est, unum illi bonum erit, quod honestum: 18
 in hoc enim positum est et parère diis, nec excande-
 scere ad subita, nec deplorare fortem suam, sed patien-

A 5

ter

hanc Codd. mss. lectionem, quos Modius evolverat: sensu
 eam postulante. Gruteriani Codd. et editio vetus eandem
 praebent, at non *eripit* habent, sed *eripit, erumpit, erigit*.
 Antea: *mutationis periculum effugit sapientia. Sapientia non*
eripitur, sapientia in stult. n. rev. Mox *amor; ira, cupidi-*
tas, pericula depoposcerunt omnium est mss. lectio. Vincen-
 tius tamen Bellovacensis in Speculo histor. IX, 132 praebet
depulerunt. Praestat *depoposcerunt* i. e. postularunt, ut illa
 pericula sibi subeunda essent.

vindictam domini Asdrubalem
 interfecerat. Valer. Max. III,
 3. ext. 7. *qui in funere —*
mitteret: exempla sex habet
 Val. Max. V, 10.

16. *Sequitur — mala]*

ideoque indifferentia, ἀδιά-
 Φορα. Nec enim a virtute
 semper proficiuntur, nec ab
 illa contacta sunt, nec semper
 profunt. Cf. Argum. Epist.

LXVI.

ter excipere fatum, et facere imperata. Si enim ullum aliud est bonum quam honestum, sequetur nos aviditas vitae, aviditas rerum vitam infruentium: quod est intolerabile, infinitum, vagum. Solum ergo bonum est honestum, cui modus est. Diximus, hominum futuram felicioram vitam quam deorum, si ea bona sunt, quorum nullus diis usus est, tanquam pecunia et honores. **19** Adice nunc, quod si modo solutae corporibus animae manent, felicior illis status restat, quam est dum ⁱversantur in corpore. Atqui si ista bona sunt, quibus per corpora utimur, emissis erit peius: quod contra fidem est, feliciores esse liberis et in univ^{er}sam datis, clausas et obsessas. Illud quoque dixeram, si bona sunt ea quae tam homini contingunt quam mutis animalibus; et muta animalia beatam vitam actura: **20** quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto pati^{en}da sunt: quod non erat faciendum, si esset ullum aliud bonum quam honestum. Haec quamvis latius ex-
secu-

i. *versantur*. Bona lectio plurimorum Codd. et edd. est. *Mer-
santur* in nonnullis mss. sola est aberratio haud inducta,
quam Modius Ep. 21 Novantiq. praetulit et fatis expolivit.
Totus enim disputandi ordo docet, non de illa philosopho-
rum fatis nota opinione, quibus corpus pro carcere animae
esset, sermonem esse.

18. *Si enim — vagum*] quoniam iis obstacula virtuti exercendae infunt et veritati officiant.

19. *Atqui si ista — obsessas*] Iam inde a Pythagora et Platone hanc opinionem omnibus fere philosophicis sectis communem fuisse de corpore tamquam carcere animae, fatis notum est. Stoicis quoque plerisque dogma fuit, post mortem animam reverti liberam

vinculis corporis ad originem suam, ad fontem unde manasset, ad univ^{er}sam s. Deum, cuius pars esse docebatur, et in vita manere felicissima. Vacillasse tamen hac in re Stoicos non magis constat, quam caruisse effectu et successu fructuoso ad vitam bene degendam in iis, quae de immortalitate animae praeciperent. Atque hoc ex ipsa eorum doctrina de virtute sequebatur, quippe quae
hau-

fecutus essem priore epistola, constringi, et breviter percurri. Nunquam autem vera tibi opinio talis videbitur, nisi animum alleves et teipsum interrogas: si res exegerit, ut pro patria moriaris, et salutem omnium civium tuam redimas, an porrecturus sis cervicem, non tantum patienter, sed etiam libenter? si hoc facturus es, nullum aliud bonum est. Omnia relinquis, ut hoc habeas. Vide, quanta vis honesti sit? Pro re-²¹publica morieris ^ketiamsi non statim facturus hoc eris, quum scieris tibi esse faciendum. interdum ex re pulcherrima magnum gaudium etiam tempore brevi ac exiguo capitur: et quamvis fructus operis peracti nullus ad defunctum exentumque rebus humanis pertineat, ipsa tamen contemplatio futuri operis iuvat: et vir fortis et iustus, quum mortis suae pretia ante se posuit, libertatem patriae, salutem omnium pro quibus dependit animam, in summa voluptate est, et periculo suo fruitur. Sed ille quoque, cui etiam hoc gau-²²dium eripitur, quod tractatio operis maximum et ultimum praestat, nihil cunctatus defiliet in mortem, facere recte pieque contentus. Oppone etiam nunc illi multa, quae dehortentur. Dic: Factum tuum matura se-

k. *etiamsi non statim* tueor cum Mureto, qui suasu Codd. mss. Pintiani sic rescripserat. Gruteri tamen Codd. V negatione caruerunt: quam sequentia verba, *quum scieris tibi esse faciendum*, postulare videntur.

haud diversa a felicitate iam in hac vita consummari posse iis videbatur: ut adeo immortalitate superfedere potuissent. Sperabant tamen, fore ut post mortem viverent. Cf. Conz Abhandl. für die Gesch. u. das Eigenthüml. der spätern stoisch. Philos. p. 90. sq.

21. *Pro republica morieris etiamsi non statim* etc.] Quoniam scis, honestum s. virtutem hoc abs te postulare, ut pro rep. moriaris, hoc non recusabis facere, etiamsi non statim facturus es. Si res exegerit, libenter facies.

sequetur oblivio, et parum grata existimatio civium. Respondebit tibi: Ista omnia extra opus meum sunt. ego ipsum contemlor: hoc esse honestum scio. Itaque quocumque ducit ac vocat, venio. Hoc ergo unum bonum est, quod non tantum perfectus animus, sed generosus quoque et indolis bonae sentit: cetera
 23 levia sunt, mutabilia. Itaque solícite possidentur, etiam si favente fortuna in unum congesta sunt: dominis suis incumbunt gravia, et illos semper premunt, aliquando et elidunt. Nemo ex istis, quos purpuratos vides, felix est, non magis, quam ex illis quibus sceptrum et chlamydem in scena fabulae assignant, quum praesente populo elati inceserunt, et cothurnati; simul exierunt, excalceantur, et ad staturam suam redeunt. Nemo istorum, quos divitiae honoresque in altiore fa-
 24 stigio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus videtur? Cum basi illum sua metiris. Non est magnus pumilio, licet in monte constiterit: Colossus magnitudinem suam servabit, etiam si steterit in puteo. Hoc laboramus errore: sic nobis imponitur: quod neminem aestimamus eo quod est, sed adiciamus illi et ea, quibus adornatus est. Atqui quum voles veram hominis aestimationem inire, et scire qualis sit, nudum inspicere.
 25 ponat patrimonium, ponat honores, et alia fortunae mendacia: corpus ipsum exuat: animum intueri, qualis quantus-

23. *Nemo ex istis* etc.] Frequens et haec vitae comparatio est cum dramate, ut philosophi cum histrione, apud veteres. Iam Socrati hanc tribuunt veteres (Stob. flor. tit. 92.) Aristonice Chio apud Diogen. Laert. VII, 160. ubi cf. Menag. Epictet. Enchirid. 17, ubi vid. Vpton et Schweig-

haeus, Marc. Antonin. et ibi Gattacker. Sed loca veterum de hac comparatione quasi de pulvisculo iam convertit I. B. Carpzovius, nuper Helmstadii mortuus, in libello perdocto: Paradoxon stoicum Aristonis Chii: ὁμοιον εἶναι τῷ ἀγαθῷ ὑπεκριτῇ τὸν σοφόν. Sectio II. c. IV.

tusque sit, alieno an suo magnus. si ¹rectis oculis gladios micantes videt, et si scit sua nihil interesse, utrum anima per os, an per iugulum exeat, beatum voca. si, quum illi denuntiata sunt corporis tormenta, et quae casu veniunt, et quae potentioris iniuria, si vincula et ex-filia, et vanas humanarum formidines mentium, securus audit, et dicit,

— *Non ulla laborum,*

O virgo, noua mi facies inopinave surgit:

Omnia praecepi, atque animo mecum ipse peregi.

Tu hodie ista denuntias, ego semper denuntiavi mihi, ²⁶ et hominem paravi ad humana. praecogitati mali mollis ictus venit. At stultis et fortunae credentibus, omnis videtur nova rerum et inopinata facies. magna autem pars est apud imperitos mali, novitas. Hoc ut scias, ea quae putaverunt aspera, quum affluere, patiuntur. Ideo sapiens affuescit futuris malis: et quae alii diu patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum, dicentium: ^mSciebam hoc mihi restare? sapiens scit, sibi omnia restare: quidquid factum est, dicit, Sciebam.

1. *rectis*. Sic Lipsius optime emendavit. Antea legebatur *erectis oculis*. Sed nusquam alias *erecti oculi* de impavido homine in usu sunt, sed *recti*. Cf. Bentleii nota praeclara ad Horat. Carm. I, 3, 18, ubi vir magnus nec nostri loci immemor fuit. ^m. *Sciebam hoc mihi restare?* Recte tuebatur Pintianus hanc omnium Codd. et edit. ante Muretum lectionem. *Nesciebam* Muretus induxit in textum, qui legisset, Pintianum in quorundam Codd. margine notatum hoc invenisse.

25. Versus sunt Virgilii Aen. VI, 103.

EPISTOLA LXXVII.

Navium Alexandrinarum, tabelliarum, adventu se non ut reliquos omnes motum, tranquille et apathia quadam omisisse quaerere, quid novi ex Aegypto sibi afferrent. Se esse senem, et ad reliquam

quam vitae partem iam satis sibi esse viatici, praesertim pro illa via, quae finire possit, modo fiat honeste. Hoc firmat narratione de Marcellini morte voluntaria et addit quaedam contra metum mortis, quae rerum natura inmutabili nobis imposta in libertatem nos vindicat, uti Laconem illum servum. Proinde vitae et voluptatis studium nos non tardiores ad moriendum faciat, nec morti nos subtrahat, quae et ipsa ex vitae officiis est: modo bona clausula imponatur. Cf. Tiedemanni System d. stoisch. Phil. III. 232. sq.

Subito hodie nobis Alexandrinae naves apparuerunt, quae praemitti solent et nuntiare securae classis adventum. tabellarias vocant. Gratus illarum Campaniae aspectus est. Omnis in pilis Puteolorum turba consistit, et ex ipso genere velorum Alexandrinas, quamvis in magna turba navium, intelligit. Solis enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habent
 2 naves. Nulla enim res aequae adiuvat cursum, quam summa pars veli: illius maxime navis urgetur. Itaque quoties ventus increbuit, maiorque est quam expedit,
 an-

1. *Alexandrinae naves*] frumentariae, quae ex Aegypto frumentum, 80,000,000 modiorum i. e. 40 million. medimnorum berolinensium (cf. Heynii opusc. ac. I, p. 261.) pro tributo adveherent *Puteolos*, unde Romam portabatur in horrea, ex quibus frumentatione Romae perpetua instituta, omnibus civibus pauperioribus distribuebatur. Plura habet Lipsius in Electorum I, 8. *Pilae* i. aggeres, *Χώματα* appellat Strabo V, p. 195. Lips. molium obiectus, qui e lapidibus in aqua construebantur ad impetum maris cohibendum, ideoque portum

munendum. Cf. Vitruv. V, 12. Tacit. 14, 8. not. Virg. Aen. IX, 711. not. Pilarum opus Puteolis restitutum memorat Inscriptio ap. Gruter. p. 163, 9. Molo nunc vocant. Reliquiae adhuc visuntur. *Supparum*. Io. Winckelmann. in Monum. antich. ined. T. II, p. 273. sq. cum nostris Wimpeln, Flaggen haec suppara comparavit, quae tamen vi venti urgente usum suum habuere. Cf. Schweighaens. ad Arrian. Diss. III, 11, 18. p. 618. sq. et Schneider. ad Xenoph. Hellen. VI, 2, 27. p. 108. sq.

antenna submittitur. minus habet virium flatus ex humili. Quum intravere Capreas et promontorium, ex quo

Alta procelloso speculatur vertice Pallas,

ceterae velo iubentur esse contentae: supparum Alexandrinarum insigne est. In hoc omnium discursu pro-
perantium ad litus, magnam ex pigritia mea sensi vo-
luptatem, quod epistolas meorum accepturus, non
properavi scire, quis illic esset rerum mearum status,
quid afferrent. Olim iam nec perit quidquam mihi, nec
acquiritur. Hoc, etiamsi senex non essem, fuerat senti-
endum: nunc vero multo magis, quia quantumcun-
que haberem, tamen plus iam mihi superesset viatici,
quam viae; praesertim quum eam viam sumus ingressi,
quam peragere non est necesse. Iter imperfectum erit,
si in media parte, aut citra petitum locum steteris:
vita non est imperfecta, si honesta est. Ubicumque de-
fines, si bene definis, tota est. Saepe autem et for-
titer definendum est, et non ex maximis causis. nam
neque hae maximae sunt, quae nos tenent. Tullius Mar-
cellinus, quem optime noveras, adolescens quietus et
cito senex, morbo, et non insanabili correptus, sed lon-

2. *promontorium*] Minervae. Sic appellat Ovid. Met. 15, 709: inde legit Capreas (insulam vel ob Tiberii fecesum insulam) promontoriumque Minervae. Meminit et Stat. III. Silv. 2, 23. sq. Strab. V, p. 200. Lips. Libabant ibi, ait Lipsius ad Tacit. Ann. 15, 46. procellosae illi Palladi nauatae periculo maris defuncti.

3. *rerum mearum status*] Senecam in Aegypto fuisse ibique praedia sibi comparasse s.

foenebrem pecuniam ibi habuisse, verisimile sit vel ex eo, quod eius avunculum sciamus Aegypti praefectum fuisse. Cf. Consol. ad Helv. c. 17.

4. De *Marcellino* cf. Ep. 29. Diutino morbo a vivacitate ingenii et festivitate ad illum languorem et quietem defecerat. Moneo hoc, ne quis locum hunc corrigendum putet et *vietus* aut tale quid reponendum.

longo et molesto et multa imperante, coepit delibera-
 5 re de morte. convocavit complures amicos: unusquis-
 que, aut quia timidus erat, id illi suadebat quod sibi
 suassisset, aut quia adulator et blandus, id consilium da-
 bat, quod deliberanti gratius fore suspicabatur. Amicus
 noster Stoicus, homo egregius, et, ut verbis illum
 quibus laudari dignus est, laudem, vir fortis ac fire-
 6 nuus, videtur mihi optime illum cohortatus. Sic enim
 coepit: „Noli, mi Marcelline, torqueri, tanquam de
 re magna deliberes. Non est res magna, vivere. om-
 nes servi tui vivunt, omnia animalia. magnum est,
 honeste mori, prudenter, fortitur. Cogita quamdiu
 iam idem facias. Cibus, somnus, libido: per hunc
 circulum curritur. Mori velle non tantum prudens et
 fortis, aut miser, sed etiam fastidiosus potest.“ Non
 opus erat suafore illi, sed adiutore. servi parere no-
 7 lebant. Primum detraxit illis metum, et indicavit,
 tunc familiam periculum adire, quum incertum esset, an
 mors domini voluntaria fuisset: ^a alioquin tam mali ex-
 emplum esset occidere dominum, quam prohibere. Dein-
 de ipsum Marcellinum admonuit, non esse inhumanum,
 quemadmodum coena peracta reliquiae circumstantibus
 dividuntur, sic peracta vita aliquid porrigi his, qui
 totius vitae ministri fuissent. Erat Marcellinus facilis
 ani-

a. *alioquin tam mali exempli esset occidere dominum, quam prohibere.* Omnium mss. Codd. lectio est, quam Muretus aliique Erasimum sequentes inverterunt — *prohibere dominum quam occidere.* Lipsius eumque sequutae edd. habent: *esse, occidere hominem quam prohibere.*

6. Vides in hac Stoici co-
 hortatione sectam, cui adpi-
 ctus erat. Cf. Ep. 14, 30.
 Epictet. Enchirid. 7, 17. M.
 Anton. IX, 3. ibique Gatacker.
Servi parere — *prohibere.* Re-
 cusabant opem ferre domino

morituro et timebant, ne SC.
 Silanianum sibi applicaretur,
 quo et ipsos interfici oportebat,
 qui domino interfecto sub eo-
 dem recto fuissent. Cf. Ta-
 cit. Annal. 14, 42. not.

animi, et liberalis, etiam quum de suo fieret. Minu- 8
 tas itaque summulas distribuit flentibus fervis, et illos
 ultro consolatus est. Non fuit illi opus ferro, non
 sanguine: triduo abstinuit, et in ipso cubiculo poni
 tabernaculum iussit. Solium deinde illatum est, in quo
 diu iacuit, et calida subinde suffusa, paulatim defecit:
 ut aiebat, non sine quadam voluptate; quam afferre
 solet lenis dissolutio, non inexperta nobis, quos ali- 9
 quando liquit animus. In fabellam excessi, non ingra-
 tam tibi: exitum enim amici tui cognosces, non diffi-
 cilem, nec miserum. Quamvis enim mortem sibi con-
 fciverit, tamen mollissime excessit, et vitae elapsus est.
 Sed ne inutilis quidem haec fabella fuerit! Saepe enim
 talia exempla necessitas exigit. Saepe debemus mori;
 nec volumus: moritur; nec volumus. Nemo tam im-
 peritus est, ut nesciat, sibi quandoque moriendum:
 tamen quum prope accesserit, tergiversatur, tremit,
 plorat. Nonne tibi videbitur stultissimus omnium, qui 10
 fleverit quod ante annos mille non vixerat? aequè stul-
 tus est, qui flet, quod post annos mille non vivet.

Haec

7. *etiam quum de suo fie-
 ret*] quasi nunc non de suo,
 haud ultra fruiturus, et haec
 relinquens. L.

8. *Solium*] lacus balnearius,
 in quem descendit, ut lavare-
 tur *calida* aqua, sub *taberna-
 culo* s. tentorio, instar balneoli,
 quo solium et ipse tegerentur,
 recte explicante Lipsio. Mortuus
 igitur est, quomodo Epicurus.
 Diog. Laert. X, 15. *quos ali-
 quando — animus*. Senecam
 saepe aegrotasse, ideoque deli-
 quium animi non ignorasse, plu-
 ra sunt testimonia. Cf. Ep. 54,
 1. 78, 1. Dio Cass. 59, 19.

9. *Saepe debemus mori*] of-
 ficio postulante — *morimur*
 natura cogente. *Nemo tam —
 moriendum*. Horat. Ep. ad Pi-
 son. 63. proinde ait: Debemus
 morti nos nostraque. Ovid.
 Met. 10, 18.

10. *Nonne — vivet.*] Simi-
 lia habet Marc. Anton. II,
 14 etc. Lipsius laudat ea-
 dem ex Telete pythagoreo (ap.
 Stob. Serm. CVI. p. 495 ed. Ti-
 gur. 1543.) *Vtrumque — est*:
 i. nih. ad nos pertinent; sed
 hoc vitae tempus tantillum sit.
 Versus sunt, notissimi Virgil.
 Aen. VI, 376.



Haec paria sunt: non eris, nec fuisti. Utrumque tempus alienum est. In hoc punctum coniectus es: quod ut extendas, quousque extendes? Quid fles? quid optas? perdis operam.

Define fata Deum flecti sperare precando:

rata et fixa sunt, atque magna et aeterna necessitate
 11 ducuntur. Eo ibis, quo omnia eunt. Quid tibi no-
 vum est? ad hanc legem natus es: hoc patri tuo ac-
 cidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante
 te, hoc omnibus post te. Series invicta, et nulla mu-
 tabilis ope, illigat ac trahit cuncta. Quantum te po-
 pulus moriturorum sequetur, quantum comitabitur?
 Fortior, ut opinor, esses, si multa millia tibi commo-
 rerentur. atqui multa millia hominum et animalium
 hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animam va-
 12 riis generibus emittunt. Tu autem non putabas te ali-
 quando perventurum ad id, ad quod semper ibas? nul-
 lum sine exitu iter est. Exempla nunc magnorum vi-
 rorum tibi indicas relaturum? puerorum referam. La-
 con ille memoriae traditur impubes adhuc, qui captus
 clamabat, Non serviam, sua illa Dorica lingua: et
 verbis fidem imposuit. Ut primum iussus est fungi
 fervili et contumelioso ministerio: afferre enim vas ob-
 3 scoenum iubebatur: illisum parieti caput rupit. Tam
 prope libertas est: et servit aliquis? Ita non sic peri-
 re filium tuum malles, quam per inertiam senem fie-
 ri?

12. *Lacon ille*] Plutarch. in Apophthegm. Laconicis To. VIII. p. 240 Hutt. memorat rem. Factum hoc referendum est ad Antigonom Gonatam, qui proelio ad Sellasiam ol. 139, 3. 222 ante Christ. n., Cleome- ne Lacedaem. rege fugato hunc

puerum ceperit et vendide- rit. ὡς δὲ προσέταξεν (ὁ πριάμενος) ἀμίδα (vas obscoe- numi noster vocat, matulam) κομίζειν, οὐκ ἠνέσχετο, εἰ- πῶν· οὐ θέλωσδῶ. Deinde de tecto se dejecit.

ri? Quid ergo est, cur perturberis, si mori fortiter etiam puerile est? Puta te nolle sequi, duceris. Fac tui iuris, quo alieni est. Non fumes pueri spiritum, ut dicas, Non servio? Infelix, fervis hominibus, fervis rebus, fervis vitae! Nam vita, si moriendi virtus abest, servitus est. Ecquid habes propter quod **14** exspectes? Voluptates quae te morantur ac retinent, consumpsisti: nulla tibi nova est: nulla non iam odiosa ipsa satietate. quis sit vini, quis nulli sapor, scis: nihil interest, centum per vesicam tuam, an mille amphorae transeant. faccus es! quid sapiat ostreum, quid nullus, optime nosti. nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum reservavit. Atqui haec sunt a quibus invitus divelleris! Quid est aliud quod tibi eripi doleas? Amicos et patriam? tanti enim illam **15** putas, ut tardius coenes? solem quoque, si posses, exstingueres. Quid enim unquam fecisti luce dignum? confitere, non curiae te, non fori, non ipsius naturae rerum desiderio, tardio rem ad moriendum fieri. Invitus relinquis macellum, in quo nihil reliquisti. Mortem times: at quomodo illam media oblectatione contemnis? Vivere vis: scis enim. Mori times: quid porro ista vita? non mors est? Caesar, quum **16** illum transeuntem per Latinam viam, unus ex custo-

B 2

diarum

14. *faccus es*] Plin. 24, 1 faccos vinarios vocat, quibus vina castrabantur i. colabantur, quo leniora mitioraque, adeoque defaecatiora et puriora fierent. Cf. Gatack. ad M. Anton. p. 310, 1.

15. *solem — exstingueres.*] ut citius coenes, aut diutius dormias stertasque. Lippius. *non curiae te, non fori, non munera publica senatoris, tri-*

buni pl. rel. te retinent. *ipsius naturae rerum desiderio*, ut philosophus hominis et reliquae naturae indolem scrutaturus. *Invitus — reliquisti*, ut fastidiosus. *in media oblectatione tua*, quae eiusmodi est, ut vires tuas frangendo, mortem acceleret.

16. *Caesar*] Caligula. *custodiarum*, ex ipsis, qui custodiebantur, trahebantur, praetori-

diarum agmine, demissa usque in pectus vetere barba, rogaret mortem: Nunc enim, inquit, vivis? Hoc istis respondendum est, quibus succursura mors est: Mori times. nunc enim vivis? Sed ego, inquit, vivere volo, qui multâ honeste facio. invitus relinquo officia vitae, quibus fideliter et cum industria fungor. Quid? tu nescis unum esse ex vitae officiis, et mori? ¹⁷ Nullum officium relinquis. non enim certus numerus, quem debebas explere, finitur. Nulla vita est non brevis. nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris et Statiliae brevis est: quae inscribi monumento suo iussit, annis se nonaginta novem vixisse. Vides aniculam gloriari senectute longa. quis illam ferre potuisset, si contigisset centesimum implere? Quomodo fabula, sic vita: non quam diu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas. quocunque voles, desine: tantum bonam clausulam impone.

EPISTOLA LXXVIII.

Amico querenti de destillationibus crebris ac febriculis, se ipsum hoc morbi genere laborasse respondet, et quae sibi solatio fuerint, exponit. Fuerunt autem studia litterarum, philosophia, quae animum evigendo, etiam corpori profuerunt. Deinde amicorum affectus sermonesque. Medici ope non exclusa ad praeceptum solitum revolvit: contemne mortem. Iam quum tria in omni morbo gravia sint, metus mortis, dolor corporis, et intermissio voluptatum, et de priore iam satis dictum sit, de reliquis ita exponit, ut magnorum cruciatuum morbi dicat intervalla esse, nec diu saevire dolorem. Quo magis philosophiae te dederis, eo magis a corporis vexatione et cupiditatibus te abstraxeris,
atque

torianis militibus concatenati.
Cf. Ep. V, 6. De Tranq. X,
3 not. Iam mortuus es, re-
spondit Caligula. *succursura*.
occurrura.

17. *Statiliae*] quae ex nobili
domo, Claudio principe, no-
naginta novem annos vixit.
Plin VII, 48. *Quomodo fabu-
la, sic vita.* Cf. ad Ep. 76, 23.

atque adeo a querelis atque opinionibus, quae morbi vim augere solent. Itaque contra dolorem luctandum est, athenarum more: virtute praemii loco proposita, eiusque melioris, quo graviora perpeffi sumus. Qua quidem in re adiuvaberis cogitationem ad honeste aut fortiter facta tua aut aliorum avertendo. Quin nec ab officiis abstrahi fines animum: virtuti etiam in lectulo locus est. Nec intermissio voluptatum gravis fiat: inhibet enim eas morbus, non omnino tollit: maiores vero et certiores voluptates animi nemo medicus aegro negat, modo non sensuum blandimentis occupato. Uno verbo nec vita taedio, nec mors timori erit, si fines bonorum et malorum cognoverimus.

Ceterum conferas Ciceronis *Tuscul. Disputatt. lib. II. qui totus est de tolerando dolore.*

Vexari te destillationibus crebris ac febriculis, quae longas destillationes et in consuetudinem adductas sequuntur, eo molestius mihi est, quia expertus sum hoc genus valetudinis: quod inter initia contemsi. Poterat adhuc adolescentia iniurias ferre, et se adversus morbos contumaciter gerere: deinde succubui, et eo perductus sum, ut ipse destillarem. Ad summam maciem deductus, saepe impetum cepi abrumpendae vitae: patris me indulgentissimi senectus retinuit. Cogitavi enim, non quam fortiter ego mori possem, sed

B 3

quam

1. *Destillationibus*] sunt cattarhi, s. inflammationes cutrium interiorum, quae cavitates narium, oris, arteriae et pulmonum amiciunt, non sine tussi: quae male curatae aut neglectae facile in pulmonum tumores aut tabem transire possunt. Cf. §. 18. Hoc morbo sub Caligula laborasse Senecam narrat Dio Cass. 59, 19; et Caligulae meretriculae opem servatus est, quae affirmaret, tabe hominem laborare nec diu vivere posse. *Pater* eius Mar-

cus Annaeus Seneca, notus declamationibus aliorum ab eo congestis, quae adhuc leguntur, Corduba Romam cum uxore Helvia, ad quam filii consolatio exstat, et liberis commigravit, ibique usque ad Caligulae tempora vixisse creditur. Significat autem, notante recte Lipsio, patrem suum philosophiae alienum, (quod alibi testatur) parum fortem ad tales casus fuisse. Cf. I. A. Fabricii *Bibl. Lat. To. II. p. 87 sq. ed. Ernest.*

2 quam ille fortiter desiderare non posset. Itaque imperavi mihi ut viverem. aliquando enim et vivere, fortiter facere est. Quae mihi tunc fuerint solatio, dicam: si prius hoc dixero, haec ipsa quibus acquiescebam, medicinae vim habuisse. In remedium cedunt honesta solatia: et quidquid animum erexit, etiam corpori prodest. Studia mihi nostra saluti fuerunt. Philosophiae acceptum fero quod surrexi, quod convalui:

3 illi vitam debeo, et nihil illi minus debeo. Multum mihi contulerunt ad bonam valetudinem amici, quorum adhortationibus, vigiliis, sermonibus allevabar. Nihil aequae, Lucili virorum optime, aegrum reficit atque adiuvat, quam amicorum affectus: nihil aequae expectationem mortis ac metum furripit. Non iudicabam me, quum illos superstites relinquerem, mori: putabam, inquam, me victurum, non cum illis, sed per illos: non effundere spiritum mihi videbar, sed

4 tradere. Haec mihi dederunt voluntatem adiuvandi me, et patiendi omne tormentum. alioqui miserrimum est, quum animum moriendi proieceris, non habere vivendi. Ad haec ergo remedia te confer. Medicus tibi quantum ambules, quantum exercearis, monstrabit: ne indulgeas otio, ad quod vergit iners valetudo: ut legas clarius, et spiritum, cuius iter et receptaculum laborat, exerceas: ut naviges, et viscera

5 molli iactatione concutias: quibus cibis utaris: vinum quando virium causa advoces, quando intermittas, ne irritet et exasperet tussim. Ego tibi illud praecipio, quod non tantum huius morbi, sed totius vitae remedium est: contemne mortem. Nihil triste est, quum huius metum effugimus. Tria haec in omni morbo gravia

2. et nihil illi minus debeo.] spectat, reliqua animum. Lipsius. quasi dicat, hoc inter minima eius beneficia. Corpus enim

via sunt, metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum. De morte, satis dictum est. hoc unum 6 dicam, non morbi hunc esse, sed naturae metum. multorum mortem distulit morbus: et salutis illis fuit, videri perire. Morieris, non quia aegrotas, sed quia vivis. Ista te res et sanatum manet. quum convalesceris, non mortem, sed valetudinem effugies. — Ad illud nunc proprium incommodum revertamur. magnos cruciatus habet morbus: sed hos tolerabiles intervalla faciunt. Nam summi doloris intentio invenit 7 finem. Nemo potest valde dolere, et diu. sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem, aut brevem faceret. Maximi dolores consistunt in macerrimis corporis partibus: nervi, articuli, et quidquid aliud exile est, acerrime saevit, quum in arcto vitia concepit. Sed cito hae partes obtusecunt, et ipso dolore sensum doloris amittunt: five quia spiritus naturali prohibitus cursu, et mutatus 8 in pelus, vim suam quâ viget, admonetque nos, perdit: five quia corruptus humor, quum desit habere quo confluat, ipse se elidit, et his quae nimis implevit, excutit sensum. Sic podagra et chiragra, et omnis vertebrarum dolor nervorumque, interquiescit, quum illa quae torquebat hebetavit: omnium istorum

B 4

prima

6. *multorum mortem* — *perire.*] Fortasse de se ipso cogitavit, quum meretriculae consilio illo, quod legitur ap. Dion. Cass. l. l. fervaretur.

7. *Nam summi doloris intentio invenit finem.*] Cf. M. Antonin. VII, 33. ibique Gatack. p. 273 qui multa veterum loca huc facientia adduxit, non immemor huius aliorumque

locorum Senecae. Thomas Morus, ille celeberrimus Anglus, haec sic expressit: Deiciat miseram tibi nulla molestia mentem: Si longa est, levis est, si gravis est, brevis est. Ceterum in oculos incurrit, Senecam propemodum cum iis congruere, quae nostrae aetatis medici de his rebus disputant. *Spiritus* est vis vitalis.

prima verminatio vexat, impetus mora exstinguitur,
 9 et finis dolendi est, obtorpuisse. Dentium, oculorum,
 aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est, quod
 inter angusta corporis nascitur: non minus mehercule,
 quam capitis ipsius. ^aSed quo incitator est, eo
 citius in alienationem stuporemque convertitur. Hoc
 itaque solatium vasti doloris est, quod necesse est de-
 finas illum sentire, si nimis senseris. Illud autem est,
 quod imperitos in vexatione corporis male habet: non
 affueverunt animo esse contenti: multum illis cum
 10 corpore fuit. Ideo vir magnus ac prudens animum
 deducit a corpore, et multum cum meliore et divina
 parte versatur: cum hac querula ac fragili, quantum
 necesse est. Sed molestum est, inquis, carere affue-
 tis voluntatibus, abstinere cibo, sitire, esurire. Haec
 primâ abstinentiâ gravia sunt: deinde cupiditas relan-
 guescit, ipsis per quae cupimus fatigatis, ac deficientibus.
 Inde morosus est stomachus: inde quorum fuit
 aviditas, odium est: desideria ipsa moriuntur. Non
 est autem acerbum, carere eo, quod cupere desieris.
 11 Adice, quod nullus non intermittitur dolor, aut cer-
 te remittitur. Adice, quod licet et cavere ventu-
 rum, et obfistere imminenti remediis. Nullus enim
 non signa praemittit, utique qui ex solito revertitur.
 Tolerabilis est morbi patientia, si contemseris id quod
 ex-

a. *Sed quo incitator est, eo citius in alienationem stuporemque convertitur.* Sic Codd. Pint. Erasmi et unus Gruteri, cuius reliqui cum editione vetere omittunt quaedam verba, quibus aegre caremus, aut aberrationes librariorum praestant fatis vulgares. Mox *deducit a corpore* damnavit Pint., tuitus *deducit*, sed cum ratio loquendi tum Codd. vulgatam defendunt.

8. *prima verminatio*] mor-
 ficatio prima et velut pruritus
 doloris, quasi a vermibus intus

rodentibus, cf. de vita beata
 c. 17, 4 not.

extremum minatur. Noli mala tua facere tibi ipsi graviora, et te querelis onerare: levis dolor est, si nihil illi opinio adiecerit. Contra, si exhortari te coe- 12
peris, ac dicere: „Nihil est, aut certe, exiguum est; duremus, iam desinet;“ levem illum, dum putas, facies. Omnia ex opinione suspensa sunt. non ambitio tantum ad illam respicit, et luxuria, et avaritia: ad opinionem dolemus. Tam miser est quisque, quam credit. Detrahendas praeteritorum dolorum conquestiones puto, et illa verba: „Nulli unquam fuit peius! Quos cruciatus, quanta mala pertuli? nemo me surrecturum putavit! Quoties deploratus sum a meis, 13
quoties a medicis relictus? In equuleum impositi non sic distrahuntur!“ Etiam si sunt vera ista, transierunt. Quid iuvat praeteritos dolores retractare, et miserum esse quia fueris? Quid, quod nemo non multum malis suis adiicit, et sibi ipse mentitur? Deinde quod acerbum fuit, retulisse iucundum est. naturale est, mali sui sine gaudere. Circumcidenda ergo duo sunt, et futuri timor, et veteris incommodi memoria: hoc ad me iam non pertinet, illud nondum. In ipsis po- 14
fitus difficultatibus dicat:

— *Forſan et haec olim meminiffe iuvabit.*

Toto contra illum pugnet animo. vincetur, si ceſſerit: vincet, si ſe contra dolorem ſuum intenderit. Nunc hoc plerique faciunt, attrahunt in ſe ruinam,

B 5

cui

13. *Quid iuvat praeteritos — fueris?*] Haud dubie quisque noſtro aſſentietur caventi, ne quis memoria veterum malorum, quae perpeſſus ſit, ſe miſerum faciat. Enimvero et bono ſuo conſtat haec ipſa memoria, ſi quis fortitudinem

reminiſcatur, qua illis malis audentior obviam iverit, ideoque et eandem nunc contra haec ipſa bene adhibiturum conſidat. Proinde verſus Virg. Aen. 1, 203 a noſtro bene hic advocatur,

- cui obstandum est. istud quod premit, quod impendet, quod urget, si subducere te coeperis, sequetur et gravius incumbet: **15** si contra steteris, et obniti volueris, repelletur. Athletae quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt? ferunt tamen omne tormentum gloriae cupiditate: nec tantum quia pugnant, ista patiuntur, sed ut pugnent. exercitatio ipsa tormentum est. Nos quoque evincamus omnia, quorum praemium non corona, nec palma est, nec tubicen praedicationi nominis nostri silentium faciens: sed virtus, et firmitas animi, et pax in ceterum parta, si semel in **16** aliquo certamine debellata fortunae est. — „Dolorem gravem sentio!“ Quidni sentias, si illum muliebriter tuleris? Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti et averso. — „Sed grave est.“ quid? nos ad hoc fortes sumus, ut levia portemus? Vtrum vis longum esse morbum, an concitatum et brevem? Si longus est, habet intercapedinem, dat refectio*n*i locum: multum temporis donat. necesse est ut exsurgat, et desinat. **17** Brevis morbus ac praecipit alterutrum faciet: aut exstinguetur, aut exstinguet. Quid autem interest, non sit, an non sim? in utroque finis dolendi est. Illud quoque proderit, ad alias cogitationes avertere animum, et a dolore discedere. Cogita, quid honeste, quid fortiter feceris: bonas partes tecum ipse tracta: memoriam in ea quae maxime miratus es, sparge. tunc tibi fortissimi-

15. *Athletae*] cf. Ep. 7. Similia habet Cic. Tusc. Disp. II, **17.** *sed ut pugnent*, ut pugnae idonei sint et exercitio praeparantur. In ipso autem exercitio haec mala. **L.** *quorum praemium — nec palma est*, uti hieronicis, s. victoribus in

Judis quatuor nobilibus Graecorum concedebantur. Pollux III, 30: quo etiam respexit Virg. Aen. V, 110, 111. *tubicen* qui praecinebat, ut vox deinde praekonis succederet et victorem renunciaret. cf. P. Faber Agonist. II, 13.

tiffimus quisque, et victor doloris, occurrat. Ille, qui dum varices exsecandas praeberet, legere librum perseveravit. Ille, qui non desinit ridere, quum hoc ipsum ^b irati tortores omnia instrumenta crudelitatis experirentur. Non vincetur dolor ratione, qui victus est risu? Quidquid vis, nunc licet dicas, destillationes et vim continuae tussis egerentem viscerum partes, et febrem praecordia ipsa torrentem, et sitim, et artus in diversam articulis exeuntibus tortos: plus est flamma, et equuleus, et lamina, et, vulneribus ipsis intumescantibus, quod illa renovaret et altius urgeret impressum. inter haec tamen aliquis non gemuit: parum est. non rogavit: parum est. non respondit: parum est. risit, et quidem ex animo: vis tu post hoc dolorem deridere? — „Sed nihil, inquit, agere finit morbus, qui me omnibus abduxit officiis.“ Corpus tuum valetudo tenet, non animum. Itaque cursoris moratur pedes, futoris ac fabri manus impedit. Si animus tibi esse in usu solet; suadebis, docebis, audies, disces, quaeres, recordaberis. Quid porro? nihil agere te credis, si temperans aeger sis? ostendes morbum posse superari, vel certe sustineri. Est, mihi crede, virtuti etiam in lectulo locus. Non tan-

b. *irati tortores*. Modii coniectura *mirati tort.* nemini, opinor, placebit.

17. *Ille — experiretur.*] Similia habet Cic. Tusc. II, 22.
25. Seneca Ep. 76, 15.

18. *plus est flamma, et equuleus, et lamina*] candens, tormenta ad confessionem veritatis exprimendam usurpata. Res nota vel ex quovis Antiquit. Compendio, e. c. Adams Handbuch der röm. Alterth. I. p. 471. *quod illa vulnera — impressum*

fc. ferrum, e. c. candentes forcipes.

19. *vis tu post hoc dolorem deridere?*] Quin contumuas illum, ratione vincens. *inquit* fc. aliquis. cf. de Ira I, 3, 1. not. Est Graecis familiare, *ἠγχι*, cf. Vpton ad Arrian. Diss. I, 4, 9 Schweighäuf.

20. *Est, mihi crede, virtuti etiam in lectulo locus.*] uti Rosindonio

- tantum arma et acies dant argumenta alacris animi, indomitique terroribus: et in vestimentis vir fortis apparet. Habes quod agas. bene luctare cum morbo: si nihil te coegerit, si nihil exoraverit, insigne prodis exemplum. O quam magna erat gloriae materia, si spectaremur aegri! ipse te specta. ipse te lauda. —
- 21 Praeterea duo sunt genera voluptatum. corporales morbus inhibet, non tamen tollit. immo, si verum aestimes, incitat. magis iuvat bibere sitientem: gratior est esurienti cibus. Quidquid ex abstinentia contigit, avidius excipitur. Illas vero voluptates, quae maiores certioresque sunt, nemo medicus aegro negat: has quisquis sequitur, et bene intelligit, omnia sensuum blandimenta contemnit. O infelicem aegrum! quare? quia non vino nivem diluit: quia non rigorem potionis suae, quam capaci scypho miscuit, renovat fracta insuper glacie: quia non ostrea illi Lucrina in ipsa mensa aperiuntur: quia non circa coenationem eius tumultus coquorum est, ipsos cum obsoniis focos transferentium. hoc enim iam luxuria commenta est. Ne quis intepefcat cibus, ne quid palato iam

donio ap. Cic. Tusc. Disp. II, 25 qui in *vestimentis* dormitoriis, in lectulo (Ep. 66, 1) docebat coram Pompeio magno. Si nihil exoraverit, inflexerit. Vitium loquendi firmavit Gronovius ad h. l. exemplis ex nostro petitis I de Ira 8, 6 quum — metus aut cupiditas aliquid impetravit. Ep. 94, 35 praecepta non cogunt, sed exorant i. persuadent. Plura vide in Thefauro Rob. Stephano-Gesner.

22. quia non vino nivem diluit] Cf. de Ira II, 25 not. Ep.

95, 16 nivem rodunt. *fracta insuper glacie.* Noster Nat. Quaest. IV cap. ult. Inde est, ait, quod nec nive quidem contenti sunt, sed glaciem, velut certior illi ex folido rigor sit, exquirunt. *Lucrina* ex lacu lucrino, qui anno Christi 1538 terraemotu fere destructus est, Ostrea s. conchylia lucrina valde aestimabantur, inde a L. Crassi diserti oratoris, quem Cicero laudat, aetate. Macrobr. Saturn. II, 11. Horat. Serm. II, 4, 32. Epod. II, 49. *Ipsos cum*

iam calloso parum ferveat, coenam culina profequitur. O infelicem aegrum! edet quantum concoquat. non 23
 iacebit in conspectu aper, ut vilis caro a mensa relegatus, nec in repositorio eius pectora avium (totas enim videre fastidium est) congesta ponentur! Quid tibi mali factum est? coenabis tanquam aeger: immo aliquando tanquam sanus. Sed omnia ista facile perferemus, sorbitionem, aquam calidam, et quidquid aliud intolerabile videtur delicatis et luxu fluentibus, magisque animo quam corpore morbidis: tantum mortem definamus horrere. Definemus autem, si fines bonorum 24
 ac malorum cognoverimus: ita demum nec vita taedio erit, nec mors timori. Vitam enim occupare satiety sui non potest, tot res varias, magnas, divinas percensentem: in odium illam sui adducere solet iners otium. Rerum naturam peragranti nunquam in fastidium veritas veniet: falsa satietybunt. Rursus, si mors accedit et vocat, licet immatura fit, licet mediam praecidat aetatem, perceptus longissime fructus est. cognita est illi ex magna parte natura, scit tempore honesta non crescere. His necesse est videri omnem vitam brevem, qui illam voluptatibus vanis, et ideo infinitis, metiuntur. His te cogitationibus recrea, et interim episto- 25
 lis nostris vacando: veniet aliquod tempus, quod nos iterum iungat ac misceat. quantumlibet fit illud, longum

cum obseniis focos — profequitur. Ep. 95, 20. Quaest. Nat. IV. cap. ult. Cf. si tanti videatur, Schwarzii Diss. select. p. 339 sq.

cf. Ep. 47, 4. *sorbitionem, aquam calidam*, potiones aegrotis dari solitas: quominus de calida cogites, impedit mentio delicatorum et luxu fluentium, quorum haec propria erat.

23. De luxu in *apris*, quos totos apponebant, et denique satis habebant ostendere, scripti adfatim IV Polioract. Dialogismo I. Lipsius. *pectora avium*.

24. *satiety sui*] i. studium semet ipsum cognoscendi repletum.

gum faciet scientia utendi. Nam, ut Posidonius ait, unus dies hominum eruditorum plus patet, quam imperiti longissima aetas. Interim hoc tene, hoc morde: adversis non succumbere, laetis non credere, omnem fortunae licentiam in oculis habere: tanquam quidquid potest facere, factura fit. Quidquid expectatum est diu, levius accedit.

EPISTOLA LXXIX.

Rogat amicum, tum ut sibi de Scylla, Chrybdi et Aetna certiora nuntiet, tam ut in descriptione Aetnae, quam ut episodium maioris poematis parare velit, ne nimis modestus sit, nec priores credat, qui in eo describendo clari fuerint, a se vinci non posse, etsi in sapientia nec vincere nec vinci licet, quippe cui nullus crescendi locus datur, quum ad summa pervenerit, ut rebus naturae, simulatque iustam magnitudinem impleverint. Ad hanc et nos enitamur, bono eius uno ducti, non gloria, quae ultro virtutem sequitur nulla simulatione fucata.

Scriptam hanc epistolam, quum in Nat. Quaestionibus componendis laboraret Seneca, verisimile est. Nam et ipsas senex conscripsit, et memorabilem Aetnae non uno loco mentionem fecit.

Exspecto epistolas tuas, quibus mihi indices, circumitus Siciliae totius quid tibi novi ostenderit, et omnia

c. hoc tene, hoc morde. Omnium haec est lectio Codd. et edd. ante Muretum, qui in textum invexit: *Interim tene hoc mordicus.* Conferas, si tanti videatur, Gruteri Opiniorum IV, 6.

25. De *Posidonio* cf. Fabricii Bibl. Graec. Vol. III, p. 572 sq. *eruditorum* i. sapientum, stoico sermone. Simile est illud egregium dictum Ciceron. Tusc. Disp. V, 2: Est autem unus dies, bene et ex praecipis tuis (Philosophia) actus,

peccanti immortalitati anteponendus.

1. *circumitus Siciliae totius*] cuius erat procurator, et ideo circumire fora et conventus debebat Lucilius, iuris dicendi causa. *Nam, Scyllam*

omnia de ipsa Charybdi certiora. Nam Scyllam faxum esse, et quidem ^a non terribile navigantibus, optime scio: Charybdis an respondeat fabulis, perscribi mihi desidero. Et si forte observaveris (dignum est autem, ut observes) fac nos certiores, utrum uno tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestat aequae mare illud contorqueat: et an verum sit, quidquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia trahi conditum, et circa Tauromenitanum litus emergere. Si haec mihi ² perscripseris, tunc tibi audebo mandare, ut in honorem meum Aetnam quoque ascendas: quam consumi, et sensim subsidere, ex hoc colligunt, quod ^b aliquando longius navigantibus solebat ostendi. Potest hoc accidere, non quia montis altitudo defedit, sed quia ignis evanuit, et minus vehemens ac largus effertur: ob eandem causam fumo quoque per diem segnior. Neu- ³ trum

a. *non terribile.* Sunt codices, qui negationem omittant, sed nullo jure. Cf. not. Mox *uno* inducunt nonnulli et deinceps habent *atque mare*, quum optimi mss. idque tenui postulante praebant *aeque mare*, apud Pint. et Gruterum. b. *aliquando.* Quum Codices addicant, reposui. Antea: *aliquando.* Mox *effertur* bene habet: alii *effervit*, quam lectionem, et ipsam non spernendam, Modius commendabat *fumo quoque per diem segnior* omnium codd. et antiq. edd. lectio est, quam

iam — *scio.* A recentioribus, qui illas regiones adierunt, eadem nuntiata sunt, v. c. a Bartels I p. 392. *fabulis.* Cf. Hom. Odys. XII. 101 seqq. Scyllam rupem esse Italiae adhaerentem, e regione urbis Scyllaei, Charybdim autem Siciliae propriam, e regione Scyllae sitam rupium collectionem, notum est. *et an verum sit* — *emergere.* Strabo VI p. 258 Lipl. veritatem rei testatur, qui addit, eam ob causam

litus Tauromenitanum (nunc Taormina vocant urbem) appellatum esse Copriam (i. e. excrementis plenam). At nunc nihil eiusmodi observatur, nisi interdum ingens maris murmur sub rupe, unde fabella ortum duxit, aquam a Charybdi absorptam evomi hoc loco.

2. *quod aliquando* — *ostendi.*] Apposite laudat Lipsius Aelian. V. H. VIII, 11 idem, nescio unde, referentem.

trum autem incredibile est, nec montem qui devoretur quotidie minui, nec ignem non manere eundem: qui non ipse ex se est, sed in aliqua inferna valle conceptus exaestuatur, et aliis pascitur: in ipso monte non alimentum habet, sed viam. In Lycia regio notissima est, Ephestion incolae vocant, perforatum pluribus locis solum, quod sine ullo nascentium damno ignis innoxius circuit. Laeta itaque regio est, et herbida, nil flammis adurentibus, sed tantum vi remissa ac languida resulgentibus. Sed reservemus ista, tunc quaesituri, quum tu mihi scripseris, quantum ab ipso ore montis nives absint, quas ne aestas quidem solvit: adeo tutae

quam tamen Pintianus coniectura ductus immutavit *segniore* praestans. Sed est sensus: ignis segnior est ad fumum reddendum. Paulo post *aliis* dedi commendantibus Erasmo et IV Grut. Antea: *alibi*.

3. *In Lycia — resulgentibus.*] Confirmat rem Plinius Nat. Hist. V, 27. Cf. Mannerus. Idem observatur de pluribus aliis regionibus, quarum memoratu dignissima est, quae ad mare Caspium circa Bacu sita est, cui petrolei, quod naphtha vocare solemus, tantam copiam inditam esse narant Gùldenstaedtius, Reineggs (Ehlich) aliique, ut et apertura facta erumpat innoxium, quin etiam cibus coquendis adhibeatur, et egregiam huius regionis fertilitatem efficiat. Reineggs (Allgem. historisch-topograph. Beschreibung des Caucasus To. I. p. 152 — 156) multus est in describendo igne coeruleo, quem mari per istam regionem suaviter et len-

te undanti assimilabat, quum noctu e montibus illum prospiciebat. Fortasse haec regionis Colchicae natura ansam dedit auctoribus rerum argonauticarum, ut campos et tauros arduos Colchidis suis poematibus describerent, e. c. Apollon. Rh. III, 1290 sq. Ovid. Met. VII, 104 sq. Idem circa Dodonam observabatur, Lucret. VI, 879 sq. Spectant huc stagna Palicorum (Nastia nunc vocata) in Sicilia, Virg. Aen. IX, 585 etc.

4. *Non est autem — attingas.*] Sensus huius loci corrupti est: non mihi adscribas hunc morbum, νόσον, ingenii impetum, quo nunc teneris, sed tuae tantae cupidini s. entusiasmo, quo, vel nemine tibi

tutae sunt ab igne vicino. Non est autem, quod istam curam imputes mihi: morbo enim tuo daturus eras, etiamsi nemo mandaret tibi, donec Aetnam describas in tuo carmine, et hunc solennem omnibus Poëtis locum attingas. quem quo minus Ovidius tractaret, nihil obstitit, quod iam Virgilius impleverat: ne Severum quidem Cornelium uterque deterruit. Omnibus praeterea feliciter hic locus se dedit: et qui praecefferant, non praeripuisse mihi videntur quae dici poterant, sed aperuisse. Sed multum interest, utrum ad consumptam materiam, an ad subactam accedas: crescit

c. morbo enim tuo daturus eras, etiamsi nemo mandaret tibi, donec Aetnam describas in tuo carmine et hunc rel. Locum omnino corruptum esse recte iudicat Gron. Palat. secundus praebet: nemo mandaret tibi quid donec. Col. nemo dabit quid manducare tibi quid donec. Praeterea meliores omnes habent: ne hunc solennem: non, et hunc. Haec sufficiant ad demonstrandam huius loci corruptelam, cui nonnisi meliores Codd. mederi posse puto. Cf. Gruter. Parum caute proinde egerunt, qui hoc loco incerto usi sunt ad certum auctorem incerto s. ἀδεσπότης carmini Aetna inscripto vindicandum.

tibi mandante, ducereris ad Aetnam describendam in Carmine quod paras. Cf. Praefat. Volum. II praemissam p. XIII. seqq.

5. quem quo minus — deterruit.] Virgilius egit de Aetna monte Aen. III, 571 sq. Ovid. Met. XV, 340 sq. * Cornelius Severus augustei aevi poeta, cuius laus exstat ap. Quintil. Instit. Or. X, I, 89 Gesner. Parum constat, bellum ficulum, quod quominus perficeret, mors immatura praepediit, utrum ad bellum punicum spectet, an ad bellum ficulum Augusti cum Sexto Pom-

peio gestum referas. Hoc praetulit recte, opinor, beat. Wernsdorf. Poet. min. lat. IV, I p. 8, 26. His materiam subactam, in qua elaborarunt poetae, non consumptam, quae nullam eius exornandae copiam praestet, utpote iam perfectae et consummatae, praebuit hic locus: quandoquidem ornatu verborum etc. impleverunt i. affatim expoliuerunt locum hunc, non physica doctrina et subtilitate. Omnis itaque miratio, quod, Seneca iudice, Virgil. locum impleverit, tollitur, hac interpretatione recepta.

- 6 scit in dies, et inventuris inventa non obstant. Praeterea, conditio optima est ultimi. Parata verba invenit, quae aliter instructa novam faciem habent: nec illis manus iniicit, tanquam alienis: sunt enim publica. Iurisconsulti negant, quidquam publicum usufructuari. Aut ego te non novi, aut Aetna tibi salivam movet. Iam cupis grande aliquid, et par prioribus scribere. Plus enim sperare modestia tibi tua non permittit: quae tanta in te est, ut videaris mihi retracturus ingenii tui vires, si vincendi periculum sit. tanta tibi
- 7 priorum reverentia est. — Inter cetera, hoc habet boni sapientia: nemo ab altero potest vinci, nisi dum ascenditur. ^dquum ad summum perveneris, paria sunt: non est incremento locus, statur. Numquid sol magnitudini suae adiicit? numquid luna ultra quam solet procedit? maria non crescunt: mundus eundem habitum ac modum servat. Extollere se, quae iustam
- 8 magnitudinem implevere, non possunt. Quicumque fuerint sapientes, pares erunt et aequales: habebit unusquisque ex his proprias dotes: alius erit affabilior, alius expeditior, alius promptior in eloquendo, alius facundior: illud de quo agitur, quod beatum facit, aequale erit in omnibus. An Aetna tua possit sublabi, et in se ruere, an hoc excelsum cacumen et conspicuum per vasti maris spatia detrahat assidua vis ignium, nescio: virtutem non flamma, non ruina inferius adducet.

d. quum ad summum perveneris. Gronovio iudice reposui, quum antea legeretur: dum.

6. Iurisconsulti negant — usufructuari.] Cf. Ep. 88, 11. salivam movet, te attrahit ad eum describendum. si vincendi periculum sit, i. si experiendum sit, an vincere possis.

8. illud de quo agitur] summum bonum, virtus, honestum, atque ideo sapientia, sensu stoico. cf. Lipsii Manud. 111, 3. detrahat comminuat sensum.

ducat. Haec una maiestas deprimi nescit, nec proferri 9
 ultra, nec referri potest. Sic huius, ut coelestium,
 frata magnitudo est. Ad hanc nos conemur educere.
 iam multum operis effectum est, immo, si verum fa-
 teri volo, non multum. Nec enim bonitas est, pes-
 simis esse meliorem. Quis oculis gloriatur, e qui su-
 spicetur diem, cui sol per caliginem splendet? licet
 contentus interim sit effugisse tenebras, adhuc non
 fruitur bono lucis. Tunc animus noster habebit quod 10
 gratuletur sibi, quum emissus his tenebris, in quibus
 volutatur, non tenui visu clara prospexit, sed totum
 diem admiserit, et redditus coelo suo fuerit, quum
 receperit locum, quem occupavit forte nascendi. Sur-
 sum vocant illum initia sua. Erit autem illic, etiam
 antequam hac custodia exsolvatur, quum vitia disiece-
 rit, purusque ac levis in cogitationes divinas emicue-
 rit. ^fHoc nos agere, Lucili carissime, in hoc ire im-
 petu toto licet; pauci sciant, licet nemo videat. Glo- 11
 ria, umbra virtutis est: etiam invitos comitabitur.
 Sed quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquan-
 do sequitur: ita gloria aliquando ante nos est, vi-
 sendamque se praebet, aliquando in averso est, maior-
 que quo ferior, ubi invidia secessit. Quamdiu videba-
 tur furere Democritus? vix recepit Socratem fama.

C 2

Quam-

e. qui suspicetur diem, cui sol. Sic habent Modii et Grut.
 Codd., ut Senecae magis familiare. Antea: qui suspicen-
 tur diem, quibus rel. f. Hoc nos agere — licet; sic Grut.
 Codd. omnes et editio vetus. Erasmus tamen: hoc nos oportet
 agere — toto, licet pauci sciant rel.

10. Tunc animus — sorte
 nascendi.] Cf. Nat. Quaest. I.
 praef. §. 8 sqq. Sursum in-
 gentia spatia sunt etc. sorte
 nascendi, intelligas de loco
 divino, quem tenebat eo tem-
 pore, quum fato in terram de-

mittebatur: in originem redit:
 secundum dogma stoicum, ani-
 mam esse Dei particulam.

11. Democritus?] quoniam
 patrimonium suum neglexerat,
 Conf. de Provid. VI, 1.

- Quamdiu Catonem civitas ignoravit? respuit: nec
 12 intellexit, nisi quum perdidit. Rutilii innocentia ac
 virtus lateret, nisi accepisset iniuriam: dum viola-
 tur, effulfit. Numquid non forti suae gratias egit,
 et exilium suum complexus est? De his loquor, quos
 illustravit fortuna, dum vexat: quam multorum pro-
 fectus in notitiam evasere, post ipsos? quam multos
 fama non excepit, sed eruit? Vides Epicurum, quan-
 toperere non tantum eruditiores, sed haec quoque im-
 peritorum turba miretur. Hic ignotus ipsis Athenis
 13 fuit, circa quas delituerat. Multis itaque iam annis
 Metrodoro suo superstes, in quadam epistola, quum
 amicitiam suam et Metrodori, grata commemoratione
 cecinisset, hoc novissime adiecit: „Nihil sibi et Metro-
 doro inter bona tanta nocuisse, quod ipsos illa nobi-
 lis Graecia non ignotos solum habuisset, sed paene
 inauditos.“ Numquid ergo non postea quam esse de-
 fierat, inventus est? numquid non opinio eius emi-
 14 cuit? Hoc Metrodorus quoque in quadam epistola
 confitetur: „Se et Epicurum non satis eminuisse: sed
 post, Se et Epicurum magnum paratumque nomen ha-
 bituros, apud eos qui voluissent per eadem ire vesti-
 gia.“ Nulla virtus latet: et latuisse, non ipsius est
 damnum. Veniet qui conditam, et seculi sui ma-
 lignitate compressam, dies publicet. Paucis natus est,
 15 qui populum aetatis suae cogitat. Multa annorum mil-
 lia, multa populorum supervenient: ad illa respice.
 etiamfi

12. Rutilii] Cf. Consolat. ad Marc. XXII, 2. *quam multos fama non excepit, sed eruit?* quasi ex sepulcro in lucem protraxit. *Vides Epicurum — miretur.* Cf. Ep. XXI, 10. et Petri Gassendi de vita et morib. Epicuri II, 4.

14. *Paucis natus est — cogitat.*] qui tantum hominibus coevis conspicuus esse et placere vult, et qui non supra aevum suum eminere, atque proinde sequentia saecula cogitare studet, quibus placeat.

etiam si omnibus tecum viventibus silentium livor indixerit. venient qui sine offensa, sine gratia iudicent. Si quod est pretium virtutis ex fama, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo: tamen etiam non sentientes colet, ac frequentabit. Nulli non virtus, et vivo, et mortuo, retulit gratiam: si modo illam bona secutus est fide, si se non exornavit et pinxit, sed idem fuit, sive ex denuntiatio videbatur, sive imparatus ac subito. Nihil simulatio proficit. paucis imponit leviter extrinsecus inducta facies: veritas in omnem partem sui semper eadem est. Quae decipiunt, nihil habent solidi. Tene est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris. 16

EPISTOLA LXXX.

Concurfus vulgi ad spectaculum sibi occasionem esse dicit, nulli ad dicto tranquille philosophandi de exercitatione animi et de virtute consequenda, quae una voluntate paratur, in eo optime occupata, ut servituti te eripias. Hoc autem non fieri potest pecunia, sed sua cuiusque opera. Primum libera te metu mortis, deinde metu paupertatis, quae non malum videbitur pauperes componentibus cum iis, qui felices vocantur et magnifice se gerunt. Itaque non ex larva, sed ex veritate homines metiaris, atque ideo te ipsum.

Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco, sed spectaculi, quod omnes molestos ad sphaeromachiam avocavit. Nemo irrumpit, nemo cogitationem meam impedit: quae hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepuit subinde ostium, non allevabatur

C 3

velum:

1. *sphaeromachiam*] *pilarum* ludum et certamen a pugilibus, *πύκταις* factitatum, qui loco caestuum pilas manibus circumligabant, ne caestus nocerent, coriaceo tegumento, *ἐπισφαιρα* custoditas. Cf. P. Fabri *Agonist.* 1, 6. *Non crepuit subinde ostium*, simpliciter de sonitu aperientis ianuam intelligam. Ianuae autem romanae introrsum aperiebantur, vid.

- velum: licebit uni vadere; quod magis necessarium est per se eunti, et suam sequenti viam. Non ergo sequor priores? facio. sed permitto mihi et invenire ² aliquid, et mutare, et relinquere. Non fervio illis, sed assentior. magnum tamen verbum dixi, qui mihi silentium promittebam, et sine interpellatione secretum: ecce ingens clamor ex stadio profertur, et me non excutit mihi, sed in huius ipsius rei contentionem transfert. Cogito mecum, quam multi corpora exerceant, quam ingenia pauci: quantus ad spectaculum non fidele et lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo: quam imbecilli animo sint, quorum lacertos humerosque miramur.
- ³ Illud maxime revolvo mecum: si corpus perducere exercitatione ad hanc patientiam potest, qua et pugnos pariter et calces non unius hominis ferat, qua solem ardentissimum in ferventissimo pulvere sustinens aliquis, et sanguine suo madens diem ducat: quanto facilius animus corroborari possit, ut fortunae ictus invictus ⁴ excipiat, ut proiectus, ut conculcatus exurgat? Corpus enim multis eget rebus, ut valeat: animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. Illi multo cibo, multa portione opus est, multo oleo, longa denique ope-

vid. Cuiacii Obs. 13, 27. *velum*, παραπέτασμα, foribus cubiculi praetensum, quod levabatur in admissionibus, unde causas cognoscere levato velo, est, palam omnibus admittis: alia inferviebant frigori arcendo in coenationibus, alia ornatui, Cf. Lipsium ad Tacit. Annal. 13, 5.

². *contentionem*] i. competitionem, quam nunc instituit, *spectaculum non fidele*, quate-

nus nihil solidi et bonae frugis inest.

³. *Illud maxime — ducat*] Conf. Ep. 7. 13, 2 not. Cic. Tusc. II, 17. *non unius hominis*. nam etsi paria fere athletarum pugnabant, tamen aliquando mixti, aut per ceteras: et ut id non fuerit, ordine alii post alios supponebantur. Ita unus victor plures sustinere,

opera: tibi continget virtus sine apparatu, sine impensa. Quidquid facere te potest bonum, tecum est. Quid tibi opus est ut sis bonus? velle. Quid autem melius potes velle, quam eripere te huic servituti, quae omnes premit, quam mancipia quoque conditionis extremae, et in his sordibus nata, omni modo exuere conantur? Peculium suum, quod comparaverunt ven-
tre fraudato, pro capite numerant: tu non concupisces quancunque ad libertatem pervenire, qui te putas in illa natum? Quid ad arcam tuam respicis? emi non potest. Itaque in tabellas vanum coniiicitur nomen libertatis: quam nec qui emerunt habent, nec qui vendiderunt. Tibi des oportet istud bonum, a te petas. Libera te primum metu mortis: illa nobis primum iugum imponit: deinde metu paupertatis. Si 6

C 4

vis

4. *velle*] Stoici enim una animi opera ad sapientiam emicari, et proinde eam disci posse censebant: quod dogma sequeuti sunt contra Sophistas, virtutem contententes disci non posse: qua de re Socratis tempore tantopere inter se digladiatos esse philosophos e Platone constat. Hinc Seneca de Benef. III, 18: nulli praeclusa est virtus, omnibus patet, omnes admittit. Ep. 90, 44: ars est bonum fieri. Eo spectat Euripideum ap. Aristot. Polit. V, 9: εὖτε δὲ χρῆσθαι, bonus est, qui esse velit. Omnem autem illam poeticam rationem, qua Philosophi antiquiores impetum ingenii insignem, studium et emendationem morum afflatui cuidam divino, commercio cum Deo ascribebant, atque sine

eo magnum virum fieri negabant, Stoici repudiabant, nec quidquam nisi facultatem et indolem cognoscendi ac cogitandi a Deo homini esse datam naturaliter, ideoque nullas ideas innatas, conceptus aut tale quid concedebant: omnia ab homine acquiri docentes sua sponte et proprio Marte, quae ad cognitionis et voluntatis emendationem spectent. Cf. Lipsii Manud. II, 10.

5. *tu non concupisces*] Apposite laudat Lipsius egregia illa Epicteti in Arriani Diss. IV, 1, 171 sq. Huc spectat quoque paradoxum illud stoicum: solum sapientem liberum esse, vel e Cic. Parad. V. notissimum. *tabellas* manumissionis, quae apud censores erant.

vis scire quam nihil in illa mali fit, compara inter se pauperum et divitum vultus. Saepius pauper et fidelius ridet: nulla sollicitudo in alto est: etiam si qua incidit cura, velut nubes levis tranfit. Horum qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut gravis et suppurata tristitia: et quidem gravior, quia interdum non licet palam esse miseros: sed inter aerumnas cor 7 ipsum exedentes, necesse est agere felicem. Saepius hoc exemplo mihi utendum est: nec enim ullo efficacius exprimitur hic humanae vitae mimus, qui nobis partes has, quas male agamus, assignat. Ille qui in scena elatus incedit, et haec resupinus dicit,

*En impero Argis; regna mihi liquit Pelops,
Qua Ponto ab Helles atque ab Ionio mari
Urgetur Isthmos:*

fervus est, quinque modios accipit, et quinque denarios. Ille qui superbus, atque impotens, et fiducia virium tumidus ait,

Quod nisi quieris, Menelae, hac dextra occides:

diurnum accipit, in ^acentunculo dormit. Idem de istis licet omnibus dicas, quos supra capita hominum, supra-

a. *centunculo* i. strato vili servorum. Cf. Cato ap. Festum in voce *Prohibere*, ubi ante Frobenium recte legebatur *in centunculo*, notan-

6. *in alto est*] i. in interiore animi recessu, altius radices egit in imo et profundo pectore. *suppurata*, ἰπυλοσ.

7. *vitae mimus*] Ex hac comparatione satis antiqua Augusti dictum fluxit notissimum ap. Sueton, Octav. 99 qui amicos admissos pereunctatus: Ec-

quid iis videretur mimum vitae commode transegerisse. Cf. ad Ep. 76, 23. Versus qui sequuntur sunt ex Attii Tragedia Atreo, quorum primum affert Quintil. Instit. or. IX, 4, 140.

8. *fervus — denarios*] sc. in menses: quotidie enim accipie-

praeque turbam delicatos lectica suspendit: omnium istorum personata felicitas est. Contemnes illos, si despoliaveris. Equum emturus, solvi iubes stratum, detrahis vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: hominem involutum aestimas? Mangones, 9 quidquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. Itaque eminentibus ornamenta ipsa suspecta sunt: sive crus alligatum, sive brachium adspiceres, nudari iuberes, et ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythiae Sarmatiaeve regem, insigni capitis decorum? si vis illum aestimare, totumque scire qualis sit, fasciam solve. multum mali sub illa latet. Quid de aliis loquor? si perpendere te voles, sepone pecuniam, domum, dignitatem: intus te ipse considera. Nunc qualis sis, aliis credis.

C 5

notante Gronovio. In ed. Godofredi (1602 p. 382. fol.) est: *sub centone*. Revocavit iam Gronovius, volente Lipsio et Grutero, quod ad oram ed. Erasmi apparuit, firmatum omnibus Palat. et Erford. Antea: *coenaculo*.

cupiebant trinas quinasve farris libras Senecae tempore; nam temporum diversitas et hac in re valuerit, atque conditio servorum. Cf. Heynii Opusc. acad. I p. 251 sq. Servus itaque quotannis constabat 134 francos, quisque autem nostrorum murariorum 375, computante Mongez, ut vidi ex Ephemerid. gotting. anni 1801. nr. 44. *stratum*. cf. Ep. 47, 14. not. Appulcius de Deo So-

cratis p. 244 Vol. II bip.: Neque in emendis equis phaleras consideramus et balteipolimina inspicimus et ornatissimae cervicis divitias contemplamur — sed istis omnibus exuviis amolitis equum ipsum nudum — contemplamur etc.

9. *fasciam*] i. e. diadema, insigne regum. Nam hoc non aliud erat, quam fascia, aut vitta capiti circumdata. L.

EPISTOLA LXXXI.

Amico, qui de ingrato quodam questus erat, respondet, 'hoc periculum neque evitari posse, neque defugiendum esse, quum magni referat, gratum reperisse. Qua occasione data quaestiones nonnullas de beneficiis dandis, quas in libris de beneficiis non satis explicaverat, pertractat. Ac primum quaerit, an et illi, qui profuit nobis, si postea nocuerit, vel plus quam antea profuerat, gratiae referendae sint? Negabit severus iureconsultus, nulla animi, quo et beneficia et iniuriae constant, ratione habita. Vir bonus autem magis beneficium quam iniuriam aestimabit. Sapiens enim, cui uni notum est, quid quaeque res ideoque animus in tali re aestimari debeat, gratiam scit referre, recte verbi proprietate servata. Quae quidem sententia de sapiente nau est Paradoxon: facilis enim officiorum pars est referre gratiam, et scientia haec est maioris pretii, quam voluntas sine illa. At non solum gratiam referre scit sapiens, sed etiam cupit debere gratiam et referre. Nam gratitudo cum sensu hilaritatis et laetitiae coniuncta est, tum in officio sita est et virtus. Unde fit, ut grati beati, ingrati miseri sint. Quae quidem ansam praebent Senecae, in laudes sapientis exspatiandi, ut qui in omnibus rebus aequanimitatem et humanitatem praestat, ideoque spernit ea, propter quae vulgus malignum insanit, ut gratus esse possit. Nam ex hac parte vel maxima impedimenta homini assurgunt, qui gratus esse velit. Attamen in eo omnes consentiunt, esse referendam bene merentibus gratiam.

Quereris incidisse te in hominem ingratum. Si hoc nunc primum, age aut fortunae, aut diligentiae tuae gratias. Sed nihil facere hoc loco diligentia potest, nisi te malignum. Nam si hoc periculum vitare volueris, non dabis beneficia: ita, ne apud alium pereant, apud te peribunt. Non respondeant potius, quam non den-

1. *Non respondeant p.] i. e.* non fructum ferant potius: accepta translatio a militibus, qui vocati nomen suum non detrectant: hinc agri respondent, te-

stantur se fructuosos esse. Columell. III, 3, 4. Hinc imagines ex agricultura sumtae nostro in mentem veniunt.

dentur: et post malam fegetem ferendum est. Saepe quidquid perierat assidua infelicis foli sterilitate, unius anni restituit ubertas. Est tanti, ut gratum invenias,² experiri et ingratos. Nemo habet tam certam in beneficiis manum, ut non saepe fallatur: aberrent, ut aliquando^a haereant. Post naufragium maria tentantur: foeneratorem non fugat a foro decoctor. Cito inertio otio vita torpebit, si relinquendum est quidquid offendit. Te vero benigniorem haec ipsa res faciat. nam cuius rei eventus incertus est, id, ut aliquando procedat, saepe tentandum est. Sed de isto satis multa in³ his libris locuti sumus, qui de Beneficiis inscribuntur: illud magis quaerendum videtur, quod non satis (ut existimo) explicatum est: „An is qui profuit nobis, si postea nocuit, paria fecerit, et nos debito solverit?“ Adice, si vis, et illud: „Multo plus postea nocuit, quam ante profuerat.“ Si rectam illam rigidi iudicis sententiam quaeris, alterum ab altero absolvet, et dicet: Quamvis iniuria praeponderet, tamen beneficiis donetur, quod ex iniuria superest. Plus nocuit? sed prius profuit; itaque habeatur et temporis ratio. Iam⁴ illa manifestiora sunt, quam ut admoneri debeas, quaerendum esse, quam libenter profuerit, quam invitatus nocuerit: quoniam animo et beneficia et injuriae constant. Nolui beneficium dare: victus sum aut verrecundiâ, aut instantis pertinaciâ, aut spe. Eo animo quidque debetur, quo datur; nec, quantum fit, sed a quali profectum voluntate, perpenditur. Nunc coniectura tollatur. Et illud beneficium fuit, et hoc quod⁵ modum

a. haereant i. fixa sint, locum suum teneant. Lectius tamen coniec. non errent, vim rōi haerere nunc satis notam igno- rans, Mox decoctor bene habet: coactor, tortor aberrationes librariorum sunt.

3. quod non satis — explicatum est.] Attigit tamen De Benef. III, 13. L.

- modum beneficii prioris excessit, iniuria est. Vir bonus utroque calculos sic ponit, ut se ipse circumscibat: beneficio adiicit, iniuriae demit. Ille alter remissior iudex, quem esse me malo, iniuriae oblivisci debet, officii meminisse. Hoc certe, inquit, iustitiae convenit, suum cuique reddere, beneficio gratiam, iniuriae talionem, aut certe malam gratiam.
- 6 Verum erit istud, quum alius iniuriam fecerit, alius beneficium dederit. nam si idem est, beneficium vis iniuriae extinguitur. Nam cui, etiam si merita non antecessissent, oportebat ignosci, post beneficia laedenti plus quam venia debetur. Non pono utrique par pretium: pluris aestimo beneficium, quam iniuriam. Non omnes debere sciunt grati beneficium. Potest etiam imprudens, et rudis, et unus e turba, utique dum prope est ab accepto, reddere beneficium, et pensare:
- 7 ignorat autem quantum debeat. Vni sapienti notum est, quanti res quaeque taxanda sit. Nam ille, de quo loquebar modo, stultus, etiam si bonae voluntatis est, aut minus quam debet, aut tempore, aut quo non debet loco, reddit: id quod referendum est, effundit atque abiicit. Mira in quibusdam rebus verborum proprietas est: et consuetudo sermonis antiqui quaedam efficacissimis, et officia docentibus, notis signat. Sic certe solemus loqui: Ille illi gratiam retulit. Re-
- 8 ferre, est ultro quod debebas afferre. Non dicimus:
Gra.

5. *Vir bonus*] qui et beneficia et iniurias acceperit. *circumscibat* i. e. ius suum minuat in hac supputatione.

6. *Potest etiam imprudens* etc.] i. stultus, quem opponit sapienti, gratus esse, sed nefcit, quantum debeat, rationem non habens temporis, animi etc. quo beneficia daban-

tur. *utique dum prope est ab accepto* i. e. in recenti beneficio, quod nondum excidit. Nam vulgus vetustioris obliviscitur. L.

8. *Non dicimus: Gratiam reddidit.*] Raro saltem occurrit, v. c. ap. Sallust. Jug. 110, 4 ed. Cort.

Gratiam reddidit. Reddunt enim, et qui repossuntur, et qui inviti, et qui ubilibet, et qui per alium. Non dicimus: Reposuit beneficium, aut solvit; nullum enim nobis placuit, quod aeri alieno convenit, verbum. Referre, est ad eum, a quo acceperis, ferre. Haec vox significat voluntariam relationem. Qui retulit, ipse se appellavit. Sapiens omnia examinabit secum, quantum acceperit, a quo, quando, ubi, quemadmodum. Itaque negamus, quenquam scire gratiam referre, nisi sapientem. non magis quam beneficium dare quisquam scit, nisi sapiens: hic scilicet, qui magis dato gaudet, quam alius accepto. Hoc aliquis inter illa numerat, quae videmur inopinata omnibus dicere: *παράδοξα* Graeci vocant: et ait: „Nemo ergo scit praeter sapientem referre gratiam? ergo nec quod debet creditori suo, reponere quisquam scit alius? nec quum emit aliquam rem, pretium venditori persolvere?“ Sed ne nobis fiat invidia, scito idem dicere Epicurum. Metrodorus certe ait, Solum sapien- 10 tem referre gratiam scire. Deinde idem admiratur, quum dicimus: „Solum sapiens scit amare, solus sapiens amicus est.“ Atqui et amoris et amicitiae pars est, referre gratiam: immo hoc magis vulgare est, et in plures cadit, quam vera amicitia. Deinde idem admiratur, quod dicimus: „fidem nisi in sapiente non esse:“ tanquam non ipse idem dicat. An tibi videtur fidem habere, qui referre gratiam nescit? Desinant 11 ita-

10. *Metrodorus*] auditor et amicus Epicuri. Multa scripsit, quae omnia perierunt. cf. ad Ep. VI, 6. *deinde idem* Metrodorus, qui ut Epicureus cum Stoicis acerrime digladiatus est, ideoque illa paradoxa impugnavit. *Solus sapiens*

scit — est, quoniam ille solus dignoscere potest, quae bona cum amore tum amicitia digna sunt. Egregie de hac re, ut solet, disserit Epicetus in Diff. Arrian. II, 22. Cf. Lipsii *Manud. in stoic. Philos.* III, 16.

itaque infamare nos, tanquam incredibilia iactantes, et sciant apud sapientem esse ipsa honesta, apud vulgum simulacra rerum honestarum et effigies. Nemo referre gratiam scit, nisi sapiens. Stultus quoque, utcumque scit, et quemadmodum potest, referat: scientia illi potius, quam voluntas desit. Velle non discitur. Sapiens inter se omnia comparabit. maius eius opus, aut minus fit (quamvis idem fit) tempore, loco, causa. Saepe enim hoc non potuere divitiae in domum infusae, quod opportune dati mille denarii. Multum enim interest, donaveris, an succurreris: servaverit illum tua liberalitas, an instruxerit. Saepe quod datur, exiguum est: quod sequitur ex eo, magnum. Quantum autem existimas interessse, ^butrum aliquis de arca, quod praestabat, sumserit, an beneficium accepit, ut daret? Sed ne in eadem, quae satis scrutati sumus, revolvamur; in hac comparatione beneficii et iniuriae, vir bonus iudicabit quidem quod erit aequissimum: sed beneficio favebit, in hanc erit partem proclivior. Plurimum autem momenti persona sollet asserre in rebus eiusmodi. Dediti mihi beneficium in servo, iniuriam fecisti in patre: servasti mihi filium, sed patrem abstulisti. Alia deinceps, per quae procedit omnis collatio, prosequetur, et si pusillum erit quod

b. *utrum aliquis de arca, quod praestabat, sumserit.* Sequor Lipsium et Gronovium, qui ex Erasmo. Codd. scriptura: *utrum aliquis de rata quod praestaret*, pro quo alii libri mss. habebant, *praestarat*, alii *praestabat*, hanc quam dedi lectionem effinxerunt. Antea: *utrum aliquis quod dederat, sumserit.*

12. *Quantum autem — daret?*] De beneficio loquitur, intermiscens eleganter tralatum sermonem de pecunia, quae domo et ex parato (de arca) promittitur: Vtrum a se solo expenderit et suis unius facultati-

bus in dando beneficio usus sit, an advocaverit alienas et versuram fecerit, ut amico mutuum daret. Gronovius.

13. *Sed ne — scrutati sumus*] in libris de Beneficiis.

quod interfit, diffimulabit. Etiamfi multum fuerit, si id donari salva pietate ac fide poterit, remittet: id est, si ad ipsum tota pertinebit iniuria. Summa rei haec est. facilis erit in commutando: patietur plus imputari sibi. invitus beneficium per compensationem iniuriae solvet: in hanc partem inclinabit, huc verget, ut cupiat debere gratiam, cupiat referre. Errat 15 enim, si quis beneficium libentius accipit, quam reddit. Quanto hilarior est qui solvit, quam qui mutatur; tanto debet laetior esse, qui se maximo aere alieno accepti beneficii exonerat, quam qui accipiens quum maxime obligatur. Nam in hoc quoque falluntur ingrati, quod creditori quidem, praeter sortem, extra ordinem numerant: beneficiorum autem usum esse gratuitum putant. Et illa crescunt morâ: tantoque plus solvendum est, quanto tardius. Ingratus est, 16 qui beneficium reddit sine usura. Itaque huius quoque rei habebitur ratio, quum conferentur accepta et expensa. Omnia facienda sunt, ut quam gratissimi simus. nostrum enim in hoc bonum: quemadmodum iustitia non est, ut vulgo creditur, ad alios pertinens; maxima pars eius in se redit. Nemo non quum alteri prodest, sibi profuit. Non eo nomine dico, quod volet 17 adiuvere adiutus, protegere defensus, quod bonum exemplum circuitu ad facientem revertitur: sicut mala exempla recidunt in auctores, nec ulla miseratio contingit his, qui patiuntur iniurias, quas posse fieri, faciendo docuerunt: sed quod virtutum omnium pretium in ipsis est. Non enim exercentur ad praemium: recte facti, fecisse merces est. Gratus sum. non ut 18
alius

15. *Nam in hoc — numerant*] usuras, animi grati testandi causa, et iusto maturius, ne fortis solutio mora hac ul-
rarum solvendarum fiat molestior.
17. *sed quod virtutum omnium — est.*] Est stoicum dogma

alius mihi libentius praestet, priori irritatus exemplo: fed ut rem iucundiffimam ac pulcherrimam faciam. Gratus fum, non quia expedit, fed quia iuvat. Hoc ut fcias ita effe, fi gratum effe non licebit, nifi ut videar ingratus, fi reddere beneficium non aliter quam per fpeciem iniuriae potero; aequiffimo animo ad honeftum confilium, per mediam infamiam, tendam.

19 Nemo mihi videtur plaris aestimare virtutem, nemo illi magis effe devotus, quam qui boni viri famam perdidit, ne confcientiam perderet. Itaque, ut dixi, maiore tuo, quam alterius bono, gratus es. Illi enim vulgaris et quotidiana res contigit, recipere quod dederat: tibi magna, et ex beatiffimo animi ftatu profecta, gratum fuiffe. Nam fi malitia miferos facit, virtus beatos, gratum autem effe virtus est: rem ufitatam reddidifti, inaeftimabilem confecutus es, confcientiam grati: quae nifi in animum divinum, fortunatumque, non pervenit. In contrarium autem huic affectum, fumma infelicitas urget. Nemo, fi ingratus est, non mifer erit: non differo illum, ftatim mifer est. Itaque ingrati effe vitemus, non aliena causa,

21 fed noftra. Minimum ex nequitia leviffimumque ad alios redundat: quod peffimum ex illa est, et (ut ita dicam) fpiffiffimum, domi remanet, et premit habentem, quemadmodum Attalus nofter dicere solebat: „Malitia ipfa maximam partem veneni fui bibit. Illud venenum, quod serpentes in alienam perniciem proferunt, fine fua continent, non est huic fimile: hoc, habentibus

22 peffimum est.“ Torquet ingratus fe, et macerat: odit quae

dogma fatis notum, virtutem propter ipfam effe exercendam. Cf. Lipfii Manud. II, 20.

21. *Attalus*] Cf. de hoc Stoico eodemque praeceptore Senecae ad Ep. IX, 5. Fabricii

Bibl. Gr. Vol. III p. 544. Harl. Similia laudat Lipfius ex Hierace, (quem pythagoricum, nefcio quam bene, appellat) ap. Stobaeum in floril. p. 294 fq. Schow.

quae accepit, quia redditurus est, et extenuat: iniurias vero dilatat atque auget. Quid autem eo miserius, cui beneficia excidunt, haerent iniuriae? At contra sapientia exornat omne beneficium, ac sibi ipsa commendat, et se assidua eius commemoratione delectat. Malis una voluptas est, et haec brevis, dum accipiunt beneficia: ex quibus sapienti longum gaudium manet, ac perenne. Non enim illum accipere, sed accepisse ²³ delectat: quod immortale est, et assiduum. Illa contemnit, quibus laesus est: nec obliviscitur per negligentiam, sed volens. Non vertit omnia in peius: sed nec quaerit cui imputet casum, et peccata hominum ad fortunam potius refert. Non calumniatur verba, nec vultus: quidquid accidit, benigne interpretando levat: nec offensae potius, quam beneficii meminit. Quantum potest, in priore ac meliore se memoria detinet; nec mutat animum adversus bene meritos, nisi multum malefacta praecedant: et manifestum etiam conniventi discrimen est: tunc quoque in hoc dumtaxat, ut talis sit post maiorem iniuriam, qualis ante beneficium. Nam quum beneficio par est iniuria, aliquid in animo benevolentiae remanet. Quemadmodum reus sententiis paribus absolvitur, et ²⁵ semper quidquid dubium est, humanitas inclinatur in melius: sic animus sapientis, ubi paria maleficiis merita sunt, desinet quidem debere, sed non desinet velle debere: et hoc facit, quod qui post tabulas novas solvunt. Nemo autem gratus esse potest, nisi contemserit ista, propter quae vulgus insanit. Si referre vis grati-

^{25.} quod qui post tabulas novas solvunt.] Iam inde a Solone hic mos in rebus publicis ad incitas redactis usitatus erat, ut tabulas novas facerent, i. e. aes alienum remitterent, et novi deinceps codices fierent. Bonus tamen vir vel tali in rerum mutatione pactum suum servare solet.

- gratiam; et in exilium eundum est, et effundendus sanguis, et suscipienda egestas, et ipsa innocentia saepe maculanda, indignisque obiicienda rumoribus.
- 26 Non parvo sibi constat homo gratus. Nihil carius aestimamus, quam beneficium, quamdiu petimus: nihil vilius, quum accepimus. Quaeris quid sit, quod oblivionem acceptorum nobis faciat? cupiditas accipiendorum. cogitamus non quid impetratum, sed quid impetrandum sit. Abstrahunt a recto divitiae, honores, potentia, et cetera, quae opinione nostrâ cara
- 27 sunt, pretio suo vilia. Nescimus aestimare res: de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificum, quo mentes in se nostras trahant, praeter hoc, quod mirari illa consuevimus. Non enim quia concupiscenda sunt, laudantur; sed concupiscuntur, quia laudata sunt: et quum singulorum error publicum fecerit, singulorum errorem facit publicus. Sed quemadmodum illa credimus, sic et in hoc fidei populi credamus, nihil esse
- 28 grato animo honestius. Omnes hęc urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt: in hoc bonis malisque conveniet. Erunt qui voluptates laudent, erunt qui labores malint: erunt qui dolorem maximum malum dicant, erunt qui ne malum quidem appellent: divitias aliquis ad summum bonum admittet, alius illas dicet humanae malo vitae repertas: nihil esse eo locupletius, cui quod donet fortuna non in-
- 29 venit. In tanta iudiciorum diversitate, referendam bene merentibus gratiam, omnes uno tibi, quod aiunt, ore affirmabunt: in hoc tam discors turba consentiet, quum interim iniurias pro beneficiis reddimus. Et prima

27. *Nescimus aestimare* — lebant inter res etc. Cf. quae est.] Memineris discriminis in proem. Epist. 66 monuimus. magni, quod Stoici facere so-

ma causa est, cur quis ingratus sit, si satis gratus esse non potuit. Eo perductus est furor, ut periculosissima res sit, beneficia in aliquem magna conferre. nam quia putat turpe, non reddere; non vult esse, cui reddat. Tibi habe, quod accepisti: non repeto, non exigo. profuisse tutum sit. Nullum est odium perniciosius, quam ex beneficii violati pudore.

EPISTOLA LXXXII.

Laudat amicum, quod virtutem amare pergat, et hortatur, ut animum firmet adversus delicias et mala humana, literis et philosophiae, et proinde sui cognitioni, naturae et veritati operam navando. Et contra mortem ita praeparatio quaeratur: mortem enim esse malum, Stoicis imprimis Zeone quamvis refutantibus. Contra quem pugnat, atque concedit, mortem esse indifferentem, i. nec malum nec bonum atque ideo medium quid esse.

Desii iam de te esse sollicitus. Quem, inquis, deorum sponforem accepisti? eum scilicet qui neminem fallit, animum, recti ac boni amatorem. In tuto pars tui melior est. potest fortuna tibi iniuriam facere: quod ad rem magis pertinet, non timeo ne tu facias tibi. I, quâ coepisti, et in isto te vitae habitu compone, placide, non molliter. Male tibi esse malo, quam molliter. ^a Hoc sic accipe, quemadmodum a populo solet dici, dure, aspere, laboriose. Audire solemus

D 2

sic

^a. *Hoc sic accipè*, ut magis loquendi usu Senecae comprobaturum sequutus sum, e codice palat. tert. Alii codd. mss. et impressi habent: *Nunc sic a.*, alii: *Male nunc sic a.*

1. *animum*] quippe et ipsum a Deo profectum et ad eum rediturum. Lipsii Physiol. III, 8. *male tibi esse malo, quam molliter*. Simile est illud Antisthenis apud Diog. Laert. VI, 3

μακρίην μᾶλλον ἢ ἡσθείην, quod Erasmus cum Sexto Empirico Epicuro male tribuit. *a populo* i. in vita communi: sic ap. Horat. Serm. I, 4, 109 male vivat, est aspere v.

fic quorundam vitam laudari, quibus invidetur: Molli-
 2 ter vivit. hōc dicunt, ^bmalus est. Paulatim enim
 effeminatur animus, atque in similitudinem otii sui et
 pigritiae, in qua iacet, solvitur. Quid ergo? viro
 non vel obrigescere fatius est? Deinde delicati timent
 mortem, cui vitam suam fecere similem. Multum in-
 3 iacet, mortuus est, quam qui rapitur unco. Otium
 sine literis mors est, et hominis vivi sepultura. Quid
 denique prodest secessisse, tanquam non trans maria
 nos solitudinum causae persequantur? Quae latebra
 est, in quam non intret metus mortis? quae tam mu-
 nita, et in altum subducta vitae quies, quam non dor-
 lor

b. *malus est*, cum Grutero tueor, respuens *mollis est*, quam
 lectionem codd. Gronov. commendat. Vtrunque praestant
 codd. mss. Illud nexus sententiae et consilium auctoris pos-
 sulant.

2. *Multum interest — con-*
ditivum.] Obiectio est. At
 enim inter otium et conditi-
 vum i. e. sepulcrum (Ep. 60, 3)
 multum interest. *officiorum v.*
 i. e. salutationibus, quae pro-
 ceribus praestabantur, et cete-
 ris nugis aulicis, quibus animus
 occupatur, vertitur, ideoque
 contrahitur, ut nullis aliis re-
 bus gravioribus operam navare
 nec possit nec velit. *Puto —*
unco. Apposite laudat Lipsius
 Theognid. 1145 (Brunk.): 'Α-
 σπάλανθοί γε τάπησιν ὁμοῖον
 στρώμα θανόντι. De unco,
 quo, a carnifice mortui inpri-

mis per vias publicas ad Tibe-
 rim s. ad scalas Gemonias tra-
 hebantur, nota sunt omnia.

3. *Otium sine literis — se-*
pultura.] Egregium effatum,
 quod cuique in memoriam re-
 vocavit et illud Ciceronis (Orat.
 pro Arch. c. 7): Haec studia
 adolescentiam alunt, senectute-
 m oblectant, secundas res
 ornant, adversis perfugium et
 solatium praebent, delectant
 domi etc.: et illud Albinovani
 (ap. Wernsdorf. Poet. Lat. Mi-
 nor. Vol. III p. 161): Vivitur
 ingenio, cetera mortis erunt.
Quid denique prodest rel. Si-
 milia

lor territet? Quocunque te abdideris, mala humana circumstrepent. Multa extra sunt, quae circumueunt 4 nos, quo aut fallant, aut urgeant: multa intus, quae etiam in media solitudine exaestuunt. Philosophia circumdanda est, inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis laceffitum non transit. In insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit, et arce se sua vindicat: infra illum omne telum cadit. Non habet, ut putamus, fortuna longas manus: neminem occupat, nisi haerentem sibi. Itaque quantum possu- 5 mus, ab illa resiliamus: quod sola praestabit sui naturaeque cognitio. Sciat quo iturus sit, unde ortus: quod illi bonum, quod malum sit: quid petat, quid devitet: quae sit illa ratio, quae appetenda ac fugienda discernat, qua cupiditatum mansuescit insania, timorum saevitia compefcitur. Haec quidam putant ipsos etiam sine philosophia repressisse: sed quum securos aliquis casus expertus est, exprimitur fera confessio. Magna verba excidunt, quum tortor poposcit 6

D 3

ma-

c. non transit. aberratio librarii haud infelix est in uno Lipsii codice: non traxit, i. e. non dejecit, evertit, Lipsio explicante, non probante. Mox *repressisse* melius est quam *repperisse*, quae Lipsii coniectura est.

milia sunt Horatii illa celebria, III, 1, 37 Carm.: Timor et Minae scandunt eodem quo dominus; neque Decedit aerata triremi et Post equitem sedet atra Cura.

4. *Philosophia circumdanda est — transit.*] Similiter dixit Antisthenes ap. Diog. Laert. VI, 13 *τεῖχος ἀσφαλίστατον, φρόνησιν μήτε γὰρ καταβρεῖν, μήτε προδίδοσθαι*, quae in proverbium

abiere. *ut putamus* nos homines, ex vulgi sententia. Caeterum haec mere stoica sunt, quum virtus sola sufficiat ad beatitatem, sapiens se solo contentus, solus liber, solus rex sit rel.

5. *Haec quidam — repressisse.*] Laudat tales viros romanos Cicero in Or. pro Arch. c. 7.

6. *Magna verba excidunt*] deficiunt, evanescunt: quae apud

manum, quum mors propius accessit. Possis illi dicere: Facile provocabas mala absentia: ecce dolor, quem tolerabilem esse dicebas: ecce mors, quam contra multa animose locutus es: fonant flagella, gladius micat:

Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.

- 7 Faciet autem illud firmum assidua meditatio: si non verba exercueris, sed animum: si contra mortem te praeparaveris: adversus quam non exhortabitur, nec attollet, qui cavillationibus tibi persuadere tentaverit, mortem malum non esse. Libet enim, Lucili virorum optime, ridere ineptias Graecas, quas nondum, ^dquamvis mirer, excussi. Zeno noster hac collectione utitur: Nullum malum gloriosum est: mors autem gloriosa est: mors ergo non est malum. Profecisti! liberatus

d. *quamvis mirer.* Bene habet haec lectio. Sensus est: quamvis mirer, me has ineptias nondum excussisse, i. e. accurate in eas inquisivisse —. Lipsius et Gruter. h. l. *excussisse* interpretati sunt abiicisse; quare ad emendationes confugerunt supervacaneas.

apud Tibull. II, 6, 12 sunt fortia verba, i. iactatio, ubi nostrum locum attulit Heynius.

7. *Libet enim — excussi.*] Attigit noster has ineptias cavillationesque Graecas non semel in libris suis, sed nondum in eas sese inquisivisse, eas *excussisse*, miratur. Moneo hoc, quoniam video Lipsium sensum abiiciendi h. l. invenisse atque idcirco locum emendasse. Cf. Var. Lect. Ceterum in hoc distabant Stoici recentiores a veteribus suis praeceptoribus,

Zenone al., ut Socratis ratione praelata dialecticam, cuius Stoeae conditores studiosissimi erant, aspernarentur atque parum caute ab usum ab usu separare negligerent. Cf. Conz libr. laud. p. 13 sq. Vocabant autem hos syllogismos more graecorum *interrogationes, ἐρωτηματᾶ*: propositiones enim interrogando efferebant, atque inde conclusiones nectebant dialectici. Vide Ernesti Lexic. rhet. Graec. h. v. et Intpp. ad Arrian. Diss. I, 7, 1. II, 18, 18. *Indifferentia* i. externa, quae non

ratus sum metu: post haec, non dubitabo porrigere cervicem! Non vis severius loqui, nec morituro risum movere? Non mehercule facile tibi dixerim, utrum ineptior fuerit, qui se hac interrogatione iudicavit mortis metum extinguere: an qui hoc tanquam ad rem pertineret, conatus est solvere. Nam et ipse interrogationem contrariam opposuit, ex eo natam, quod mortem inter Indifferentia ponimus, quae ἀδιάφορα Graeci vocant. Nihil, inquit, indifferens gloriosum est: mors autem gloriosum est: ergo mors non indifferens. Haec interrogatio vides ubi obrepat: mors non est gloriosa, sed fortiter mori gloriosum est: et quum dicit, Indifferens nihil gloriosum est: concedo tibi ita, ut dicam, nihil gloriosum esse, nisi circa Indifferentia: ^e tamquam indifferentia esse dico, id est nec bona, nec mala, morbum, dolorem, paupertatem, exilium, mortem: nihil horum per se gloriosum est, nihil tamen sine his. Laudatur enim non paupertas, sed is quem non submittit, nec incurvat: laudatur non exilium, sed qui hoc non doluit: laudatur non dolor, sed ille quem nihil coëgit dolor. Nemo mortem laudat, sed eum cui mors ante abstulit animum, quam conturbavit. Omnia ista per se non sunt honesta, nec gloriosa: sed quidquid virtus ex illis adiit, tractavitque, honestum et gloriosum facit. Illa in medio posita sunt: interest, utrum malitia illis an virtus manum admoverit. Mors enim illa, quae in Ca-

D 4

tone

e. tamquam indifferentia esse dico, id est nec bona, nec mala, morbum rel. Egregie haec Gronov. sic constituit, codd. Grut. et Erf. Heinfsianisque addicentibus. Particula tamquam Senecam uti pro: veluti, exempli gratia, iam praefatus est olim Erasmus, et id est, quae voculae alias suspectae esse solent, bene habet. Antea: Indifferentia autem esse dico, nec bona, nec mala, tamquam morbum rel.

non in potestate nostra posita vel indigna. Cf. ad Ep. 71, 32. sunt: vel aestimatione digna Lipsii Manud. II, 23.

tone gloriosa est, in Bruto statim turpis est et erubescenda. Hic est enim Brutus, qui quum periturus mortis moras quaereret, ad exonerandum ventrem secessit, et evocatus ad mortem, iussusque praebere cervicem: Praebebo, inquit, ita vivam. Quae dementia est fugere, quum retro ire non possis? Praebebo, inquit, **12** ita vivam! paene adiecit, vel sub Antonio. O hominem dignum, qui vitae dederetur! Sed, ut coeperam dicere, vides ipsam mortem nec malum esse, nec bonum: Cato illa honestissime usus est, turpissime Brutus. Omnis res, quod non habuit decus, virtute additâ sumit. Cubiculum lucidum dicimus: hoc idem obscurissimum est nocte: dies illi lucem infundit, nox eripit. Sic istis quae a nobis indifferentia ac media dicuntur, divitiis, viribus, formae, honoribus, regno: et contra, morti, exilio, malae valetudini, doloribus, quaeque alia aut minus aut magis pertinuimus: aut **13** malitia, aut virtus dat boni vel mali nomen. Massa per se nec calida, nec frigida est. in fornacem coniecta concaluit: in aquam remissa refrixit. Mors honesta est, per illud quod honestum est: id est virtus, et animus externa contemnens. Est et horum, Lucili, quae appellamus Media, grande discrimen. Non enim sic mors

indif-

11. Decimus *Brutus* unus ex interfectoribus Iulii Caesaris Galliam cisalp. fortitus in Octavii partes transfugerat, quum M. Antonius a. u. c. 710 sibi ut provincia haec ab illo traderetur, postulasset. Neganti bellum ab Ant. illatum, quod Mutinense vocatur, quippe Mutinae obsesso. Mox M. Anton. in fugam versus Octavium sibi conciliavit et Dec. Brutum utriusque eorum diffusum et a L. Plan-

co al. relictum, quum ad M. Brutum properaret, interfici iussit. Appian. Bell. Civ. III. extr. Vellei. Paterc. II, 64 al. Discedit Dio Cass. 46, 53. *vel sub Antonio*, sub quo nemo sanus vitam honestae morti praeposuerit. Animum igitur vilissimum patefecit, quocunque modo vitam servare cupiens. *vitali dederetur* ut servus Antonii.

13. *Media*] quae nec appetitum

indifferens est, quomodo, utrum capillos pares habeas, necne: mors inter illa est, quae mala quidem non sunt, tamen habent mali speciem. Sui amor est, et permanendi conservandique se insita voluntas, atque aspernatio dissolutionis: quia videtur multa nobis bona eripere, et nos ex hac, cui assuevimus, rerum copia educere: illa quoque res morti nos alienat, quod haec iam novimus: illa ad quae transiture sumus, nescimus qualia sint, et horremus ignota. Naturalis praeterea tenebrarum metus est, in quas adductura mors creditur. Itaque etiam si indifferens mors, non tamen inter ea est quae facile negligi possint: magna exercitatione durandus est animus, ut conspectum eius accessumque patiat. Mors contemni debet magis, quam solet. multa enim de illa credimus: multorum ingeniis certatum est, ad augendam eius insaniam. Descriptus est carcer infernus, et perpetua nocte oppressa regio, in qua ingens ianitor Orci,

*Offa super recubans antro semesa cruento,
Aeternum latrans exsanguis territat umbras.*

Sed etiam quum persuaseris istas fabulas esse, nec quidquam defunctis superesse quod timeant, subit alius metus. Aequae enim timent, ne apud inferos sint, quam ne nusquam. His adversantibus, quae nobis offundit

D 5

longa

f. *offundit*. Sequor Gronovium, qui ex duobus Gallic. et Erf. restituit, quum antea esset: *offudit, infundit*. Accedit quod

offun-

titum nec averfionem movent, μήτε ὀρμῆς, μήτε ἀφορμῆς κινήσιμα, ideoque neque boni neque mali speciem habent. utrum capillos — necne. Hoc exemplo sollenniter Stoici ute-

bantur: cf. Diog. Laert. VII, 104 ubi Menagius nostri loci memor fuit.

15. multa enim de illa credimus rel.] Cf. Ep. 24, 17. Horat. Carm. I, 4, 16 ibique

Mit-

- longa persuasio, fortiter pati mortem, quidni gloriosum sit, et inter maxima opera mentis humanae? quae nunquam ad virtutem exsurget, si mortem malum esse crediderit: exsurget, si putabit indifferens esse.
- 17 Non recipit rerum natura, ut aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat: pigre veniet, et cunctanter: non est autem gloriosum, quod ab invito et tergiversante fit. nihil facit virtus, quia necesse est. Adijce nunc, quod nihil honeste fit, nisi cui totus animus incubuit atque affuit, cui nulla parte sui repugnavit.
- 18 Vbi autem ad malum acceditur, aut peiorum metu fit, aut spe bonorum, ad quae pervenire tanti fit, devoratâ unius mali patientiâ. Dissident inter se iudicia facientis. Hinc est, quod iubeat proposita perficere: illinc, quod retrahat, et ab re suspecta ac periculosa fuget. Igitur in diversa distrahitur. Si hoc est, perit gloria. Virtus enim concordî animo decreta peragit: non timet quod facit.

*Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,
Qua tua te Fortuna sinet.*

- 19 Non ibis audentior, si mala illa esse credideris. Eximendum hoc e pectore est: ⁸ alioquin haesitabit impetum

offundere terrorem, tenebras fati vulgaris dictio est, cf. Gronov. Obsl. IV, 21 p. 766 Lips. ^{g.} *alioquin haesitabit impetum moratura suspicio.* Emendarunt Muretus, Gruterus, Li-

Mitscherlich. Versus sunt Virgil. Aen. VI, 400. *fabulas, μύθους*, miras narrationes. *His adversantibus*, iis hominibus, qui aspernantur ea, quae nobis etc. — quidni gloriosum sit? —

17. *Virtus* et ratio ap. Stoicos semper conjunctae co-

gitantur: etiamsi necessitudinis argumenta gravissima non intellexerit, hoc nihil impediet: necesse est: hoc postulat natura, cui convenienter vivere cogimur. Sequentes versus sunt Virgil. Aen. VI, 95.

19. *alioquin haesitabit*] vid. Lect.

tum moratura suspicio. trudetur in id, quod invadendum est. Nostri quidem videri volunt Zenonis interrogationem veram esse, fallacem autem alteram et falsam, quae illi opponitur. Ego non redigo ista ad legem Dialecticam, et ad illos artificii veteranosissimos nodos: totum genus istud exturbandum iudico, quo circumscribi se qui interrogatur, existimat, et ad confessionem perductus aliud respondet, aliud putat. Pro 20 veritate simplicius agendum est: contra metum fortius. Haec ipsa quaevolvuntur ab illis, solvere malim et expandere, ut persuadeam, non ut imponam. In aciem educturus exercitum, pro coniugibus ac liberis mortem obiturum, quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios, totum Reipublicae bellum in unam transferentes domum. Laconas tibi ostendo, in ipsis Thermopylarum angustiis positos, nec victoriam sperantes, nec reditum. ille locus illis sepulcrum futurus est. Quemadmodum exhortaris, ut totius gentis ruinam, 21 obiectis corporibus excipiant, et vitam potius quam loco cedant? Dices, Quod malum est, gloriosum non est: mors gloriosa est: mors ergo non malum? O efficacem concionem! Quis post hanc dubitet se infectis ingerere mucronibus, et stans mori? At ille Leonidas quam fortiter illos allocutus est? „Sic,“ inquit, „com-

Lipfius *hebetabit*: at Gronovius vulgatam explicat: ipse formidolosus impetum et alacritatem suspicione moraturus et infracturus haesitabit.

Lect. var. *Nostri quidem — putat.* Seneca pluries ostendit, se adversari Dialecticae *veteranosae*, quae veternum obducit interrogato, ut nihil respondere queat, nec in verba magistri iurare. cf. supra ad §. 7.

20. *expandere*] explicare: nam rhetorem, non dialecti-

cum agere vult et agit. Ceterum quis ignorat *Fabios* trecentos illos ad Cremeram a. u. 277 a Veientibus patriam defendentes, e Livio II, 50, et *Leonidam* cum Laconibus suis ad Thermopylas a Persis obruncatum, vel e Cic. Tusc. I, 42 rel.?

- „commilitones prandete, tanquam apud inferos coenaturi!“ Non in ore crevit cibus, non haesit in faucibus, non elapsus est manibus: alacres illi et ad prandium promiserunt, et ad coenam. Quid dux ille Romanus, qui ad occupandum locum milites missos, quum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic allocutus est? „Ire commilitones illo necesse est, unde redire non est necesse!“ Vides quam simplex et imperiosa virtus sit. Quem mortalium circumscriptio-
 22 nes vestrae fortiorem facere, quem erectiorem pos-
 23 sunt? Frangunt animum. qui nunquam minus contra-
 hendus est, et in minuta ac spinosa cogendus, quam
 quum aliquid grande componitur. Non trecentis, sed
 omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet. quo-
 modo illos docebis malum non esse? quomodo opinio-
 nes totius aevi, quibus protinus infantia imbitur,
 24 evinces? quod auxilium invenies? Quid dices imbecillitati humanae? quid dices quo inflammati in media
 pericula irruant? qua oratione hunc timendi consen-
 sum, quibus ingenii viribus obnixam contra te persua-
 sionem humani generis avertes? verba mihi captiosa
 componis, et interrogatiunculas nectis. Magnis telis
 25 magna portenta feriuntur. Serpentem illam in Africa
 fae-

22. *alacres illi et ad — promiserunt*] sc. se ituros esse: nota formula dicendi eorum, qui invitationem accipiunt. *Quid dux ille — necesse.* Cic. Tusc. I, 42: Sed quid duces et principes nominem, quum legiones scribat Cato saepe alacres in eum locum profectos, unde redituros non arbitrarentur? Aul. Gell. Noct. att. III, 7 e Catonis libris Originum Q. Caedicium tribunum milit., Flo-

rus II, 2 Calpurnium Flammam, alii alium tali facto insignem laudant.

23. *Non trecentis*] illis Lacedaemoniis.

25. *Serpentem illam — est.*] Historiam de hac serpente, quacum Attil. Reguli exercitus conflixerit in Africa, et alii narrant, Valer. Max. Aul. Gell. VI, 3 e Livio haurientes. Polybius non attingit, ut rem sublestae fidei.

faevam, et Romanis legionibus bello ipso terribiliorum, frustra sagittis fundisque petierunt. ^h Ne Python quidem vulnerabilis erat, quum ingens magnitudo pro vastitate corporis solida, ferrum, et quidquid humanae torserant manus, reiiceret. molaribus demum fracta faxis est. Et adversus mortem tu tam minuta iacularis? subulâ leonem excipis? Acuta sunt ista quae dicis. Nihil est acutius arista. quaedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit.

EPISTOLA LXXXIII.

Amico narrat, quid hodie fecerit, et cui rei animum adiecerit. Quum totam hanc diem inter stratum et lectionem dividerit, minimum exercitationi dedit, nulla externa re, neque somno, neque strepitu et clamore Circensium interpellatus, disputationi, quam priore epistola tractaverat, animum se admovisse ait, cur vivi prudentissimi et in his Zeno maximas res levissimis probaverint argumentis. Confutat igitur hunc stoicae sectae conditorem, quod dogmatis veri: bonum virum non futurum ebrium, probationem levissimam et perplexam fecerit. Multo magis in id incumbendum esse philosopho monet, ut turpitudinem ebrietatis doceat. Utilliter conferas cum his Stob. Sermon. XVII p. 353 sq. Schow.

Singulos dies tibi meos, et quidem totos, indicari iubes. Bene de me iudicas, si nihil esse in illis putas, quod abscondam. Sic certe vivendum est, tamquam in conspectu vivamus: sic cogitandum, tamquam aliquis in pectus intimum inspicere possit: et potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum?
nihil

^h. Ne Python quidem vulnerabilis erat. Sic plurimi Codd. At nonnulli: *Nephtio quidem pilo v.* Erasmo legendum videbatur: *ne pilo quidem.* Sed equidem cum Pintiano haec quinque verba Senecae non esse putem, quippe ensu casta et omni sententiarum nexui contraria. Sciolus allieverat ita margini de Pythio dracone cogitans, qui ab Apolline sagittis erat confossus. Hinc in textum tracta sunt, opinor, a librario quodam.

nihil Deo clusum est. Interest animis nostris, et cogitationibus mediis intervenit. Sic intervenit, dico, tamquam aliquando discedat. Faciam ergo quod iubes, et quid agam, et quo ordine, libenter tibi scribam. observabo me protinus: et quod est utilissimum, diem meum recognoscam. Hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam suam respicit. Quid facturi simus, cogitamus, et id raro: quid fecerimus, non cogitamus. atqui consilium futuri ex praeterito venit. Hodiernus dies solidus est, nemo ex illo quidquam mihi eripuit: totus inter stratum lectionemque divisus est. Minimum exercitationi corporis datum: et hoc nomine ago gratias senectuti. non magno mihi constat: quum me movi, lassus sum. Hic autem exercitationis, etiam fortissimis, finis est. Progymnastas meos quaeris? unus mihi sufficit ^a Earinus, puer, ut scis, amabilis: sed mutabitur. Iam aliquem teneriorem quaero. Hic quidem

a. *Earinus*. Sic Erasmi. al. Aberrationes librariorum esse videntur, *Favus*, *phavius* rel. Domitiani eunuchus et deliciae Earinus erat. Dio Cass. 67, 2. Martial. IX, 12 sqq. Mox

1. *Nihil Deo clusum est* etc.] Haec ipsa egregia de omniscientia et omnipraesentia divina saepius exponit noster, e. c. Ep. X, 5. in libro de Providentia. Nat. Qu. II, 45. Vis Deum mundum vocare? Non falleris. Ipse enim est totum quod vides, totus operibus suis inditus. Ep. 97. totum hoc, quo continemur, et unum est, et Deus est: et focii eius et membra sumus. Ep. 95, 37. sq. Has altiores de Deo sententias apud recentiores imprimis Stoicos invenire licet, quippe qui id summa cum cura agebant, ut dog-

ma summum de virtute exercenda adjuvarent doctrina de Deo explicanda, atque adeo religionis principia ex ethica deducerent, et ad eam firmandam uterentur. Cf. Conz Abhandlungen p. 52 sq. *Sic intervenit dico — discedat*, ne libertas nostra imminui videatur.

3. *Progymnastas*] privatarum exercitationum vel socios vel moderatores. cf. P. Faber Agonist. III, 11. Mox Seneca et servus *eandem crisin habent*, eadem conditione corporis utuntur. cf. Ep. XII, 2.

dem ait, nos eandem crifim habere, quia utrique dentes cadant: fed iam vix illum affequir currentem, et intra pauciffimos dies non potero. vide quid exercitatio quotidiana proficiat. Cito magnum intervallum fit, 4 inter duos itinere diverfo euntes: eodem tempore ille afcendit, ego defcendo: nec ignoras, quanto ex his velocius alterum fiat. Mentitus fum. iam enim aetas noftra non defcendit, fed cadit. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cefferit, quaeris? quod raro curforibus evenit, Hieran fecimus. Ab hac fatigatione magis, quam exercitacione, in frigidam defcendi. hoc apud me vocatur parum calda. Ille tantus Psychrolu- 5 tes, qui Kalendis Ianuariis in Euripum faltabam, qui anno

Mox §. 4 *Hieran fecimus* omnium codd. et edd. vera lectio est, exceptis duobus mff. palat. et col. ap. Gruter. quorum alter praefat *moram f.*; alter *diaetam f.*, in quibus facile glossas agnofcas. cf. not.

4. *Hieran fecimus.*] Locutionis huius aliud exemplum deest. Sensus tamen esse videtur: ita cucurrimus, ut uterque reffus fuerit, at, quod curforibus raro evenit, heuter vicerit. In ipfo curfu facram lineam (*ιεράν γραμμην*) fecimus, metam non confequuti prae fatigatione. Vnde tropus defumtus fit, non liquet. Veritumile fit, alluffiffe ad mediam ex quinque lineis tabulae aleatoriae, facram dictam, ad quam lutores paene victi perfugiebant. Cf. Pollux IX, 7. Muretus explicat de media in ftadio linea, ad quam ambo feffi pervenerint: nulla tamen probatione allata. Lipfius Polybii

I, 58, 5 Schweigh. memor, credit morem fuiffe, ut in victoria ambigua Deo facraretur corona, quod *ιερόν* (fc. *στέφανον*) *ποιεῖσθαι* Graeci dixerunt: quam explicationem Casaubon. quoque ad Perfium p. 15 fq. amplectitur, provocans ad Aul. Gell. XVIII, 2: fi nemo diffolvebat quaeflionis nodum, praemium ipfum et corona deo, cuius id feftum erat, dicabatur. Sed quum de nullo fefto, nec de deo, cui illud facrum fuiffet, h. l. fermo fit, interpretatio illa reicicula effe videtur.

5. *Psychrolutes.*] *ψυχρολούτης*, qui frigida aqua corpus lavat et balneo lactatur frigido. Cf.

anno novo, quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem defilire, primum ad Tiberim transfuli castra: deinde ad hoc folium, quod quum fortissimus sum, et omnia bona fide fiunt, sol temperat. non multum mihi ad balneum superest. Panis deinde ficcus, et sine mensa prandium, post
 6 quod non sunt lavandae manus. Dormio minimum: consuetudinem meam nosti: brevissimo somno utor, et quasi interiungo. Satis est mihi, vigilare defuisse. aliquando dormisse me scio, aliquando suspicor. Ecce Circensium obstrepit clamor: subita aliqua et universa voce feriuntur aures meae, nec cogitationem meam excutiunt, nec interrumpunt quidem. Fremitum patientissime fero: multae voces, et in unum confusae, pro fluctu mihi sunt, aut vento silvam verberante, et ce-
 7 teris sine intellectu sonantibus. Quid ergo est? nunc cui animum adiecerim, dicam. Superest ex hesterno mihi cogitatio, quid sibi voluerint prudentissimi viri, qui rerum maximarum probationes levissimas et perplexas fecerunt: quae ut sint verae, mendacio tamen similes sunt. Vult nos ab ebrietate deterrere Zeno,
 vir

Cf. Ep. 53, 3. *qui — saltabam* in fossam *Euripum* tria Circi latera circumfluentem, quem, Plinio N. H. VIII, 7 narrante, Nero postea fustulit, equiti loca addens. *qui anno novo — aliquid*, auspicii, boni ominis causa. Lipsius ad Tacit. Ann. IV, 36 morem hunc attingit. *Virginem*, aquaeductum Romae frigidissimum. cf. Adlers Beschreib. der Stadt Rom p. 77. *Panis* etc. cf. Ep. 108, 13 sqq.

6. *interiungo*] i. interpono. Cf. ad 15, 13 de Tran-

quill. *Circensium* ludorum. Seneca videtur in vicinia Circi maximi, in regione XI urbis habitasse: quo et mentio Euripi et spectaculi (Ep. 80) ducit. De hoc Circo cf. Adler p. 324 sq.

7. *Quid ergo est?*] sc. quod cogitem. *Superest — sunt* cf. Ep. prior. § 7. sq. *Zeno* Cirticus, Stoeae conditor. cf. Consol. ad Hely. 12. De eo et *Posidonio* egit uberrime Fabric. Bibl. Gr. Vol. III p. 579 sq. 572 sq.

vir maximus, huius sectae fortissimae ac sanctissimae conditor. Audi ergo quemadmodum colligat, virum bonum non futurum ebrium. Ebrio secretum sermo-⁸ nem nemo committit: viro autem bono committit: ergo vir bonus ebrius non erit. Quemadmodum opposita interrogatione simili derideatur, attende. Satis enim est, unam ponere ex multis. Dormienti nemo secretum sermonem committit: viro bono autem committit: ergo vir bonus non dormit. Quo uno modo potest, Posidonius Zenonis nostri causam agit: sed ne sic quidem, ut existimo, agi potest. Ait enim, ebrium duo-⁹ bus modis dici: altero, quum aliquis vino gravis est, et impos sui: altero, si solet ebrius fieri, et huic obnoxius vitio est. Nunc a Zenone dici, qui soleat fieri ebrius, non qui sit. Huic autem neminem commissurum arcana, quae per vinum eloqui possit. quod est falsum. Prima enim illa interrogatio complectitur eum qui est ebrius, non eum qui futurus est. Plurimum enim interesse concedes inter ebrium et ebriosum. potest et qui ebrius est, tunc primum esse, nec habere hoc vitium: et qui ebriosus est, saepe extra ebrietatem esse. Itaque id intelligo, quod¹⁰ significari verbo isto solet: praesertim quum ab homine diligentiam professio ponatur, et verba examinante. Adiace nunc, quod si hoc intellexit Zeno, et nos intelligere voluit, ambiguitate verbi quaesivit locum fraudi: quod faciendum non est, ubi veritas quaeritur.

9. *si solet ebrius fieri*] Ita, si graece μεθύειν dixit Zeno, in utrumque ea vox valet. At vix latinis: et μεθύστικος sive qui solet et gaudet ebriosus dicitur. L. Syllogismi quidem huius Diog. Laert. non memi-

nit, affert tamen VII, 113 cum not. Menag. Zenonis dogma: vinum quidem bibere sapientem, non autem inebriari (οἶνω θήσσεσθαι μὲν, οὐ μεθύσσεσθαι δέ.) cf. Lipsii Manud. III, 18.

tur. Sed sane hoc senferit: quod sequitur, falsum est, ei qui soleat ebrius fieri, non committi sermonem
11 secretum. Cogita enim quam multis militibus, non semper sobriis, et imperator, et tribunus, et centurio, tacenda mandaverit. De illa C. Caesaris caede, illius dico, qui superato Pompeio rempublicam tenuit, tam creditum est Tillio Cimbro, quam C. Cassio. Cassius totâ vitâ aquam bibit: Tillius Cimber et nimius erat in vino, et scordalus. In hanc rem iocatus est ipse: Ego, inquit, quemquam feram, qui vi
12 num ferre non possum? Sibi quisque nunc nominet eos, quibus scit, et vinum male credi, et sermonem bene. Vnum tamen exemplum, quod occurrit mihi, referam, ne intercidat. Instruenda est enim vita exemplis illustribus. non semper confugiamus ad vetera. L. Piso, urbis custos, ebrius, ex quo semel factus est, fuit. maiorem partem noctis in convivio exigebat: usque in horam sextam fere dormiebat: hoc erat
13 eius matutinum. Officium tamen suum, quo tutela urbis continebatur, diligentissime administravit. Huic et divus Augustus dedit secreta mandata, quum illum praeponeret Thraciae, quam perdomuit: et Tiberius proficiscens in Campaniam, quum multa in urbe et suspecta relinqueret et invisa. Puto quia illi bene cesserat Pisonis ebrietas, postea Cossium fecit urbis praefectum, virum gravem, moderatum, sed mersum vino, et madentem: adeo, ut ex senatu aliquando, in quem e convivio venerat, oppressus inexcitabili
fo-

11. *Tillius Cimber* — *scordalus*] loquax et litigiosus. Cf. de Ira III, 30. Bentley ad Horat. Serm. I, 6, 24.

12. *L. Piso*] de quo vid. Sueton. Tib. c. 42. intpp. Ebrietatis pretium praefectu-

ram habuit a Tiberio. Cf. Plin. N. H. XIV, 28.

13. *Cossium*] quinquennio postquam in Campaniam iverat, et post mortem Pisonis, Tacito referente. An pater filiusve fuerit, non constat.

somno, tolleretur. Huic tamen Tiberius multa sua 14
 manu scripsit, quae committenda ne ministris quidem
 suis iudicabat. Nullum Cossio aut privatum secretum,
 aut publicum elapsum est. Itaque declamationes istas
 de medio removeamus: non est animus in sua pote-
 state, ebrietate devinctus! Quemadmodum musto do-
 lia ipsa rumpuntur, et omne quod in imo iacet, in
 summam partem vis caloris eiecit: sic vino exaestu-
 ante, quidquid in imo iacet abditum, effertur, et
 prodit in medium. Onerati mero, quemadmodum 15
 non continent cibum, vino redundante, ita ne secre-
 tum quidem: quod suum alienumque est, pariter
 effundunt. Sed quamvis hoc soleat accidere, ita et
 illud solet, ut cum his quos scimus libentius bibere,
 de rebus necessariis deliberemus. Falsum est ergo hoc,
 quod patrocinii loco ponitur, ei qui soleat ebrius fieri,
 non ^bcommendari tacitum. Quanto satius est, aperte 16
 accusare ebrietatem, et vitia eius exponere? quae
 etiam tolerabilis homo vitaverit, nedum perfectus ac
 sapiens. cui fatis est sitim extinguere; qui etiam si
 quando orta est hilaritas, alienâ causâ producta lon-
 gius, tamen citra ebrietatem resistit. Nam de illo
 videbimus, an sapientis animus nimio vino turbetur,
 et faciat ebriis solita. Interim si hoc colligere vis, 17
 virum bonum non debere ebrium fieri, cur syllogismis
 agis? dic quam turpe sit plus sibi ingerere quam ca-
 piat, et stomachi sui non nosse mensuram: quam mul-
 ta ebrii faciant, quibus sobrii erubescant; nihil aliud

E 2

esse

^b. *commendari tacitum*: praefero hoc adscriptum codici palat.
 III a manu sec. ap. Grut. lectioni vulgatae: *dari tacitum*,
 Eius loco noster supra posuerat *committi*.

17. Dic — nihil aliud esse — μελέτην, ebrietatem insaniam
 [insaniam.] Ita Pythagoras aie- esse meditationem. Diog. Laert.
 bat, τὴν μέθην μανίας εἶναι VIII, 9.

- esse ebrietatem, quam voluntariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum: numquid de furore dubitabis? nunc quoque non est minor, sed brevior.
- 18 Refer Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum carissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit, et intellecto facinore mori voluit, 'certe meruit. Omne vitium ebrietas et incendit, et detegit: obstantem malis conatibus verecundiam removet. Plures enim pudore peccandi, quam bona voluntate, prohibitis abstinent. Vbi possedit animum nimia vis vini, quid-
- 19 quid mali latebat, emergit. Non facit ebrietas vitia, sed protrahit. tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis quantum petierint, sine dilatione permittit: tunc impudicus morbum confitetur ac publicat: tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas saevo, malignitas livido: omne vitium ^ddetexitur
- 20 et prodit. Adiice illam ignorationem sui, dubia et parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum: stomachi tormenta, quum effervescit merum, ac viscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est, dum illi vis sua est: quid quum somno vitiatur, et quae ebrie-

c. certe meruit. Est ex Gruteri coniectura assumptum: nam codd. fere et antiq. edd.: *delevit, diruit, decuit, eruit*, e quo fecit Grut. *meruit*. Pintianus con. *delituit*. Lipsius Epist. Quaest. lib. III, 9 *debut*. Mox §. 19. *confitetur* omnium codd. et edd. lectio est, non *profitetur*, quod tenet Erasmi.

d. *detexitur*. Sic habent codex Lipsii et editio vetus, i. e. consummatur, ad perfectionem perducitur. *Detegitur, taxatur*, unde Lipsius fecit contorte *laxatur*, sunt aberrationes librariorum, sensum auctoris non assequutorum.

18. Refer Alexandri—*merum omnem uberius tractavit.* *ruit.*] Cf. Arrian. IV, 8 qui Res accidit ol. 112, 4.

ebrietas fuit, cruditas facta est? Cogita quas clades 21
 ediderit publica ebrietas. Haec acerrimas gentes belli-
 cosasque hostibus tradidit: haec multorum annorum
 pertinaci bello defensa moenia patefecit: haec contu-
 macissimos, et iugum recusantes, in alienum egit ar-
 bitrium: haec invictos acie mero domuit. Alexan-
 drum, cuius modo feci mentionem, tot itinera, tot
 proelia, tot hiemes, per quas, victa temporum lo-
 corumque difficultate, transferat, tot flumina ex igno-
 to cadentia, tot maria tutum dimiserunt: intemperan-
 tia bibendi, et ille Herculeus ac fatalis scyphus con-
 didit. Quae gloria est, capere multum? Quum penes 22
 te palma fuerit, et propinationes tuas strati somno ac
 vomitantes recusaverint, quum superstes toti convivio
 fueris, quum omnes viceris virtute magnifica, et ne-
 mo tam vini capax fuerit; vinceris a dolio. M. Anto-
 nium, magnum virum et ingenii nobilis, quae alia
 res perdidit, et in externos mores ac vitia non Roma-
 na traiecit, quam ebrietas, nec minor vino Cleopatrae
 amor? Haec illum res hostem reipublicae, haec hosti- 23
 bus suis imparem reddidit, haec crudelem fecit, quum

E 3

capi-

21. *publica ebrietas*] quae ad plures simul, vel ad integra castra, urbiumque praesidia pervenit. *Haec acerrimas gentes* — tradidit, ut Massagetas Cyro, Herodot. I, 211. *Alexandrum* — condidit. cf. Plut. in Alexandro, extr., qui aperte monstrat, scyphum Herculis non epotasse Al., fuere tamen qui cum nostro hoc narrent. *Ille scyphus Herculeus* Boeotis adscribitur, qui Herculem imitantes, quem magnum edonem et bibonem

(ἀδδηφάγον, παμφάγον, βουφάγον etc.) fuisse constat, argenteos scyphos fecerunt, quos Herculeos vocaverunt. Lipsius laudat Athen. lib. XI et XII. Casaub. p. 783. Macrob. V, 21 not.

22. 23. De *M. Antonio* et *Cleopatra* omnia nota sunt e Plutarchi vita Antonii. *nec minor vino Cleop. amor* i. ei imperabat non magis Cleopatrae amor, quam vinum. Moneo, ne cum Lipsio *vini* praeferas.

capita principum civitatis coenanti referrentur, quum inter apparatusissimas epulas luxusque regales ora ac manus proscriptorum recognosceret, quum vino gravis, fitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat, quod ebrius faciebat, etiam si sobrius faceret: quanto intolerabilius, quod haec in ipsa ebrietate faciebat? Fere violentiam crudelitas sequitur. violatur enim exasperaturque sanitas mentis. Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi, etiam ad minimam radii solis offensionem: ita ebrietates continuae efferant animos. Nam quum saepe apud se non sint, consuetudine insaniae durata vitia, vino concepta, etiam sine illo valent. Dic ergo, quare sapiens non debeat
 24 ebrius fieri. Deformitatem rei et importunitatem ostende rebus, non verbis: quod facillimum est. Proba istas, quae voluptates vocantur, ubi transcenderint modum, poenas esse. Nam si illud argumentaberis, sapientem multo vino inebriari, et retinere rectum tenorem, etiam si temulentus sit: licet colligas, nec veneno potio moriturum, nec sopore sumto dormiturum, nec elleboro accepto quidquid in visceribus haerebit, eiectionum, deiectionumque. Sed si tentantur pedes, lingua non constat: quid est, quare illum existimes in parte sobrium esse, in parte ebrium?

25. *eiecturum*] supra, *deiecturumque* infra: vis haec utraque helleboro est. *sapientem multo vino* — *sit*. Paradoxum est stoicum. Cf. Lipsii *Manud.* III, 18. *nec sopore sum-*

to i. medicamento soporifero: ex tropo noto, quo effectus pro causa ponitur: sic terror, decus, odores etc. usurpantur. Cf. Corte ad Sallust. p. 1069.

EPISTOLA LXXXIV.

Narrat, se vel in itinere librorum lectione delectari: cuius necessitatem ostensurus, bona et utilia monita adiungit de lectione, quae stilo commutanda sit invicem, et de efficacia eius ad animum sapientia imbuendum. Egregie quidem nobiscum egisset, posteris autem se scribere non celat, Seneca, si de libris quos legendos suaderet, eadem cum cura exposuisset, qua Quintil. Instit. Orat. X, 1 in simili argumento usus est; sed quum commentarii huiusmodi haud dubie confecti secundum praescripta Alexandrinorum ubique prostant (cf. D. Rubnkenii Histor. crit. Orator. Graec. inserta Vol. VIII Orat. gr. Reisk. et doctissimum supplementum Wyttenbachii in vita Rubnkenii p. 286 sq. ed. Lugd.) hac opera supersedere se posse putavisse videtur.

Eiusdem fere argumenti sunt Epistolae II. XXVIII.

Itinera ista quae segnitiam mihi excutiunt, et valetudini meae prodesse iudico, et studiis. Quare valetudinem adiuvent, vides: quum pigrum me, et negligentem corporis, literarum amor faciat, alienâ operâ exerceor. Studiis quare profint, indicabo. A lectionibus ^a non recessi. Sunt autem, ut existimo, necessariae. primum, ne sim me uno contentus: deinde, ut quum ab aliis quaesita cognovero, tum et de inventis iudicem, et cogitem de inveniendis. Alit lectio ingenium: et studio fatigatum, non sine studio tamen, reficit. Nec scribere tantum, nec tantum legere debemus: altera res contra stabit, et vires exhauriet: de stilo dico: altera solvet ac diluet. Invi-

E 4

cem

^a. non recessi sc. in itineribus meis. Pintianum, Lipsium al. sequor hanc negativam h. l. tuentes, etiam codd. ope: quum essent, qui eam inducerent. Mox §. 2 *commeandum est* omnium fere codd. fides praestat, unus alterve *commutandum est*. Praefero illud: est quoque exquisitius.

1. alienâ operâ] equorum, qui in essedo vehunt, aut ferorum in sella. L.

2. altera res contra stabit] inimica erit et gravis. Opponitur: stare ab aliquo. *car-punt*

cem hoc illo commeandum est, et alterum altero temperandum: ut quidquid lectione collectum est, stilius redigat in corpus. Apes, ut aiunt, debemus imitari, quae vagantur, et flores ad mel faciendum idoneos carpunt: deinde quidquid attulere, disponunt, ac per favos digerunt: et, ut Virgilius noster ait,

— *liquentia mella*

Stipant, et dulci distendunt nectare cellas.

- 3 De illis non fatiis constat, utrum succum ex floribus ducant, qui protinus mel fit: an quae collegerunt, in hunc saporem mixtura quadam, et proprietate spiritus sui, mutant. Quibusdam enim placet, non faciendi mellis scientiam esse illis, sed colligendi. Aiunt, inveniri apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros illius coeli, aut ipsius arundinis humor dulcis et
- 4 pinguior gignat: in nostris quoque herbis vim eandem, sed minus manifestam et notabilem poni, quam perfequatur et contrahat animal huic rei genitum. Quidam existimant, conditura et dispositione in hanc qualitatem verti, quae ex tenerrimis virentium florentium-

punt i. fugunt. Solenne est de apibus. *Apes, ut aiunt.* Haec omnia transcripsit Macrobius Sat. I init. Versus sunt Virgilio Aen. I, 432 sq.

3. Opinionum variarum hic expositarum veritatem nunc fatiis post Swainmerdamum, Reaumurium al. explicatam habes, ut iis hic immorari nihil attineat. Loca veterum de hac re collegerunt Intpp. ad Virgil. Ge. IV. init. et Schneider ad Varron. de Re Rust. 13, 16, 8 p. 569 - 584. *Aiunt - gignat.*

Non est saccharum nostrum, cuius historiam natur. a Io. Beckmanno conscriptam vide in Commentar. Soc. Reg. Gotting. To. V., sed Tabaxir, s. Tabaschir, mel aliquod, ut Plinii N. H. XII, 8 verbis utar, gummium modo candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis avellanae magnitudine, ad medicinae tantum usum. Arbor, unde gignitur, est Arundo Bambos Linn. Hodieque apud Orientales antispasmodicum medicamentum est, Russelio auctore.

tiumque decerpserint: non sine quodam, ut ita dicam,
 fermento: quo in unum diversa coalescunt. Sed ne ad 5
 aliud, quam de quo agitur, abducatur, nos quoque apes
 debemus imitari, et quaecunque ex diversa lectione
 congeffimus, separare. melius enim distincta servantur.
 Deinde adhibitâ ingenii nostri curâ et facultate, in
 unum saporem varia illa libamenta confundere: ut
 etiamfi apparuerit unde sumtum sit, aliud tamen esse,
 quam unde sumtum est, appareat. quod in corpore
 nostro videmus, sine ulla opera nostra, facere naturam.
 Alimenta quae accepimus, quamdiu in sua qualitate 6
 perdurant, et solida innatant stomacho, onera sunt:
 at quum ex eo quod erant, mutata sunt, tunc demum
 in vires et in sanguinem transeunt. Idem in his, qui-
 bus aluntur ingenia, praestemus: ut quaecunque hau-
 simus, non patiamur integra esse, ne aliena sint. Con-
 coquamus illa: alioquin in memoriam ibunt, non in
 ingenium. Assentiamur illis fideliter, et nostra facia- 7
 mus, ut unum quiddam fiat ex multis: sicut unus
 numerus fit ex singulis, quum minores summas
 et dissidentes computatio una comprehendit. Hoc
 faciat animus noster, omnia quibus est adiutus,
 abscondat: ipsum tantum ostendat, quod effecit.
 Etiamfi alicuius in te comparebit similitudo, quem ad- 8
 miratio tibi altius fixerit: similem esse te volo quo-
 modo filium, non quomodo imaginem. Imago res
 mortua est. Quid ergo? non intelligetur cuius imite-
 ris orationem? cuius argumentationem? cuius fen-
 tentias? Puto aliquando ne intelligi quidem posse,

E 5

b si

8. *Puto aliquando — com-
 petant.*] Interdum non lique-
 re puto vel in Virgilio expri-
 mendo, utrum hunc an alium
 imiteris, quum vestigia Home-

ri, Ennii, Varronis Atacini
 al. quos ipse imitatus est, ma-
 nifestiora sint, quam ut lateant.
 Seneca pater in *Suas.* 111 ait: in
 multis versibus fecit Virgil. —

non

^b si magni Virgillii: nec enim omnibus, quae ex quo velut exemplari traxit, formam suam impressit, ut in
 9 unitatem illam competant. Non vides quam multorum vocibus chorus constet? unus tamen ex omnibus sonus redditur. aliqua illic acuta est, aliqua gravis, aliqua media. accedunt viris feminae, interponuntur tibiae: singulorum illic latent voces, omnium apparent. De choro dico, quem veteres ^c philosophi nove-
 rant.

b. si magni Virgillii: nec enim omnibus rel. Haec corruptio nominis Virgillii quot quantasque molestias creaverit Iano Grutero, Gronovio al. ex eorum notis videre licet. Si magni viri: nec enim o. erat lectio vulgata, sensu tamen et sermone impedito: nam illa verba, magni viri, impressit et sim. nihil habent quo recte referantur et sese tueantur. Neque codd. nonnullorum emblemata: si magni viri ingenium o., neque mentio Ennii in nonnullis codd. locum sinceritati reddere valebant. Ille Ennius denique tanto terculamento fuit Grutero, ut magis mutus fieret quam piscis. Enimvero iste vetustissimus Romanorum poeta hic veritatem cum videre tum eloqui docuit. Quum enim certum auctorem hic significari a Seneca totus contextus et nexus moneret, tum vero illa quamvis intempestiva Ennii mentio in textu, quo pedem suum e margine perperam intulisse videbam, statim Virgillii nomen hic a stupore librariorum esse obscuratum mihi persuasit, et in Viri latere. Quo quidem vitio detecto, nullis aliis emendationibus opus esse latui, sed omnia sole meridiano clariora deprehendi. Proinde in textum recepi. Reliqua quae ex quo velut exemplari egregie Codd. praestant fere omnes: ex quoque dederat Erasmus forsan immemor elegantis usus repetitionis relativi asyndeti. Exemplaria nonnulli Codd. et edd. omnes assumerant.

c. philosophi omnium Codd. et edd. lectio est. Lipsius tamen *philodi* i. cantus amantes, *φιλοδοι*, emendavit, parum feliciter.

non surripiendi causa, sed palam imitandi, ut vellet agnosci. De Varrone Atacino docuit Ruhnken. Ep. crit. II. p. 201 ed. II. Ceterum res notissima est, vel ex Macrobio et Vrsino. De imitatione ipsa cf. Hurdium ad Horat. II p. 198 sq. vers. Eschenburg.

9. De choro dico - noveant.] Dicit itaque choros tragicos imprimis, qui bona et salubria commendabant, nil nisi virtutem laudabant, vitia carpebant, postea vero a praestantia sua descivere, teste Horat. Art. Poet. 217 sq. Philosophi veteres e. c. Plato amabant chorum.

rant. In commissionibus nostris plus cantorum est, quam in theatris olim spectatorum fuit. quum omnes 10
vias ordo canentium implevit, et cavea aeneatoribus cincta est, et ex pulpito omne tiliarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex diffonis. Talem animum esse nostrum volo, ut multae in illo artes, multa praecepta sint, multarum aetatum exempla, sed in unum, conspirata. Quomodo, inquis, hoc effici poterit? assiduâ intentione: si nihil egerimus, nisi ratione suadente. hanc si audire volueris, dicet tibi: Relinque ista iamdudum, ad quae discurritur. relinque 11
divitias, aut periculum possidentium, aut onus. relinque corporis atque animi voluptates: molliunt et enervant. relinque ambitum: tumida res est, vana, ventosa. nullum habet terminum. tam sollicita est ne quem ante se videat, quam ne post se alium. laborat invidiâ, et quidem duplici. Vides autem quam miser sit is, cui invidetur, si et invidet? Intueris illas po- 12
tentium domos, illa tumultuosa, rixa salutantium, limina?

ter. Cf. not. Mox *missionibus* Lipsius et Gruterus, ad stipulantibus nonnullis Codd. recte restituerant, reiecto τῶν *commissionibus* ap. Erasmus al.

rum. Ceterum uti *feminarum* partes a viris actas esse in theatris veterum constat, ita tibia in choris usus esse concludimus. Cf. Iul. Poll. IV, 15, 107. Hurd ad Horat. Ep. ad Pis. p. 156 sq. In *commissionibus* sc. ludorum, quibuscum nostros ludos musicos, Concerts vocatos, comparemus: Senecae tempore frequentes fuisse furor musicus docet, quo Neronem abreptum scimus, qui ipse agones musicos habuit in theatris,

uti tam *viae* inter *cuneos* et praecinctiones, tum *aeneatores*, tubicines, qui tuba signum commissionis in omnibus, etiam scenicis ludis dabant: hinc tuba terminalis ap. Apulei. Met. X p. 735 Oudend. Cf. Lipsii Saturn. II, 19.

10. *organorum*] Wernsdorf. ad Aetnam 293 supplet hydraulieorum, de quibus To. II in prooem. ad Organ. Porphyrii egit, et Schneider ad Eclog. phys. p. 121 sq.

mina? multum habent contumeliarum, ut intres: plus, quum intraveris. Praeteri istos gradus divitum, et magno aggestu suspensa vestibula. non in praeupto tantum istic stabis, sed in lubrico. Huc potius te ad sapientiam dirige, tranquillissimasque res, et simul
 13 amplissimas, pete. Quaecunque videntur eminere in rebus humanis, quamvis pusilla sint, et comparatione humillimorum exstent, per difficiles tamen et arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis via est. At si conscendere hunc verticem libet, cui se fortuna submisit: omnia quidem sub te, quae pro excelsissimis habentur, adspicies, sed tamen venies ad summa per planum.

EPISTOLA LXXXV.

Stoica dogmata, sapientem vacare affectibus, beatam vitam sibi sufficere, et fortem quoque beatum esse, hac epistola contra Peripateticos, qui quum medietatem s. mediocritatem suam tutari vellent, affectus deminutos non eversos statuebant, vindicantur, non ita quidem, ut in hac defensione omnino acquiescere possis, quandoquidem cum fundamentum, tum ratio, quibus haec dogmata innituntur, non satis acute in partes suas vocari ab auctore videmus: satis tamen efficax et idonea defensio est ad refellendos adversarios, qui multo minus subtiliter rem aggressi sunt.

Quod quidem a multis recentioribus, qui philosophis se numeratos volunt, in principio ethices diiudicando omissum est, id vero ab adversariis Stoeae saepe neglectum esse apparet, in rerum natura hominem quendam esse negantibus, in quem omnia illa praeclara, quae de sapiente suo Stoici praedicarent, competant

12. magno aggestu suspensa vestibula] i. substructio alta non sine aditu pretioso praetensa aedibus. De aedificiis, coenaculis etc. quae in altum eductae sunt, suspendi, suspensa esse dici, nunc satis notum est, vel e Lexicis.

13. Confragosa — est.] De via ad virtutem in rupe positam cogitavit noster, inde ab Hestodoties a scriptoribus laudata et explicata, ut plura addere putidum esset.

tant atque in eo reperiantur. In qua vereor, ut Zenonis, Stoeae conditoris sententiam assequantur. Non enim id egit, ut hominem quendam eiusmodi fuisse censeret, ad quem nos compararemus, sed ut quasi exemplum summum, sapientem illum, ad imitandum rationi humanae proponeret: modo haud abhorrente ab illo, quo Christiani utuntur, dum Deum et Christum sibi ad imitandum proponunt. Crassa itaque Minerva philosophantur illi, qui nihil nisi vanis argumentationibus et ineptiis, quin etiam mendaciis repletum systema stoicum crepant; in quibus nescio quid magis mirer, inscitiamne an confidentiam.

Conferas Conzium libr. laud. p. 29 sqq.

Peperceram tibi, et quidquid nodosi adhuc supererat, praeterieram: contentus quasi gustum tibi dare eorum, quae a nostris dicuntur, ut probetur virtus ad expleendam beatam vitam sola satis efficax. Iubes me, quidquid est interrogationum aut nostrarum, aut ad ^atraductionem nostram excogitatarum, comprehendere: quod si facere voluero, non erit epistola, sed liber. Illud toties testor. hoc me argumentorum genere non delectari. pudet in aciem descendere prodiis hominibusque susceptam, subulâ armatum. Qui prudens est, et temperans est: qui temperans est, et constans: qui constans est, et imperturbatus est: qui imper-

a. *traductionem*. Omnium fere codd. lectio praeferenda est ei, quam Erasim. aliaeque edd. habent: *traditionem*.

1. *nodosi*] propter interrogationes longius petitas nec satis bene procedentes. cf. e. g. Ep. 82. 83. *ad traductionem nostram exc.* ab adversariis Stoeae ad stoicorum dogmata cum calumnia et contemtu refellenda. Ep. 81, 11 ait: definant itaque intamare nos, tamquam incredibilia iactantes etc. cf. de Ira I, 6, 1 not.

subulâ qua cum Ep. 82. 25 hoc argumentorum genus ipinosum comparavit.

2. *prudens*] *Φρόνιμος*. Agitur autem de controversia, quae inter Stoicos caeterosque philosophos erat: quum enim hi virtutes seiungerent, illi hoc fieri nullo modo posse censebant. Iustitiam vel non appellatam tota argumentorum series exhi-

imperturbatus est, sine tristitia est: qui sine tristitia est, beatus est: ergo prudens, beatus est, et prudentia ad beatam vitam satis est. Huic collectioni hoc modo Peripateticorum quidam respondent, ut imperturbatum, et constantem, et sine tristitia, sic interpretentur, tanquam imperturbatus dicatur, qui raro ³ perturbatur et modice, non qui nunquam. Item sine tristitia eum dici aiunt, qui non est obnoxius tristitiae, nec frequens, nimiusve in hoc vitio. Illud enim humanam naturam negare, alicuius animum immunem esse tristitiâ: sapientem non vinci moerore, ceterum tangi: et cetera in hunc modum sectae suae respondentia. Non hi tollunt affectus, sed temperant: quantum autem sapienti damus, si imbecillimis fortior est, et moestissimis laetior, et effraenatissimis moderatior, ⁴ et humillimis maior? Quid si miretur velocitatem suam ^blaudans, ad claudos debilesque respiciens?

*Illa vel intactae segetis per summa volaret
Gramina, nec cursu teneras laesisset aristas,
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumentis,
Ferret iter, celeres nec tingeret aequore plantas,*

Haec

^b. *laudans*. Hanc scripturam, in qua omnes fere edd. et codd. mire conspirant, Lipsius primus respuit in *Elect.* 1, 16, restituens ex ingenio: *Ladas*. Muretus, Gruter. Gronov. sequuti

exhibet. Caeterum hanc Stoicorum doctrinam de nexu virtutum propriam Stoeae esse docuit Cic. *Acad. qu. I, 10, 38* Ern. Huic collectioni i. syllogismo; iam Theophrastus, Aristotelis successor, fregit quodammodo auctoritatem veteris doctrinae, et omnes eius auditores ac successores iis usi sunt, quae a superioribus acceperant

(Cic. *Ac. qu. I, 9, 12.*) Erenim Pythagoras, Plato, Aristoteles consensu edixerunt, sapientem modice affectibus tangi: Stoicis dissentientibus, uti nostro *Ep. 116*. Cf. Lipsii *Manud. III, 7*. Tiedemann *Syst. der stoisch. Phil. III p. 164* sqq.

4. Versus sunt *Virgil. Aen. VII, 808* sq.

Haec est pernecitas per se aestimata, non quae tardiffimorum collatione laudatur. Quid si sanum voces, leviter febricitantem? non est bona valetudo, mediocritas morbi. Sic, inquit, sapiens imperturbatus dicitur, quomodo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. Falsum est. Non enim diminutionem malorum in bono viro intelligo, sed vacationem. nulla debent esse, non parva. Nam si ulla sint, crescent, et interim impediunt. Quomodo oculos maior et perfecta suffusio excaecat, sic modica turbat. Si das aliquos affectus 6 sapienti, impar illis erit ratio, et velut torrente quodam auferetur: praesertim quum illi non unum affectum, sed universum affectuum coetum relinquas, cum quo colluctetur. Plus potest quamvis mediocrium turba, quam posset unius magni violentia. Habet pecuniae cupiditatem, sed modicam: habet ambitionem, sed non concitatam: habet iracundiam, sed placabilem: habet inconstantiam, sed minus vagam ac mobilem: habet libidinem, non insaniam! Melius cum illo age-7 retur, qui unum vitium integrum haberet, quam cum eo, qui leviora quidem, sed omnia. Deinde nihil

sequuti sunt. Enimvero si e superioribus sapiens resumatur ad haec verba, sensus bene procedit: quid si miretur sapiens velocitatem suam cum laude? Itaque ille cursor, satis celebris in Olympicis, quem e Pausania II, 19, 6. III, 21 init. VIII, 12, 3 ed. Fac. (cf. Muret. ad Catull. 55, 25.) probe noscimus, in stadium suam redeat! c. affectum reposuit e codd. quos Grut. excussit.

5. Sic, inquit] Peripateticus. *apyrina* (ἀπύρινοι ῥοαί) sunt mala punica, quibus lignotus nucleus abest, et candidior natura et blandiores sunt acini (Plin. XIII, 19). Hac similitudine saepius usos esse adversarios discimus e. g. ex Telete,

philosopho pythagoreo, qui secundum Stob. ferm. 38, ol. 125 scripsit, apud Stobaei flor. ferm. 106, quem laudat Liptius. Suffusio sanguinis et inde enata cuticula, qua oculus velatur. Celsus VI, 6 §. 35. VII, 7, 13 sq.

nihil interest, quam magnus sit affectus: quantumcunque est, parere nescit, consilium non accipit. Quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum, non domesticum et mite: natura enim illorum est furda suadenti: sic non sequuntur, non audiunt

8 affectus, quantumcunque sint. Tigres, leonesque nunquam feritatem exuunt, aliquando submitunt: et quum minime expectaveris, exasperatur torvitas mitigata. Nunquam bona fide vitia mansuescunt. Deinde si ratio proficit, ne incipient quidem affectus. si invita ratione coeperint, invita perseverabunt. Facilius est enim, initia illorum prohibere, quam impetum

9 regere. Falsa est itaque ista mediocritas et inutilis, eodemque loco habenda, quo, si quis diceret, modice insaniendum, modice aegrotandum. Sola virtus habet, non recipiunt animi mala, temperamentum: facilius sustuleris illa, quam rexeris. Numquid dubium est, quin vitia mentis humanae inveterata et dura, quae morbos vocamus, immoderata sint: ut avaritia, ut crudelitas, ut impotentia, ut impietas? ergo immoderati sunt et affectus: ab his enim ad illa transitur.

10 Deinde si das aliquid iuris tristitiae, timori, cupiditati, ceterisque motibus pravis, non erunt in nostra potestate. Quare? quia extra nos sunt, quibus irritantur. Itaque crescunt, prout magnas habuerint minoresve causas, quibus concitentur. maior erit timor, si plus, quo exterreatur, aut propius adspexerit: acrior cupiditas, quo illam amplioris rei spes evocaverit. Si in nostra potestate non est, an sint affectus; ne illud quidem est, quanti sint: si ipsis permisisti incipere,

cum

9. *animi mala*] sunt affectus, perturbationes, $\pi\acute{\alpha}\theta\eta$. Cf. Cic. Tusc. qu. IV, 10. *morbos*. idem docet Cic. Tusc. qu. IV, 10. Stob. Eclog. II, 7

p. 100. 182 sq. ed. Heer., ubi nimius vini aut argenti amor eo refertur. Tiedemann Syst. III p. 263.

cum causis suis crescent, tantique erunt, quanti fient. Adiace nunc, quod ista, quantumvis exigua sint, in maius excedunt. nunquam perniciose servant modum. Quamvis levia initia morborum, serpunt: et aegra corpora, minima interdum mergit accessio. Illud vero cuius dementiae est credere, quarum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt, earum nostri esse arbitrii terminos? Quomodo ad id finiendum satis va- 12
leo, ad quod prohibendum parum valui, quum facilius sit excludere, quam admissa comprimere? Quidam ita distinxerunt, ut dicerent: Temperans ac prudens positione quidem mentis, et habitu tranquillus est, eventu non est. nam quantum ad habitum mentis suae, non perturbatur, nec contristatur, nec timet: sed multae extrinsecus causae incidunt, quae illi perturbationem afferant. Tale est quod volunt dicere: 13
Iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando: et timidum quidem non esse, timere tamen aliquando: id est, vitio timoris carere, affectu non carere. Quod si recipitur, usu frequenti timor transit in vitium: et ira in animum admissa, habitum illum ira carentis animi retexit. Praeterea, si non contemnit venientes extrinsecus causas, et aliquid timet; quum fortiter eundem erit adversus tela, ignes, pro patria, legibus, libertate; cunctanter exhibit, et animo recedente. Non cadit autem in sapientem haec 14
diversitas mentis. Illud praeterea iudico observandum, ne duo, quae separatim probanda sunt, misceamus. Per se enim colligitur, unum bonum esse, quod honestum: per se rursus, ad vitam beatam satis esse virtutem. Si unum bonum est, quod honestum, omnes concedunt ad beate vivendum sufficere virtutem: e
con-

12. *Quidam*] sc. Peripatetici. Cf. Lipsius et Tiedemann l. l.

contrario non remittetur, si beatum sola virtus facit,
 15 unum bonum esse quod honestum est. Xenocrates et
 Speusippus putant beatum vel sola virtute fieri posse:
 non tamen unum bonum esse quod honestum est. Epi-
 curus quoque iudicat, quum virtutem habeat, beatum
 esse, sed ipsam virtutem non satis esse ad beatam vi-
 tam: quia beatum efficiat voluptas, quae ex virtute
 est, non ipsa virtus. Inepta distinctio. Idem enim
 negat, unquam virtutem esse sine voluptate. ita si ei
 iuncta semper est, atque inseparabilis, et sola satis
 est: habet enim secum voluptatem, sine qua non est,
 16 etiam quum sola est. Illud autem absurdum est, quod
 dicitur beatum quidem futurum vel sola virtute; non
 futurum autem perfecte beatum: quod quemadmodum
 fieri possit, non reperio. Beata enim vita bonum in
 se perfecturam habet, inexsuperabile: quod si est, per-
 fecte beata est. Si deorum vita nihil habet maius aut
 melius: beata autem vita divina est: nihil habet, in
 quod

14. *e contrario non remittetur*] i. non concedetur.

15. *Xenocrates — posse.*] non tamen beatissimum, et in eo a Stoa dissident, ut mox observes. Lipsius. Cf. Ep. 31, 6 not. Cic. Tusc. qu. V, 7 sq. De *Xenocrate* et *Speusippo* academicis philosophis cf. Fabricii Bibl. gr. Vol. III, p. 187. 191. *Epicurus*. Memineris, Epicurum eiusque affectas statuisse: virtutem eo contineri, si quis consilii sui ad felicitatem ducentis sibi sit conscius: Stoicos contra, felicitatem, si quis virtutis suae sibi sit conscius. Hi statuebant, virtutem esse

summum bonum (*τέλος*) et felicitatem nil nisi conscientiam, te illam tenere, sine qua esse nequeas: Epicurei e contrario, felicitatem, *ἡδονήν*, censebant summum esse bonum, et virtutem formam consilii tui, qua felicitatem tibi compares, dummodo rationis ope praesidiis ad illam parandam utaris. Cf. Kantii Critik der prakt. Vernunft p. 198 sq. ed. II.

16. *Illud autem absurdum — dicitur*] ab Academicis. Agitur autem de paradoxo illo famigeratissimo Stoeae, virtutes inter se pares esse, quod fuit ex illo decreto, unum bonum

quod amplius possit attolli. Praeterea, si beata vita nullius est indigens, omnis beata vita perfecta est, eademque est et beata, et beatissima. Numquid dubitas, quin beata vita summum bonum sit? ergo si summum bonum habet, summe beata est. Quemadmodum summum adiectionem non recipit; (quid enim supra summum erit?) ita ne beata quidem vita, quae sine summo bono non est. Quod si aliquem magis beatum induxeris; et multo magis innumerabilia discrimina summi boni facies: quum summum bonum intelligam, quod supra se gradum non habet. Si est aliquis minus ¹⁷ beatus quam alius, sequitur, ut hic alterius vitam beatioris magis concupiscat, quam suam. beatus autem nihil suae praefert. Vtrumlibet ex his incredibile est: aut aliquid beato restare, quod esse quam quod est malit: aut id illum non malle, quod illo melius est. Vtique enim quo prudentior est, hoc magis se ad id quod est optimum, extendet, et id omni modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus est, qui cupere etiam nunc potest, immo qui debet? Dicam quid sit, ex quo veniat hic error. Nesciunt beatam vitam ¹⁹ unam esse. in optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque in aequo est longa et brevis, diffusa et angustior; in multa loca, multasque partes distributa, et in unum coacta. Qui illam numero aestimat, et mensura, et partibus, iam illi quod habet eximium, eripit. Quid autem est in beata vita eximium? F 2

num esse, quod honestum i. e. congruens cum natura ideoque et cum ratione et virtute sit. Beata vita igitur *una est*: quippe quae tantum sapienti competit, et quatenus per se consideratur: una qualitatis (*ποιοτήτης*), nulla magnitudinis (in-

tionis, dicimus vulgo, non extensionis) ratione habita. Tiedemanni iudicio (*System d. st. Phil. III p. 95*) nimis cupido et severo non subscribam. Cf. Ep. 71, 18 sq. Lipsii *Manud. III, 3*.

mium? quod plena est. Finis, ut puta, edendi bibendique satietas est: hic plus edit, ille minus: quid refert? uterque iam fatur est. hic plus bibit, ille
 20 minus: quid refert? uterque non sitit. Hic pluribus annis vixit, hic paucioribus: nihil interest, si tam illum multi anni beatum fecerunt, quam hunc pauci. Ille quem tu minus beatum vocas, non est beatus: non potest nomen imminui. Qui fortis est, sine timore est: qui sine timore est, sine tristitia est: qui sine tristitia est, beatus est. Nostrorum haec interrogatio est. Adversus hanc sic respondere conantur: „falsam nos rem, et ^dcontroversiosam pro confessa inducere, eum qui fortis est, sine timore esse.
 21 Quid ergo? inquit, fortis imminetia mala non timebit? istud dementis alienatique, non fortis est. Ille vero, inquit, moderatissime timet, sed in totum extra metum non est.“ Qui haec dicunt, rursus in idem revolvuntur, ut illis virtutum loco sint minora vitia. Nam qui timet quidem, sed rarius et minus, non caret malitia, sed levioze vexatur. „At enim dementem
 22 puto, qui mala imminetia non extimescit.“ Verum est quod dicit, si mala sunt: sed si scit, mala illa non esse, et unam tantum turpitudinem malum iudicat; debet secure pericula adspicere, et aliis timenda contemnere. aut si stulti et amentis est, mala non timere: quo quis prudentior est, hoc timebit magis. „Vt vobis, inquit, videtur, praebabit se periculis fortis.“ Minime. non timebit illa, sed vitabit: cautio illum

d. *controversiosam* recepi cum Grut. et Gronov. e Mff. Antea: *controversam*.

20. *interrogatio*] syllogismus sorites. Peripateticorum esse responsum, quod mox affert, per se patet, et saepe ad librr. de Ira monuimus.
 22. *non timebit illa, sed vitabit*]

illum decet, timor non decet. „Quid ergo? inquis. 23
 mortem, vincula, ignes, alia tela fortunae non time-
 bit?“ Non: scit enim illa non esse mala, sed videri:
 omnia ista humanae vitae formidines putat. Descri-
 be captivitatem, verbera, catenas, egestatem, et
 membrorum lacerationes, vel per morbum, vel per
 iniuriam: et quidquid aliud attuleris, inter lymphaticos
 metus numerat. Ista timidis timenda sunt. An id
 existimas malum, ad quod aliquando nostra sponte ve-
 niendum est? Quaeris, quid sit malum? Cedere his
 quae mala vocantur, et illis libertatem suam dedere,
 pro qua cuncta patienda sunt. Perit libertas, nisi illa 24
 contemnimus, quae nobis iugum imponunt. Non du-
 bitarent quid conveniret forti viro, si scirent quid es-
 set fortitudo. Non est enim inconsulta temeritas, nec
 periculorum amor, nec formidabilium appetitio: scien-
 tia est distinguendi quid sit malum, et quid non sit.
 Diligentissima in tutela sui fortitudo est, et eadem pa-
 tientissima eorum, quibus falsa species malorum est.
 „Quid ergo, si ferrum intentatur cervicibus viri for- 25
 tis, si pars subinde alia atque alia suffoditur, si vi-
 scera sua in sinu suo vidit, si ex intervallo, quo ma-
 gis tormenta sentiat, repetitur, et per e adficcata vi-
 scera recens demittitur sanguis, non timere istum tu
 dices, non dolere?“ Ille vero dolet: sensum enim

F 3

homi-

e. *adficcata* e codd. Pint. al. recepi, praeunte Gronov. Ante:
ficcata. Repetitio τῶν *viscera* Gronovio non placuit: prae-
 tulit itaque *viscera* ex ingenio. Sed repetitiones tales non
 infrequentes esse constat. Deinde Cic. Tusc. II, 14 est: ut e
 visceribus sanguis exeat. Nihil proinde mutandum est.

tabit] Est cautio, εὐλάβεια, 25. *repetitur*] Est arenae
 quam metui opponebant Stoici. verbum, et in re gladiatoria
 Diog. Laert. VII, 116. cf. sollenne: *repete* i. e. ingemi-
 Vpron ad Arrian. II, 1 p. 350 na ictus, atque itera. L.
 ed. Schweigh.

- hominis nulla exiit virtus. sed non timet. invictus ex alto dolores suos spectat. „Quaeris, quis tunc animus illi fit?“ Qui aegrum amicum adhortantibus.
- 26 Quod malum est, nocet: quod nocet, deteriolem facit: dolor et paupertas deteriolem non faciunt: ergo mala non sunt. „Falsum est, inquit, quod proponitur: non enim si quid nocet, etiam deteriolem facit. Tempestas et procella nocet gubernatori, non tamen illum deteriolem facit.“ Quidam Stoici ita adversus hoc respondent: Deteriolem fieri gubernatorem tempestate ac procella, quia non possit id quod proposuit efficere, nec tenere cursum suum: deteriolem illum
- 27 in arte sua non fieri, in opere fieri. Quibus Peripateticus: „Ergo, inquit, et sapientem deteriolem faciet paupertas et dolor, et quidquid aliud tale fuerit: virtutem enim illi non eripiet, sed opera eius impediet.“ Hoc recte diceretur, nisi dissimilis esset gubernatoris conditio, et sapientis. Huic enim propositum est in vita agenda, non utique quod tentat, efficere, sed omnia recte facere: gubernatori propositum est,
- 28 utique navem in portum perducere. Artes ministrae sunt: praestare debent, quod promittunt: sapientia domina rectorique est. Artes serviunt vitae, sapientia imperat. Ego aliter respondendum iudico, nec artem gubernatoris deteriolem ulla tempestate fieri, nec ipsam administrationem artis. Gubernator tibi non felicitatem promisit, sed utilem operam, et navis regendae scientiam. haec eo magis apparet, quo illi magis aliqua

26. Stoicis syllogismus haud in qua cardo rerum vertitur. dubie h. l. melius procedit, Videntur quoque in statu controversiae formando non satis quam Peripateticis, qui non cauti fuisse Peripatetici; nam regulae conditionem (ut nostri illud *deteriolem fieri* Stoici Logici loquuntur) oppugnare (*ἡδυνάως*) morali sensu, Peripatetici latiori sensu accipiebant. debebant, sed totam subsumptionem, s. minorem, quippe

aliqua fortuita vis obstitit. Qui hoc potuit dicere: 29
 „Neptune, nunquam hanc navem, nisi rectam!“ arti
 satisfecit. tempestas non opus gubernatoris impedit,
 sed successum. „Quid ergo? inquis. non nocet gu-
 bernatori ea res quae illum tenere portum vetat? quae
 conatus eius irritos efficit? quae aut refert illum, aut
 detinet, et exarmat?“ Non tanquam gubernatori, sed
 tanquam naviganti nocet. Alioquin gubernatoris ar-
 tem adeo non impedit, ut ostendat. tranquillo enim,
 ut aiunt, quilibet gubernator est. Navigio ista obsunt, 30
 non rectori eius, qua rector est. Duas personas ha-
 bet gubernator: alteram communem cum omnibus qui
 eandem conscenderunt navem, qua ipse quoque vector
 est: alteram propriam, qua gubernator est. tempestas
 tanquam vectori nocet, non tanquam gubernatori.
 Deinde gubernatoris ars alienum bonum est; ad eos
 quos vehit, pertinet: quomodo medici ars ad eos
 quos curat: sapientia commune bonum est, et eo-
 rum cum quibus vivit, et proprium ipsius. Itaque 31
 gubernatori fortasse nocetur, cuius ministerium aliis
 promissum tempestate impeditur: sapienti non nocetur
 a paupertate, non a dolore, non ab aliis tempestati-
 bus vitae. Non enim prohibentur opera eius omnia,
 sed tantum ad alios pertinentia: ipse semper in actu
 est, non in effectu. tunc maximus, quum illi fortuna

F 4

fe

29. Qui hoc potuit dicere —
 [satisfecit.] Egregium hoc Rho-
 dii gubernatoris dictum magni
 fiebat recte ab antiquis et saepe
 laudabatur. Aristides Orat. 1.
 Rhod. To. II p. 346. C. ad-
 hortatur Rhodios, ut gubernato-
 ris cuiusdam, civis sui, dictum
 in memoriam revocent, qui
 fluctuante nave, et iamiam
 submergenda dicebat: at, Ne-

ptune, scito, non hanc navem
 nisi rectam demeriturum
 (ἀλλ', ὡς Πότειδαν, ἡσθε-
 ῖσθ' ἂν τὰν ναῦν καταδύσων,
 ex emend. praestantissima Val-
 cken. ad Eurip. Hippol. 309 p.
 196 A.). Saepe eo alludere so-
 lent veteres, e. c. Cic. ad Q.
 Fratr. 1, 2. noīter Contol. ad
 Marc. 6, 2 etc. Cf. Meurii
 Rhodus. 1. 17.

se opposuit: tunc ipsius sapientiae negotium agit,
 32 quam diximus et alienum bonum esse, et suum. Prae-
 terea, ne aliis quidem tunc prodesse prohibetur, quum
 illum aliquae necessitates premunt. Propter paupertatem
 prohibetur docere, quemadmodum tractanda respu-
 blica sit: at illud docet, quemadmodum tractanda sit
 paupertas; per totam vitam opus eius extenditur. Ita
 nulla fortuna, nulla res, actus sapientis excludit. Id
 enim ipsum agit, quo alia agere prohibetur. Ad
 utrosque casus aptus est: bonorum rector, et malorum
 33 victor. Sic, inquam, se exercuit, ut virtutem tam
 in secundis quam in adversis exhibeat: nec materiam
 eius, sed ipsam intueatur. Itaque nec paupertas illum,
 nec dolor, nec quidquam aliud quod imperitos avertit
 et praecipites agit, prohibet. Tu illum premi putas
 34 malis? utitur. Non ex ebore tantum Phidias sciebat
 facere simulacra, faciebat ex aere: si marmor illi, si
 adhuc viliores materiam obtulisses, fecisset quale ex
 illa fieri optimum posset. Sic sapiens virtutem, si li-
 cebit, in divitiis explicabit; si minus, in paupertate:
 si poterit, in patria; si minus, in exilio: si poterit,
 imperator; si minus, miles: si poterit, integer; si
 minus, debilis. quamcunque fortunam acceperit, ali-
 quid

f. Ita. Sic codd. et Erasm. Id vitium typogr. in nonnullis
 cdd. est.

32. Propter paupertatem
 prohibetur docere] iactis nem-
 pe et usu: quia ex censu ad
 Rempublicam admittebantur.
 Non prohibetur scriptis: ut
 Zeno, Chrysippus, alii. L.

34. De Phidia, celeberrimo
 antiquitatis statuario et
 coaevo Periclis, Socratis etc.

cf. ad Ep. IX, 4. Vpton ad
 Arrian. Diss. I, 6, 23. II, 8, 20.
 Auctoritas huius artificis et post
 Senecam tanta fuit, ut artifices
 iuniores Olympiam, ut templum
 et statuam Iouis viserent, pro-
 ficiscerentur. cf. Fea ad Win-
 ckelmanni Hist. Art. To. II,
 p. 416 not. A.

quid ex illa memorabile efficiet. Certi sunt domitores 35
ferarum, qui saevissima animalia et ad occursum & ex-
pavescientia hominum cogunt sub iugum: nec asperi-
tatem excussisse contenti, usque in contubernium mi-
tigant. Leonibus magister manum infertat, osculatur
tigrim suus custos, elephantem minimus Aethiops iu-
bet subfidere in genua, et ambulare per funem. Sic
sapiens est artifex domandi mala. Dolor, egestas,
ignominia, carcer, exilium, et ubicunque horrenda,
quum ad hunc pervenere, mansueta sunt.

EPISTOLA LXXXVI.

*Quum Literni in ipsa Scipionis Africani villa esset, possessorem
istius agri Aegialum conveniendi causa, iste vir maximus eiusque
tempora Senecae animo tam vivide observantur, ut vivi magni-
tudinem admirans et illa et sua tempora inter se comparat, at-
que simplicitate et frugalitate Scipionis eiusque temporum laudata
in luxum deperditosque sui aevi mores invehatur. Sed hac com-
paratione mox praetermissa laetius quid commemorat, quod se in
hac villa ab amico didicisse narrat. Se senem ait ab Aegialo di-
didicisse, arbuſtum quamvis vetustum posse transferri.*

F 5

In

g. *expavescientia hominum cogunt sub iugum.* Libri ostendunt
fere *expavescientia*: sed tamen unus Gallicus et quidam anti-
quitus impressi *expavescientia*: quam veram lectionem dudum
notavit Opsopoeus et de coniectura Lipsius. Sed praeterea
duo Palatini: *hominum. duo sub iugum*, alii duo *cogunt
pati iugum*. Vnde suspicor τὸ pati esse a manu aliena, scri-
bendum autem: *qui saevissima animalia et ad occursum ex-
pavescientia hominum cogunt sub iugum.* Gronov. Antea:
ad occursum exterrentia hominem, docent pati iugum: quae
sunt a Mureto. Erasim. *expavescientia hominem cogunt pati
iugum*: ubi Erasim. notavit var. lect. *docent*.

35. Recte monuit Lipsius, et nostris naturae curiosis, e. c.
haec talia in ludis publice tunc Buffono observata sunt. De
exhibita et observata esse. Pli- elephantis cf. Sueton, Galb.
nius in N. H. omnia confirmat, c. 6. etc.

In ipsa Scipionis Africani villa iacens haec tibi scribo, adoratis manibus eius et arca, quam sepulcrum essetanti viri suspicor. animum quidem eius in coelum, ex quo erat, redisse persuadeo mihi: non quia magnos exercitus duxit, (hos enim et Cambyfes furiosus, ac furore feliciter usus habuit) sed ob egregiam moderationem pietatemque, magis in illo admirabilem, quum reliquit patriam, quam quum defendit. Aut Scipio Romae deesse debebat, ^a aut Romani libertati.

2. Nihil, inquit, volo derogare legibus, nihil institutis. aequum inter omnes cives ius fit: utere sine me beneficio meo, patria. causa tibi libertatis fui, ero et argu-

a. *aut Romani libertati.* Gronovio assentior, qui Mureti lectione: *aut Romae libertas*, relicta, plurium librorum scripturae, *Roma in libertate*, convenientius Gruteriana emendatione, *Roma libertati*, et Lipsiana, *Romanae, libertati*, putavit, quod recepimus.

1. *In ipsa Scipionis Africani villa iacens*] i. animi causa commorans. Villa ibi fuisse dicitur, ubi nunc Patria, Lago di Patria, et Torre di Patria sunt. Torre di Patria distat unum milliarium german. a Cumis. Cf. Comitibus de Stollberg Reise To. III. Ep. 70. Eo secessit P. Corn. Scipio Africanus maior, ut invidiam et certamina cum tribunis pl. qui eum pecuniae publicae captae reum accusaverant, devitaret, a. u. c. 567. cf. Liv. 38, 50 sq. Ibi vitam egit, et morientem rure, eo ipso loco sepeliri se iussisse ferunt, monumentumque ibi aedificari, ne funus in ingratis patriam fieret; Liv. 38, 53: qui tamen

c. 56 alios tradit Romae, alios Literni narrare et mortuum et sepultum esse, et utrobique monumenta ostendi et statuas: nam et Literni monumentum, *arcam* noster vocat, monumentoque statua superimposita fuit, quam tempestate deiectam nuper vidimus ipsi. cf. Strabo V, 4, 4 p. 187 Lips. Valer. Max. III, 7. Hinc et noster *suspiciatur*, non pro certo affirmat.

2. *Nihil inquit — argumentum.*] Ex Livio haec non desumpta sunt. Sed fuere diversae de Scipione traditiones, ipso Livio auctore l. l. cf. Antias Auli Gellii VI, 8. *argumentum*, monstrabo libertatem tibi adhuc esse. Caeterum cf. Cic.

argumentum. Exeo, si plus quam tibi expedit, cre-
vi.“ Quidni ego admirer hanc magnitudinem animi,
qua in exilium voluntarium secessit, et civitatem exo-
neravit? Eo perducta res erat, ut aut libertas Sci-
pioni, aut Scipio libertati faceret iniuriam. neutrum
fas erat. Itaque dedit locum legibus, et se Liternum
recepit, tam suum exilium reipublicae imputaturus,
quam Hannibalis. Vidi villam structam lapide qua- 3
drato, murum circumdatum silvae, turrets quoque in
propugnaculum villae utrimque subrectas. Cisternam
aedificiis ac viridibus subditam, quae sufficere in usum
vel exercitus posset. Balneolum angustum, tenebri-
cosum ex consuetudine antiqua. non videbatur maiori-
bus nostris caldum, nisi obscurum. Magna ergo me 4
voluptas subit, contemplantem mores Scipionis ac no-
stros. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Ro-
ma debet, quod tantum semel capta est, abluebat cor-
pus laboribus rusticis fessum: exercebat enim operae
se, terramque (ut mos fuit prisca) ipse subigebat.
Sub hoc ille tecto tam fordido fetit, hoc illum pavi-
mentum tam vile sustinuit. At nunc quis est, qui sic 5
lavari sustineat? pauper sibi videtur ac fordidus, nisi
parietes magnis et pretiosis orbibus resulserunt; nisi
Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt:
nisi

Cic. de Off. III, 1. *Itaque dedit* — *Hannibalis*, quatenus reus beneficio legum uti et in exilium voluntarium secedere poterat. Hannibalis exilium ipsi tanquam auctori eius tribuit noster, quo ut beneficio meritis est de republica. Liv. 33, 47 Scipionem diu sed frustra repugnasse machinationibus Senatus narrat.

5. *orbibus*] crustis aut segmentis marmorum circuli speciem gerentibus, quas maculofas eximie aestimabant; Video nunc, his scriptis, amicissimum Iacobsum in Miscellan. phil. P. I. p. 88. eandem sententiam tulisse, loco hoc adducto. Spectant huc Plinii N. H. 35, 1 verba, quae luxum hunc confirmant docentque, Neronis aavo

nisi illis undique operosa et in picturae modum variata circumditio praetextitur; nisi vitro absconditur camera; nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumdedit; in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus; nisi
 6 aquam argentea epistomia fuderunt. Et adhuc plebeias fistulas loquor: quid quum ad balnea libertinorum pervenero? quantum statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum, impensae causa? quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? Eo deliciarum pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus. In hoc balneo Scipionis minimae sunt, rimae magis quam fenestrae, muro lapideo exsectae, ut sine iniuria munimenti lumen ad
 7 mitterent. At nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant; nisi et lavantur simul et colorantur; nisi ex folio agros et maria prospiciunt. Itaque quae concursum, et admirationem habuerant, quum dedica-

aevo hoc esse inventum. Nigricanti itaque marmori ut maculae adessent, crustas numidicas intersecebant et operè musivo circa ornabant. nisi vitro — camera. Lucem affundit Stat. Silv. I, 5, 43 effulgent camerae vario fastigia vitro etc. ubi cf. not. in quas — demittimus explicat ipse Ep. 108, 16. Decoquere corpus atque inanire sudoribus (sc. in balneo calido) inutile simul delicatumque credimus. epistomia, quae et epistonia vocantur, sunt obturacula ori vasorum aut laborum indita, e quibus versis liquor

emittitur, ut et in nostris balneis fieri solet.

6. Eo deliciarum. — gemmas calcare nolimus] puto, pavimenta luxuriosa et pretiosa, lithostrata, quae opere musivo constabant. Eadem de re Stat. Silv. I, 3, 54 Calcabam nec opinus opes. Cf. noster de Ira III, 35, 4. Ep. 16, 7.

7. blattaria] a blattis, quae lucem fugiunt et tenebrosis balneis gaudent, innascunturque. Plin. II, 28. Hinc Stadius, Plin. al. qui balneorum mentionem sub imperatoribus iniiciunt, laudant τὸ εὐφραγνῆς, bene

dicarentur, haec in antiquorum numerum reiciuntur, quum aliquid novi luxuria commenta est, quo ipsa se obrueret. At olim et pauca erant balnea, nec ullo ⁸ cultu exornata. Cur enim ornaretur res quadrantaria, et in usum, non oblectamentum, reperta? Non suffundebatur aqua, neque recens semper velut ex calido fonte currebat: nec referre credebant, in quam per lucidam sordes deponerent. Sed, dii boni, quam iuabat illa balnea intrare obscura, et gregali tectorio induta, quae scires Catonem tibi aedilem, aut Fabium Maximum, aut ex Corneliis aliquem manu sua temperasse? Nam hoc quoque nobilissimi aediles fungebantur ⁹ officio, intrandi ea loca quae populum receptabant, exigendique munditias, et utilem ac salubrem temperaturam: non hanc, quae nuper inventa est, similis incendio. adeo quidem ut convictum in aliquo scelere servum, ^b invitum lavari oporteat. Nihil mihi videtur iam interesse, ardeat balneum, an caleat. Quantae nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem ad-

b. invitum Erasm. in nonnullis mss. invenit, quod recepi: quum vulgatum, *vivum*, nullum sensum fundat, hoc saltem tolerabilem.

bene luminosum, quo *colorari* i. insolari, apricari poterant. cf. Lucian. Vol. VII p. 298 sq. bip. *dicarentur* statim post aedificationem cum invocatione Aesculapii et Hygeae, quorum statuis balnea ornari solebant, ut e Luciani l. l. videre licet, et cum votis pro salute populi. *obrueret* i. se pessumdaret, obscuraret.

8. res quadrantaria] notum est, quadrantem (i. e. quar-

tam assis partem) mercedulam balneatoris fuisse. L. *perlucida* aqua propter solis splendorem, qui in balneo erat. *Catonem* uticensem. *Fabium Maximum* cunctatorem. *Corneliis* Scipionibus.

9. aediles] Plura de his aedilium muneribus vide ap. Lipsium ad Taciti Ann. II, fin. et querelas similes ap. Plutarch. III Quaest. nat. c. 10. Quaest. conviv. VII, 9.

admiserat? quod non in multa luce decoquebatur, et
 10 expectabat, ut in balneo concoqueret? O hominem
 calamitosum! nesciit vivere! Non c faccatâ aquâ lava-
 batur, sed saepe turbida, et quum plueret vehemen-
 tius, paene lutulenta. Nec multum eius intererat, an
 sic lavaretur: veniebat enim, ut sudorem illic ablueret,
 non ut unguentum. Quas nunc quorundam futuras
 voces credis? Non invidio Scipioni: vere in exilio
 vixit, qui sic lavabatur. Immo si scias, non quotidie
 11 lavabatur. Nam, ut aiunt qui priscos mores urbis
 tradiderunt, brachia et crura quotidie abluabant, quae
 scilicet sordes opere collegerant: ceterum toti nundi-
 nis lavabantur. Hoc loco dicet aliquis, liquet mihi
 immundissimos fuisse. Quid putas illos oluisse? mili-
 tiam, laborem, virum. Postquam munda balnea in-
 12 venta sunt, spurciores sunt. Descripturus infamem
 et nimis notabilem deliciis Horatius Flaccus, quid ait?

Pastillos Rufillus olet. —

Dares nunc Rufillum, perinde esset, ac si hircum
 oleret, et Gorgonii loco esset, quem idem Horatius
 Rufillo opposuit. Parum est fumere unguentum, ni
 bis die terque renovetur, ne evanescat in corpore.
 Quid,

c. *faccatâ aquâ* cum Gronov. e codd. recepi: ante, *pacatâ*.
 Mox §. 11. *liquet mihi*. sic omnes ferè codd. Ante Gron-
 nov. *et mihi* aberat. §. 12. in *Gorgonii* nulla varietas lectio-
 nis occurrit.

10. *faccatâ*] facco (ἡθμῶ)
 percolatâ: causâ fuit haud du-
 bie aqua Tiberis fluvii, quam
 flavam et turbidam lutulentam-
 que fuisse satis constat. Hinc
 flavus Tiberis ap. Horat. I, 2
 Carm. 13.

11. *Nam, ut aiunt* — *tra-*
diderunt] e. c. M. Porc. Cato
 maior, M. T. Varro al. *nun-*
dinis i. octavo quoque die.

12. *Horatius Flaccus*]
 Serm. I, 2, 27. *Pastillos Ru-*
fillus olet, Gorgonius hircum.
 Pastil-

Quid, quod iidem odore tanquam suo gloriantur? Haec si tibi nimium tristia videbuntur, villae impu- 13
tabis: in qua didici ab Aegialo diligentissimo patrefam-
iliae (is enim nunc huius agri possessor est) quamvis
vetus arbutum posse transferri. Hoc nobis senibus
discere necessarium est, quorum nemo non olivetum
alteri ponit: ^dquod vidi illum arborum trimum aut
quadrimum fastidiendi fructus autumnno deponere. te 14
quoque proteget illa, quae

Tarda venit, seris factura nepotibus umbram;

ut ait Virgilius noster: qui non quid verissime, sed
quid decentissime diceretur, adspexit; nec agricolas
doce-

d. quod vidi illum arborum trimum aut quadrimum fastidiendi
fructus autumnno deponere. Hanc esse omnium codd. mis-
scripturam docuit et Gruter. Gronov., qui Lipsii Muretique
lectionem: quod vidi, hoc dico: illud arboretum, recte
damnavit.

Pastilli erant unguenti genus, *διάπικρα*, (pillulae unguentariae). Martial. I, 88 Ne gravis
helierno fragres, Fescennia,
vino, Pastillos Cosmi luxuriosa voras.

13. Aegialo] quem et Plinius memorat inter vineae nobiles cultores N. H. XIV, 5 bip.: Magna fama et Vetuleno Aegialo perinde (ut Acil. Sthenelo, quem Plinius paulo ante laudaverat) libertino fuit, in Campaniae rure Liternino, maiorque etiam favore hominum, quoniam ipsum Africani colebat exilium. Vides possessorem villae huius Scipionis fuisse. L. Hoc nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non

olivetum alteri ponit: quod (i. e. quale) vidi illum arborum trimum aut quadrimum fastidiendi fructus a. d. Intel- lige trimas et quadrimas arbores, ex quo semel a seminario translatae sunt: nam quae tales defectis ex arbore et depositis institutae sunt, excultae quinquennio demum habitales translationi sunt, teste Columella V, 6, 9. Plin. XVII, 11. Addit Seneca, ipsum etiam arbutum posse transferri. Gronov. Propter malos fructus, quos ferrent, iterum pangere, transferre s. transplantare solitus erat, vel autumnni tempore.

14. Virgil. Ge. II, 58. Sequentium versuum Ge. I, 215.

- 15 docere voluit, sed legentes delectare. Nam (ut omnia alia transeam) hoc quod hodie mihi necesse fuit reprehendere, adscribam:

*Vere fabis satio est, tunc te quoque, medica, putres
Accipiunt sulci, et milio venit annua cura.*

- An uno tempore ista ponenda sint: et an utriusque verna sit satio, hinc aestimes licet. Iunius mensis est
16 quo tibi scribo, iam proclivus in Iulium. Eodem die vidi fabam metentes, milium ferentes. Ad olivetum revertor, quod vidi duobus modis e depositum. Magnarum arborum truncos circumcisis ramis, et ad unum redactis pedem, cum scapo suo transtulit, amputatis radicibus, relicto tantum capite ipso, ex quo illae penderant. Hoc fimo f tactum in scrobem demisit: deinde terram non aggefuit tantum, sed calcavit et
17 pressit. Negat quidquam esse hac (ut ait) spiffatione efficacius. videlicet frigus excludit et ventum. minus praeterea movetur: et ab hoc nascentes radices prodire patitur, ac solum apprehendere, quas necesse est teneras adhuc, et precario haerentes, levis quoque revellat agitatio. parum autem arboris, antequam obruat, radit. ex omni enim materia quae nudata est,
ut

e. *depositum* e Gron. emendat. recepi; nam agitur de plantandi ponendique, non ordinandi ratione. ante, *dispositum*.

f. *tactum* e con. Gronovii: *tangere* enim in hac re sollenne est, apud Plin. et scriptores de re rust. Tingo, *τίγγω*, sensum auctoris non satis exprimit. Ceterum *tingere*, *tangere*, *tinctum*, *tactum*, etii diver'ae significationis atque originis, tamen a librariis confundi solent. Proinde recepi, silentibus omnibus mss. Rem exprimit Columella V, 6. Plin. XVII, 11.

216 defensionem contra Senecae reprehensionem dederunt interpp. Virgilii, qui docent, Virgilium in fabae satione per ver ritum circumpadanae Ita-

liae sequutum esse, nec medicam (nostrum Luzerne) solum eodem tempore feri, sed milium quoque aestate, hieme et vere.

ut ait, exeunt radices novae. Non plures autem su- 17
per terram eminere debet truncus, quam tres aut qua-
tuor pedes: statim enim ab imo vestietur: nec magna
pars, quemadmodum in olivetis veteribus, arida et ré-
torrida erit. Alter ponendi modus hic fuit. Ramos
fortes, nec corticis duri, quales esse novellarum arbo-
rum solent, eodem genere deposuit. Hi paulo tardius
furgunt: sed cum tanquam a planta processerint, nihil
habent in se horridum, nec triste. Illud etiam nunc 18
vidi, vitem ex arbusculo suo annosam transferri: huius
capillamenta quoque (si fieri potest) colligenda sunt,
deinde liberalius sternenda vitis, ut etiam ex corpore
radicescat. Et vidi non tantum mense Februario posi-
tas, sed etiam Martio exacto tenent et complexae sunt
non suas ulmos; omnes autem istas arbores, quae (ut
ita dicam) grandiscapiae sunt, ait aqua adiuvasdas ci-
sternina: quae si prodest, habemus pluviam in nostra
potestate. Plura te docere non cogito: ne quemadmo-
dum Aegialus noster me sibi adversarium paravit, sic
ego parem te mihi.

EPISTOLA LXXXVII.

Occasione secessus cuiusdam, quem amico describit ut frugatissimam, se nondum eo pervenisse queritur, ut fortuita a bonis discernat, et in vita perveksam recti verecundiam exeat, etiam nunc curans opinionones alienas stupensque ad supervacua. His et similibus cogitationibus delabitur ad dissertatiunculas de Bono. Primus syllogismus est:

18. non suas ulmos] ad imitationem Virgil. II Ge. 82 de arbore silvestri, cui turculi feraces inferti sunt: *miratur novas frondes et non sua poma. capillamenta* radices subtiliores e capite pendent.

grandiscapiae sunt, graeco verbo *μακρόκωνδοι*: et vel hinc supra § 16 probes de *scapo*. *Me sibi adversarium*, aemulum industriae et vel superare eo-
nantem. L.

est: quum omne quod bonum sit, bonos faciat, fortuita non bona esse, quippe quae bonos non faciant. Refutat itaque Peripateticos, qui bonum vocant omne utile pertinereque dicunt ad beate vivendum, quum Stoici omne quod aestimatione (ἀξιῶ) omnino aliqua dignum sit, complecti beatam vitam putent (cf. Cic. de Fin. III, 12) et animo puro, sincero et magno constare illud pronuntient, ideoque quod per se bonum est, intelligant. Quae quidem in fortuita cadere non possunt. Deinde refutat eosdem Peripateticos, qui contendant contra Stoicos, bonum ex malo nasci. In his Senecae videmus animo obversatum esse discrimen inter materiam et formam actionis, ut nostris loquendi formulis utar. Neque malum neque bonum ortum suum ducit e materia, sed e forma actionis; iam quum e. c. divitiae solummodo ad materiam pertineant, neque malum neque bonum sunt, sed commoda i. e. quae magis proficiant sani iudicii homini, quam noceant. Neque mala s. incommoda sunt, quoniam, ut Posidonius ait, non causa efficiens mali, sed nonnisi praecedens (causam occasionalem cum scholasticis vocaveris) sunt: neque pro bono habendae sunt, quia non omni noxa carent, quia animum non attollunt etc.: duntaxat commoda dici possunt.

Cf. Argum. Epist. LXVI praemissa et quos ibi laudavi. Tiedemann System d. st. Phil. III p. 35 sqq.

Naufragium, antequam navem adscenderem, feci: quomodo acciderit, non adicio, ne et hoc putes inter Stoica paradoxa ponendum: quorum nullum esse falsum, nec tam mirabile quam prima facie videtur, quum volueris, approbabo, immo etiam si nolueris. Interim hoc me iter docuit, quam multa haberemus supervacua, et quam facile iudicio possemus deponere, quae si quando necessitas abstulit, non sentimus ablata.

Cum

1. *Naufragium — feci*] opinionem omnium, sed verissima, auctore Cleanthe, qui aiebat παράδοξα μὲν, οὐ μὴν παράλογα. Spectant autem imprimis ad Stoeae dogmata de sapiente, de summo bono, de virtute rel. Cf. Cic. de Paradoxis. Arrian. Diss. IV, 1.

Cum paucissimis servis, quos unum capere vehiculum ² potuit, sine ullis rebus, nisi quae corpore nostro continebantur, ego et Maximus meus biduum iam beatissimum agimus. Culcita in terra iacet, ego in culcita. Ex duabus penulis, altera stragulum, altera opertorium facta est. De prandio nihil detrahi potuit. ^aparatum fuit non magis hora, nusquam sine caricis, nusquam sine pugillaribus. Illae, si panem habeo, pro ³pulmentario sunt: si non, pro pane. quotidie mihi annum novum faciunt, quem ego faustum et felicem reddo bonis cogitationibus, et animi magnitudine: qui nunquam maior est, quam ubi aliena seposuit: et fecit sibi pacem, nihil timendo: fecit sibi divitias, nihil concupiscendo. Vehiculum in quod impositus sum, rusticum est. Mulae vivere se ambulando testantur, mulio excalceatus non propter aestatem. Vix a me ⁴obtineo, ut hoc vehiculum velim videri meum. Durat adhuc perversa recti verecundia. quoties in aliquem comitatum lautiorem incidimus, invitus erubescio:

G 2

quod

^a. *paratum fuit non magis hora — pugillaribus.* In loco hoc corrupto Codd. nullam opem praestant. Nonnulli dant: *paratum fuit non magis ova.* Muretus quidem ait in uno libror. suorum legi: *paratum fuit sine magis hora*, unde eruit, *sine magistro* (ἀνευ μαγείρου, sine coquo).

². *Maximus*] Est ille Caesonius Max. inter intimos et fidos eius amicos, de quo Tacitus et Martialis. Notavi ad Taciti Annal. XV in fine et locum hunc ibi adde. L. *nusquam sine caricis* i. aridis ficibus, de quibus Plin. N. H. XV, 19 ficus panis simul et obsonii vicem siccatae implent. anno novo haec dulcia quasi omen dare et mittere invicem solebant, talis futuri anni. Ovid.

fast. I, 185 sq. et Io. Lydus in Bibl. der alten Litt. u. K. VII p. 32. cf. Var. Lect.

³. *Mulae — aestatem*] Mulae mulique in vehiculis apud homines illarum regionum in usu erant et sunt hodieque. Hae mulae erant macrae, vix vivae, quas, nisi ambularent, non crederes vivere: ita macie sunt entectae: mulio autem pauperrimus erat.

quod argumentum est, ista, quae probo, quae laudo, nondum habere certam ^b fidem et immobilem. Qui sordido vehiculo erubescit, pretioso gloriatur. Parum adhuc profeci, nondum audeo frugalitatem palam ferre, 5 etiam nunc curo opiniones viatorum. Contra totius generis humani opiniones mittenda vox erat: „Insanitis. erratis, superetis ad supervacua, neminem aestimatis suo. Quum ad patrimonium ventum est, diligentissimi computatores, sic rationem ponitis singulorum: quibus aut pecuniam credituri estis, aut beneficia: (nam haec quoque iam expensa fertis.) „,late possidet, sed multum debet: habet domum formosam, sed alienis nummis paratam: familiam nemo cito speciosiore[m] producet, sed nominibus non respondet. 6 Si creditoribus solverit, nihil illi supererit.““ Idem in reliquis quoque facere debebatis, excutere quantum proprii quisque habeat!“ Divitem illam putas, quia aurea supellex etiam in via eum sequitur, quia in omnibus provinciis arat, quia magnus kalendarii liber volvitur, quia tantum suburbani agri possidet, quantum invidiose in desertis Apuliae possideret: et quum omnia dixit

b. *fidem*. Iam Grut. mss. suos quosdam sequens prior erat in *fidem*, quam quae vulgata erat *sedem*. Gronovius veritatem docuit. Senius: illa nondum apud me in decreta abierunt.

5. *familiam*] servorum, *nominibus* i. creditoribus.

6. *arat*] i. possessiones habet, ut Hor. Epod. IV, 13. *magnus Kalendarii liber* i. foenebris pecuniae liber: nam Kalendis uturae cedebant et petebantur. Itaque nomina et pecunia per Kalendas in tali codice scribebantur, L. Cf. ad

Ep. XIV fin. *quantum invidiose in desertis Apuliae possideret*, ideoque permultum; nam si quis latifundii apulici in desertis illis, quae hodieque non cultiora sunt (Büchling IV p. 489.) possessor invidiam creare velit, mirum quantum possidere oportet. Fortasse quis de ovium migrationibus cogitet,

dixeris, pauper est. quare? quia debet. quantum? inquis. omnia: nisi forte iudices interesse, utrum aliquis ab homine, an a fortuna mutuum sumferit. Quid ad rem pertinent mulae faginatae, unius omnes? coloris? Quid ista vehicula-caelata?

— *instrati ostro alipedes, pictisque tapetis.*

Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum.

Ista nec dominum meliorem possunt facere, nec mulam. M. Cato Censorius (quem tam reipublicae fuit nasci quam Scipionem: alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit) canterio vehebatur, et hipperis quidem impositis, ut secum utilia portaret. O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his troffulis in via divitibus, curso-

G 3

res

c. quem tam reipublicae fuit nasci. Hanc lectionem vulgatae: quem tam reip. hercule profuit nasci praefendam et veram esse Gronovius monstravit, tum ex edd. veneta et tarvis., tum e Pintiani al. codd., tandem ex usu sermonis Senecae proprio. Fuit nasci, est, fuit operae pretium, interfuit, aut ex usu fuit nasci. Cf. I. F. Gronov. Obsf. IV, 8 p. 601 sq.

ret, quae ex Samnio autumni tempore in Apuliae loca calidiora s. saltus calidiores fiebant et vectigalia praestabant possessoribus istarum regionum. Hodieque obtinent, uti in antiquitate. Horat. Epod. I, 25 sq. ubi vide Böttiger. cf. post Büfching l. 4. Laffeyrie traité sur les bêtes à laine d'Espagne etc.

7. Versus sunt Virgilii Aen. VII, 277 sqq. M. Cato Censorius qui et priscus s. maior vocatur, Similia de Catone

Plutarchus quoque narrat in Eivita To. I. p. 336 et p. 347 ed. Frcf. *hipperis ἰπποπῆραι*. Hor. I Serm. 6, 106 manticam vocat, saccum scortum: ab utroque equi latere dependebant: nam ephippia nostra apud antiquos in usu non fuisse, iam supra monuimus; cf. Io. Beckmann. Beyträge zur Gesch. der Erf. III 1 p. 40 sq. et iterum in Vorrath kleiner Anmerk. II. Part.

8. troffulis] cf. ad Ep. 76, 1. in itinere etiam opes suas ostent-

res et Numidas, et multum ante se pulveris agentem! Hic sine dubio cultior comitatorque quam M. Cato videretur: hic, inter illos apparatus delicatos qui quum maxime dubitat, utrum se ad gladium locet, an ad cultrum. O quantum erat seculi decus, imperatorem triumphalem, censorium, (et quod super omnia haec est) Catonem, uno caballo esse contentum, et ne toto quidem! Partem enim sarcinae, ab utroque latere dependentes, occupabant. Ita non omnibus obefis mannis, et asturconibus, et tollutariis praeferes unicum illum equum, ab ipso Catone defricatum? Video non futurum finem in ista materia ullum, nisi quem mihi ipse fecero. Hic itaque conticescam, quantum ad ista: quae sine dubio talia divinavit futura, qualia nunc sunt, qui primus appellavit impedimenta. Nunc volo paucissimas adhuc interrogationes nostrorum tibi reddere, ad virtutem pertinentes, quam satisfacere vitae beatae contendimus. Quod bonum est, bonos facit: nam et in arte musica quod bonum est, facit musicum. fortuita bonum non faciunt: ergo non sunt bona,

ostentare cupiunt. *Numidas.* honori sibi duxisse divites, ut Numidae equites, servi sui, in itinere ipsos comitarentur, hic locus docet. cf. Ep. 123, 6. Tacit. Ann. III, 53 not. Lipsius ad II Hist. Tacit. 40. *utrum se ad gladium — cultrum.* Paullatim eo perversitatis delapsi erant vel nobiles, ut pretio inducti vel mala libidine pugnandi gladiatores aut venatores fierent in arena. Noster Ep. 99, 12 explicat. Plura dabit Lipsius in Saturnal. II. c. 3.
9. *Ita non — tollutariis]*

equis pretiosis gallicis, parvis et bene faginatiss, tum hispanicis (ex Asturia) celeriter incedentibus. *quantum ad ista* sc. instrumenta luxus, quae hoc sensu recte *impedimenta*, voce militari, vocari possunt.

10. Omnia, quae dignitati et naturae humanae congruunt, virtus, honesta et bona sunt, ideoque bonos faciunt. Cf. Stob. Ecl. II. c. 7. p. 200. 202. 120 ed. Heeren. *fortuita* quae non in nostra potestate sunt, e. c. opes. Peripatetici stoicis consentire non poterant, quum con-

bona. Adversus hoc sic respondent Peripatetici, ut quod primum proponimus, falsum esse dicant. Ab eo, **11** inquit, quod est bonum, non utique fiunt boni. In musica est aliquod bonum, tanquam tibia, aut chorda, aut organum aliquod aptatum ad usus canendi: nihil tamen horum facit musicum. Hic respondebimus: Non intelligitis, quomodo posuerimus, quod bonum est musico. Non enim id dicimus, quod instruit musicum, sed quod facit: tu ad supellectilem artis, non ad artem venis. Si quid autem in ipsa **12** arte musica bonum est, id utique musicum faciet. Etiamnunc facere id planius volo. Bonum in arte musica duobus modis dicitur: altero, quo effectus musici adiuvatur: altero, quo ars. Ad effectum pertinent instrumenta, tibiae, et organa, et chordae: ad artem ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam sine istis; uti forsitan non potest arte. Hoc non est aequae duplex in homine. idem enim bonum et hominis, et vitae. — Quod contemptissimo cuique contingere ac **13** turpissimo potest, bonum non est: opes autem et lenoni, et lanistae contingunt: ergo non sunt bona. Falsum est, inquit, quod proponitur. Nam et in

G 4

gram-

contrarias de bono sententias haberent, et adeo fortuita in bonorum numerum referrent, e. c. divitias, gloriam, nobilitatem. cf. Stob. Ecl. II, 7 p. 286 sqq. Ceterum merito miraris, quod status controversiae, quem vocamus, a disputantibus neglectus sit.

13. Hic syllogismus bene cum antecedenti cohaeret, s. idem docet: quippe quo efficitur, fortuita non esse bona. Statuunt autem, Musarum stu-

dia, et literarum, uti et equorum atque canum, in universum artes liberales omnes studia quidem vocari, non tamen scientias; atque adeo inter probos habitus, ἐν τε ταῖς σπουδαίαις ἔξεισι) eos numerant. Stob. Ecl. II, 7 p. 121 sq. unde et Chrysippus magno usui esse artes liberales aiebat (Ἐδ- χρηστεῖν τὰ ἐγνύκλια μαθήματα) Diog. Laert. VII, 129. Contraria huic stoicae sententiae statuisse Peripateticos patet v. c. e Stob. Ecl. II, 7 p. 290.

grammatica, et in arte medendi, aut gubernandi, videmus bona humillimis quibusque contingere. Sed istae artes non sunt magnitudinem animi profectae, non
 14 **con**surgunt in altum, nec fortuita fastidiunt. Virtus extollit hominem, et supra cara mortalibus collocat: nec ea quae bona, nec ea quae mala vocantur, aut cupit nimis, aut expavescit. Chelidon, unus ex Cleopatrae mollibus, patrimonium grande possedit. Nuper Natalis, tam improbae linguae quam impurae, in cuius ore feminae purgabantur, et multorum heres fuit, et multos habuit heredes. Quid ergo? utrum illum pecunia impurum effecit, an ipse pecuniam impuravit? quae sic in quosdam homines, quomodo denarius in
 15 **clo**acam cadit. Virtus super ista consistit, suo aere censetur: nihil ex istis quomodolibet incurrentibus bonum iudicat. Medicina, et gubernatio, non interdicit sibi ac suis ^d admirationem talium rerum. Qui non est vir bonus, potest nihilominus medicus esse: potest gubernator, potest grammaticus, tam mehercules quam coquus. Cui contigit habere non quaelibet, hunc non quemlibet dixeris. Qualia quisque habet, talis est. Fiscus tanti est, quantum habet: immo in
 accep-

d. *admirationem* bene habet: nec admittenda est Gronovii emendatio *admixtionem*. Virtus, ait Seneca, non permittit admirationem pecuniae et similibus rerum, medicina et gubernatio permittit. Caeterum subscribo iis, quae idem Vir summus monuit de sollenni mutatione τῶν X et A. Cf. Gronov. Obsl. IV, 4 p. 554 sq.

14. *Chelidon* et *Natalis* impurissimi homines, quos non nisi ex hoc loco cognoscimus. Occurrit ap. Tacit. Ann. XV, 50 Anton. Natalis; sed an idem sit, nescitur. Ceterum *in cuius ore fem. p.* explicari putat Lipsius a Seneca De Benef. IV, 31.

15. *suo aere censetur*] proprio, non adventitio bono. *L. Cui contigit — dixeris* i. is non est bonus, σπουδαῖος, Φρόνιμος, quia virtute caret. *fiscus* s. sportula pecuniaria, faccus, zonula nihili est sine pecunia, auget tamen eius pretium.

accessionem eius venit quod habet. Quis pleno sacculo 16
ullum pretium ponit, nisi quod pecuniae in eo condi-
tae numerus effecit? Idem evenit magnorum dominis
patrimoniorum: accessiones illorum et appendices sunt.
Quare ergo sapiens magnus est? quia magnum ani-
mum habet. Verum est ergo, quod contentissimo
cuique contingit, bonum non esse. Itaque indolen-
tiam nunquam bonam dicam. habet illam cicada, ha-
bet pulex. Ne quietem quidem, et molestia vacare, 17
bonum dicam. quid est otiosius verme? Quaeris,
quae res sapientem faciat? quae Deum. Des oportet
illi aliquid divinum, aliquid coeleste, magnificentum.
Non in omnes bonum cadit, nec quemlibet possessio-
nem patitur. Vide.

*Et quid quaeque ferat regio, et quid quaeque reculet,
Hic segetes, illic veniunt felicitus uvae:
Arborum foetus alibi, atque iniussa virescunt
Gramina, nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua tura Sabaei?
At Chalybes nudi ferrum. —*

Ista in regiones descripta sunt, ut necessarium morta- 18
libus esset inter ipsos commercium, si invicem alius ab
alio aliquid peteret. Summum illud bonum, et ipsum

G 5

suam

16. *indolentiam*] Ep. LXVI, 42: apud Epicurum duo bona sunt, ex quibus summum illud beatumque componitur: ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione etc. *Molestia autem vacare* in bonis posuerunt Peripatetici. vid. e. c. Stob. Ecl. II, 7 p. 292 (*ἡδονὴν καὶ ἀνοχλῆσιν*).

17. *quae Deum*] perfecta

ratio: quae pars in nobis est communis illius rationis i. e. Dei. L. Versus Virgilio Ge. I, 53 sq. *Deum non capit*. Sic Ep. 31, 9: quid aliud voces hunc (animum rectum, bonum, magnum) quam Deum in humano corpore hospitantem? Ep. 41, 1 et 2. Bonus vir sine Deo nemo est.

suam habet sedem: non nascitur ubi ebur, nec ubi ferrum. Quis sit summi boni locus, quaeris? animus. hic nisi purus ac sanctus est, Deum non capit. — Bonum ex malo non fit: fiunt autem ex avaritia divi-
 19 tiae: ergo non sunt bonum. Non est, inquit, ve-
 rum, bonum ex malo non nasci. Ex sacrilegio enim et furto pecunia nascitur. itaque malum quidem est sacrilegium et furtum: sed ideo, quia plura mala facit, quam bona. Dat enim lucrum, sed cum metu, sollicitudine, tormentis et corporis et animi. Quis-
 quis hoc dicit, necesse est recipiat, sacrilegium sicut malum fit, quia multa mala facit, ita bonum quoque
 20 fieri portentosius potest? e Quamquam sacrilegium, furtum et adulterium inter bona haberi, prorsus persuasimus. Quam multi furto non erubescunt, quam multi adulterio gloriantur? nam sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. Adhuc nunc, quod sacrilegium, si omnino ex aliqua parte bonum est, etiam honestum erit, et recte factum vocabitur: nostra enim actio est. quod nullius mortalium cogita-
 tio

e. *Quamquam* e Gruteri emendatione, probata a Lipsi. et Gron., retinui. Antea: *Quam*, contra bonam latinam legebatur.

19. *Non est, inquit*] Peripateticus, cuius sectae bonum omne id placebat esse, quod utile fieri possit, quatenus boni viri eo utantur. Stob. p. 290.

20. *Quamquam — in triumphis feruntur.*] Hac occasione utitur noster, uti eius interdum est mos, exspatiandi cum ad carpendum saeculum suum, quippe cui iam sacrilegia, furta, adulteria inter bona essent,

tum ad philosophiam peripateticam occulte traducendam, uti pote quae omnes virtutis nervos frangendo, ut cum Cicerone loquar, talia probare videretur. *recte factum* *κατὸρθεμα*, rectum factum explicat Cic. Fin. III, 14. 18. De Off. I, 3. Stob. II, 7 p. 158. 180 i. e. officium perfectum, ut sapere, iuste agere, ideoque virtutum functiones. Tiedemann Syst. III, 299 sq.

tio recipit. ergo bona nasci ex malo non possunt. Nam si, ut dicitis, ob hoc unum sacrilegium malum 21 est, quia multum mali affert: si remiseris illi supplicia, si securitatem sponderis, ex toto bonum erit. Atqui maximum scelerum supplicium in ipsis est. Erras, inquam, si illa ad carnificem aut ad carcerem diuers. statim puniuntur quum facta sunt, immo dum fiunt. Non nascitur itaque ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea. ad semen nata respondent: bona degenerare non possunt. Quemadmodum ex turpi honestum 22 non nascitur, ita ne ex malo quidem bonum: nam idem est honestum et bonum. Quidam ex nostris aduersus hoc sic respondent: putemus pecuniam bonum esse undecunque sumtam, non tamen ideo ex sacrilegio pecunia est, etiamsi ex sacrilegio sumitur. Hoc sic intellige. In eadem urna et aurum est, et vipera. Si aurum ex urna sustuleris, quia illic et vipera est, non ideo mihi urna aurum dat, quia viperam habet, sed aurum dat, quum et viperam habeat. Eodem modo 23 ex sacrilegio lucrum fit: non qua turpe et sceleratum est sacrilegium, sed qua lucrum habet. quemadmodum in illa urna vipera malum est, non aurum quod cum vipera iacet: sic in sacrilegio malum est scelus, non lucrum. Quibus opponitur: Diffimillima utriusque rei conditio est. Illic aurum possum sine vipera tollere: hic lucrum sine sacrilegio facere non possum. lucrum istud non est appositum sceleri, sed immixtum. Quod 24 dum consequi volumus, in multa mala incidimus, id bonum

22. *Quidam*] Stoici, qui in Peripateticorum partem, ut Syncretistae quidam, inclinarent. Sicut aurum non recipit naturam viperæ, ita pecunia ex sacrilegio sumta natu-

ram sceleris non recipit, ideoque ut quaelibet pecunia usurpari potest et pro lucro haberi.

24. Hic syllogismus alio modo monstrat, fortuita ideoque et diuitias non esse bona: quia mala

bonum non est. dum divitias consequi volumus, in multa mala incidimus: ergo divitiae bonum non sunt. Duas, inquit, significationes habet propositio vestra. unam, dum divitias consequi volumus, in multa nos mala incidere: in multa autem mala incidimus et dum virtutem consequi volumus. Aliquis, dum navigat studii causa, naufragium fecit: aliquis captus
 25 est. Altera significatio talis est: Per quod in mala incidimus, id bonum non est. Huic propositioni non erit consequens, per divitias nos, aut per voluptates in mala incidere: aut si per divitias in multa mala incidimus, non tantum bonum divitiae non sunt, sed malum sunt. Vos autem illas dicitis tantum, bonum non esse. Praeterea, inquit, conceditis divitias habere aliquid usus: inter commoda illas numeratis. Atqui eadem ratione ne commodum quidem erunt: per
 26 illas enim multa nobis incommoda eveniunt. His quidam hoc respondent: Erratis, qui incommoda divitiis imputatis. Illae neminem laedunt. aut sua cuique nocet fructitia, aut aliena nequitia: sic, quemadmodum gladius, qui neminem occidit, occidentis telum est. Non ideo divitiae tibi nocent, si propter
 27 divitias tibi nocetur. Posidonius (ut ego existimo) meli-

mala secum habent non appo-
 sita, sed immixta, nec pure bona esse possunt: verbo, dignitati et naturae humanae adversantur. Propositio autem maior labefactatur, ideoque et minor, sed non idcirco Peripateticis assentiendum est. Etenim non de eo, quod interdum bona captans in mala incidere possis, sed quod semper in ea incidas, sermo fit. Quae de commodis moventur, meliora et firmio-

ra sunt. Haec *commoda*, εὐχρηστα, ut saepe iam vidimus, terminus technicus Stoeae sunt, quo aestimabilia designantur, quae neque per se bona neque mala sunt, at tamen aestimatione quadam digna, προημείνα, producta. cf. Ep. 66 argum. 67, 5. 74. 17 not. Sext. Empir. adv. Math II, 62 divitias iis adnumerat.

27. Posidonius] vid. not. ad Ep. 33, 3. facturos irritant.

melius, qui ait: divitias esse causam malorum, non quia ipsae faciant aliquid, sed quia facturos irritant. Alia est enim causa efficiens, quae protinus necesse est noceat: alia praecedens. hanc praecedentem causam divitiae habent. Inflant animos, superbiam pariunt, invidiam contrahunt, et usque eo mentem alienant, ut fama pecuniae nos, etiam nocitura, delectet. Bona autem omni carere culpa decet. pura ²⁸ sunt, non corrumpunt animos, non sollicitant: extollunt quidem et dilatant, sed sine tumore. Quae bona sunt, fiduciam faciunt: divitiae audaciam. Quae bona sunt, magnitudinem animi dant: divitiae insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia, quam species magnitudinis falsa. Isto modo, inquis, etiam malum sunt divitiae, non tantum bonum non sunt. Es- ²⁹ sent malum, si per se nocerent, si (ut dixi) haberent efficientem causam: nunc praecedentem habent, et quidem non irritantem tantum animos, sed attrahentem. Speciem enim boni ostendunt verisimilem, ac plerisque credibilem. Habet virtus quoque praecedentem ³⁰ causam, ad invidiam: multis enim propter sapientiam, multis propter iustitiam invidetur: sed nec ex se hanc causam habet, nec verisimilem. Contra enim verisimilior illa species hominum animis obiicitur a virtute, quae illos in amorem et admirationem vocet. Posidonius sic interrogandum ait: Quae neque magni- ³¹ tudinem animo dant, nec fiduciam, nec securitatem, non sunt bona: divitiae autem, et bona valetudo, et similia his, nihil horum faciunt: ergo non sunt bona. Hanc interrogationem magis etiam nunc hoc modo intendit: Quae neque magnitudinem animo dant, nec ³² fidu-

tant. Lipsius laudat Sophocli. *προηγγουμένην*, non prave comparaveris cum causa occasionali scholasticorum, s. impulsiva.

Antigon. 298 sqq. ed. Brunk.
Hanc causam praecedentem,

- fiduciam, nec securitatem, contra autem insolentiam, tumorem, arrogantiam creant, mala sunt: a fortuitis autem in haec impellimur: ergo non sunt bona. Hac, inquit, ratione ne commoda quidem ista erunt.
- 33 Alia est commodorum conditio, alia bonorum. Commodum est, quod plus usus habet quam molestiae: bonum, sincerum esse debet, et ab omni parte innoxium. Non est id bonum, quod plus prodest: sed quod tantum prodest. Propterea commodum et ad animalia pertinet, et ad imperfectos homines, et ad stultos. Itaque potest ei esse incommodum mixtum: sed commodum dicitur, a maiore sua parte aestimatum. Bonum ad unum sapientem pertinet, inviolatum esse oportet. Bonum animum habe. unus tibi nodus, sed
- 34 Herculaneus, restat. Ex malis bonum non fit: ex multis paupertatibus divitiae fiunt: ergo divitiae bonum non sunt. Hanc interrogationem nostri non agnoscunt. Peripatetici et fingunt illam, et solvunt. Ait autem Posidonius, hoc sophisma per omnes dialecticorum scholas iactatum, sic ab Antipatro refelli.
- 35 Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel (ut antiqui dixerunt) per orbationem: Graeci dicunt *κατὰ στέρησιν*. non quod habeat, dicitur,

33. *stultos*] opponit Stoa sapientibus, *τοὺς Φαύλους τοῖς σπουδαίοις*.

34. Hunc syllogismum Peripatetici invenerunt haud dubie propterea, ut irriderent Stoicos, et ut Dialecticos exagitarent. Etenim ipsi serio fingere eumque verum habere non poterant, ne conclusione vinebra sua ipsi caederent, quippe quos constat ex Aristotele, Sto-

baeo, al. divitias inter bona numerasse. *Ait autem* — *refelli*. Antipatrum itaque Seneca non legit, sed haec e Posidonio mutuatus est. Hic *Antipater* tarsensis celebris fuit stoicus, Diogenis babylonii discipulus, et Panaetii rhodii magister, vixit circa a. u. c. 600, Carneadis coaevus. Omnia eius scripta, quae multa fuisse, deperdita sunt. Cf. Fabricii *Bibl. Gr. Vol. III p. 537* sq. Harl.

tur, sed quod non habeat. Itaque ex multis inanibus nihil impleri potest: divitias multae res faciunt, non multae inopiae. Aliter quam debes, paupertatem intelligis. Paupertas est, non quae pauca possidet, sed 36 quae multa non possidet. Ita non ab eo dicitur quod habet, sed ab eo quod ei deest. Facilius quod volo exprimerem, si Latinum verbum esset, quo *ἀπορία* significatur. Hanc paupertati Antipater assignat. Ego non video, quid aliud sit paupertas, quam parvi possessio. De isto videbimus, si quando valde vacabit. 37 quae sit divitiarum, quae paupertatis substantia: sed tunc quoque considerabimus, numquid fatius sit paupertatem permulcere, divitiis demere supercilium, quam litigare de verbis, quasi iam de rebus iudicatum sit. Putemus nos ad concionem vocatos. Lex de abolen- 38 dis divitiis fertur: his interrogationibus suafuri aut dissuafuri sumus? his effecturi, ut populus Romanus paupertatem, fundamentum et causam imperii sui, requirat, ac laudet? divitias autem suas timeat? ut cogitet has se apud victos reperisse? Hinc ambitum, et largitiones, et tumultus, in urbem sanctissimam temperantissimamque irrupisse? nimis luxuriose ostentari gentium spolia? quod unus populus eripuerit omnibus, facilius uni ab omnibus eripi posse? Haec fatius est suadere, et expugnare affectus, non circumscribere. Si possumus, fortius loquamur: si minus, apertius.

EPISTOLA LXXXVIII.

De pretio, quod liberalibus studiis, Grammaticae, Musicae, Geometriae et Astronomiae statuendum sit, cum amico sententiam suam rogatus communicat. Iam quum meritoria sint, nec bonum virum efficiant, quod ne promittunt quidem, iis eatenus boni quid tribuit, quatenus praeparant ingenium, non detinent. Quam quidem sententiam per inductionem, quam vocamus, accuratius demonstrat, omnia haec studia docendo illud neque praestare,

stare, neque velle: quum partim professores harum artium sibi invicem repugnent, et plerumque inutilia quaerant, partim cupidinum nostrarum instrumenta fiant, partim quietem nostram turbent. Etiam si itaque studia liberalia nihil conferant virtuti, tamen expediunt, quatenus ingenium ad disquisitiones graviore praeparant. Hinc sequitur, ad philosophiam ea non pertinere, quippe quae scientia boni et mali sit, quum studia liberalia nihil nisi instrumenta haberi debeant. Quid, quod ipsa philosophia sine illis constare potest, quae quum curiositatem saepe inutilem moveant, animum detinent et ab iis abstrahunt, quae maxime scitu digna sunt. Sextus Empiricus πρὸς τοὺς μαθηματικούς (dogmaticos) eodem modo, quo Seneca, has artes oppugnavit.

Quaestionem, quam in hac epistola sibi tractandam sumisit Seneca, iam antiquioribus temporibus, quin aded a Socrate institutam accepimus, ut quem scimus subtiliores disquisitiones, atque ideo Astronomiam, et plurimam Mathematicas partem, nisi susque deque habuisse, tamen non commendasse, sed indifferenter tractasse. Cf. Xenoph. Memor. Socr. IV, 7, 7. Platon. Phaedon. c. 46 sq. Grammaticam autem neque tetigit, neque carpere potuit Socrates eiusque proximi affectae, quum saeculo demum Ptolemaeorum in numerum artium referri coepisset. Ceterum cum Antisthenem tum Diogenem sinopensem e Diog. Laert. VI, 103 sq. scimus disciplinas, Geometriam, Musicam, et similia repudiasse. Quam eandem sententiam et Aristo chius et Bion borysthenites sequuti sunt. cf. Philolog. Bibliothek II. p. 33 sq. Stoicorum autem sententia de his studiis ex hac sola epistola nobis innotuit, praeter unum locum Diog. Laert. VII, 32, ubi Cassius Scepticus Zenonem accusat, quod disciplinas liberales inutiles statuat in principio suae Reipublicae (τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν ἀχρηστον ἐποφαινεῖν). Quam tamen accusationem parum firmo fundamento nixam crediderim, quum nulla huius opinionis mentio apud ceteros antiquitatis auctores reperitur, nec congruat systemati stoico. Accedit, quod Chrysippus, quem in omnibus fere decretis Stoeae sequutum esse scimus Zenonem, contrarium praeferat, et tantum absit, ut studia liberalia repudiet, ut usum eorum defendat, teste Diog. Laert. VII, 129: εὐχρηστοῦν δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθημᾶτα φησὶν ὁ Χρυσίππος. Eandem sententiam iam diu ante Chryf. tuitus erat Pythagoras, (cf. Brucker Hist. er. Phil. III, p. 595.) Aristotel. vel.

Attigit quaestionem hanc de studiis liberalibus una cum altera, (Diog. Laert. VII, 41) utrum instrumenti aut partium loco in

Philosophia tractanda considerari debeant Logica, Ethica et Physica, Tiedemannus Syst. der Stoisch. Philos. I p. 12 sqq.: in qua tamen lite Stoicorum diiudicanda vir ille egregius iusto cupidus versatus est, quippe qui, quum ipse fateatur, disputationis huius argumenta perisse, nec sibi claram de ea observari notionem, parum tamen sese abesse pronuntiat, quin subtilitatibus coactis atque contortis, satis quippe frequentibus Stoeae, tribuendam arbitretur. Enimvero verosimile est, quum virtus summus finis sit Stoeae, ad quam contendendum sit sapientiae studiosis, Stoicos illud quaesivisse, materialiter an formaliter (ut nostris verbis utar) adhibendae sint illae disciplinae. Discimus hoc e Seneca, qui hac ep. init. ait: praeparant ingenium. Sententiam hanc sequutus est et defendit Zeno tarsensis.

Qui vero de artibus, quae apud Graecos florere, liberalibus, plura scire velit, is adeat Wowerii Polymathiam, et Ger. Io. Vossium de IV artibus popularibus etc.

Denique legi meretur et comparari Oratio sacra Zollikoseri de litterarum pretio, quae exstat in eius Oratt. sacr. über die Würde des Menschen, Lipsiae 1784 p. 249 sqq.

Harum litterarum peritis non mirum videbitur, hanc epistolam sub nomine libri de liberalibus studiis in codd. venire et propterea separatim inveniri. Factum hoc est cum ob argumentum tum ob diligentiam ab uno alterove Grammatico in eo insuntam, cuius quidem rei exempla sunt Horatii Ars poetica, Somnium Scipionis e Ciceronis libr. VI de Rep. desuntum atque separatim a Macrobio explicatum etc. Plurimi tamen Codd. epistolis assignant.

De liberalibus studiis quid sentiam, scire desideras. Nullum suspicio, nullum in bonis numero, quod ad aes exit. Meritoria artificia sunt, haecenus utilia, si prae-

De hac epistola monent Erasmus et Gruterus, non reperiri eam inter Epistolas in quibusdam Codd. mss., sed separatim. Sic Gruterus ipsam offendit in veteri Palatino cod., qui Declamationes Senecae patris continebat, tali cum titulo: L. Ann. Senecae liber de septem liberalibus artibus incipit feliciter: neque

1. *nullum — ad aes exit]* *terum mirari subit cum Lipsio,*
 i. *cui aes i. pecunia scopus,* *quod Muretus aliique viri docti*
finis summus actionis est. Ce- *ad hunc locum nodum in scirpo*
Vol. III. *H* *quae-*

praeparant ingenium, non detinent. Tamdiu enim istis immorandum est, quamdiu nihil animus lagere maius potest. rudimenta sunt nostra, non opera. Quare liberalia studia dicta sint vides, quia homine libero digna sunt. Ceterum unum studium vere liberale est, quod liberum facit, ^a hoc est sapientiae, sublimae, forte, magnanimum: cetera pusilla et puerilia sunt. An tu quidquam in istis esse credis boni, quorum professores turpissimos omnium ac flagitiosissimos cernis? Non discere debemus istas, sed didicisse. Quidam illud de liberalibus studiis quaerendum iudicaverunt, an virum bonum facerent. Ne promittunt quidem, nec huius rei scientiam affectant. Grammaticus circa curam sermonis versatur, et si latius evagari vult,

neque aliter insigniri ait a Palatin. quarto, qui ipsam posuit post libellum de Remediis foruitorum. Alii tamen codd. mss. non exemerunt Epistolarum numero. Nec dubitandum est, quin pro epistola haberi debeat.

a. hoc est. Sic omnes olim publicati et membranæ quatuor Gruteri. Muretus edidit: *hoc sapientiae studium est f.*

quaerant, quum omnia clara sint. Despicio, ait, omnes artes, quae mercedulam quaerant, i. *meritoriae* sint. Ceterum — magnanimum. Idem ad Helviam c. 16. L.

2. An tu quidquam — cernis?] Hoc iudicium iusto cupidius esse quivis intelligit: sed enim stoice dictum est. Nam quod bonum est, et bonos facit. Ep. 87, 10. Non — didicisse nos viri fenesve; sunt enim rudimenta, non opera. Ne promittunt — affectant specie eorum s. forma considerata, non materia quam tractant. Bonus vero *Grammaticus* a bono viro

recte distinguitur. Is enim exponit, quid litera, vocalis, syllaba rel. sit, tum docet discipulos, ut pure, emendate loquantur scribantve, tandem Criticam exercet. Distinguit itaque noster Grammaticum a magistris ludi, grammaticis, qui primas literas (legere, scribere, numerare) docebant. Cf. Gerh. Io. Vossius De Arte Grammat. I, 1, 5 ubi nostri quoque loci memor fuit, et Wolf. Prolegom. ad Homer. p. 231 fqq. Quintil. Inst. Or. I, 4 Gesn. egregie naturam Grammatices exponit et hanc artem laudat, quam noster hic deprimit.

vult, circa historias. Iam ut longissime fines suos proferat, circa carmina. Quid horum ad virtutem viam 3
sternit? Syllabarum enarratio, et verborum diligentia, et fabularum memoria, et versuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem fraenat? Ad geometriam transeamus, et ad musicam: nihil apud illas invenies, quod vetet timere, vetet cupere: quae quisquis ignorat, alia frustra scit. Videndum utrum doceant isti virtutem, an non. si non docent, nec tradunt quidem: si docent, philosophi sunt. Vis scire, quam non ad docendam virtutem 4
confederint? adspice quam dissimilia inter se omnium studia sint. atqui similitudo esset idem docentium. Nisi forte tibi Homerum philosophum fuisse persuadent, quum, his ipsis quibus colligunt, negent. Nam modo Stoicum illum faciunt, virtutem solam probantem, et voluptates refugientem, et ab honesto ne immortalitatis quidem pretio recedentem: modo Epicureum, laudantem statum quietae civitatis, et inter convivium cantusque vitam exigentis: modo Peripateticum, bonorum tria genera inducentem: modo Academicum,

H 2

micum,

3. *quae quisquis ignorat*] i. e. quomodo timere aut cupere desinat. Loquitur de musica tanquam philosophus stoic., qui etsi huic arti non abjudicet efficaciam in animum moresque hominum a veteribus toties celebratam (cf. Chabanon in Mém. de l'Acad. des Inscr. To. 46), tamen neque docere neque tradere virtutem contendit.

4. *Nisi forte tibi Homerum — negent.*] Ad hoc studium nugatorium spectant

scripta, quae Thom. Gale collegit, Heraclides pont., Plutarchi vita Homeri, Sallustius, Cornutus rel. cf. Fabricii Bibl. graec. Vol. I p. 542 fqq. et Wolfii Prolegom. ad Hom. p. 164 fqq. *ne immortalitatis quidem* — quam Calypso Vlyssi pollicebatur, Odyss. 1, 209. *Epicureum* Il. σ, 491 sq. *Peripateticum, bonorum tria genera* animi, corporis, externa tertia, Cic. Tusc. I, 30. Haec Homerum iam Il. ω, 376 sq. attigisse nugabantur.

5 micum, incerta omnia dicentem. Apparet nihil horum esse in illo, cui omnia insunt: ista enim inter se diffident. Demus illis, Homerum philosophum fuisse, nempe sapiens factus est, antequam carmina ulla cognosceret: ergo illa discamus, quae Homerum fecere sapientem. Hoc quidem me quaerere, utrum maior aetate fuerit Homerus an Hesiodus, non magis ad rem pertinet, quam scire an minor Hecuba fuerit, quam
6 Helena, et quare tam male tulerit aetatem. Quid, inquam, annos Patrocli et Achillis inquirere, ad rem existimas pertinere? Quaeris, Vlysses ubi erraverit, potius, quam efficias, ne nos semper erremus? Non vacat audire, utrum inter Italiam et Siciliam iactatus sit, an extra notum nobis orbem: neque enim potuit
7 in tam angusto error esse tam longus. Tempestates animi nos quotidie iactant, et nequitia in omnia Vlyffis mala impellit: non deest forma quae sollicitet oculos, non hostis: hinc monstra effera, et humano cruore gaudentia: hinc insidiosa blandimenta aurium: hinc naufragia, et tot varietates malorum. Hoc me doce, quomodo patriam amem, quomodo uxorem, quo-

5. *nempe sapiens* — *cognosceret*] i. e. manifeste iam sapiens factus est, antequam carmina pangendi facultatem haberet. Sequentes quaestiones viros doctos antiquitatis, Grammaticos praesertim, egregie vexarunt: in quibus prior potissima est. cf. Fabric. Bibl. Gr. I. p. 567 sq. Ceterum notum est, haec et talia a Grammaticis in libris, quos ἀπορήματα, προβλήματα etc. inscripserunt, esse tractata. Cf. Wolf. I. l. p. 195 sq. Idem vero iudicium,

quod noster affert, sectati sunt Diogenes sinop. ap. Diog. Laert. VI, 27, (τοὺς τε Γραμματικούς εἰθαύμαζε, τὰ μὲν τοῦ Ὀδυσσεύος πᾶν ἀναζητούντας, τὰ δὲ ἴδια ἀγνοούντας) et Bion borysthen. ap. Stob. Serm. IV p. 118 Schow.

6. *Non vacat audire* — *longus*.] Aristarchus illam sententiam, Crates mallotes hanc sequebatur et tuebatur. Cf. Aul. Gell. XIV, 6.

7. *Eaedem caussae*, quae Vlyffis tot tantaque mala creantur,

quomodo patrem, quomodo ad haec tam honesta vel naufragus navigem. Quid inquiris, an Penelopa impudica fuerit, an verba seculo suo dederit, an Vlysssem illum esse quem videbat, antequam sciret, suspicata sit? Doce me, quid sit pudicitia, et quantum in ea bonum: in corpore, an in animo posita sit. Ad musicum transeo. Doces me, quomodo inter se acutae ac graves voces consonent, quomodo nervorum disparum reddentium sonum fiat concordia. Fac potius, quomodo animus secum meus consonet, nec consilia mea discrepent. Monstras mihi, qui sint modi flebiles. monstra potius, quomodo inter adversa non emittam flebilem vocem. Metiri me geometres docet latifundia. potius doceat, quomodo metiar quantum homini fit satis. Numerare docet me arithmetica, et avaritiae commodare digitos. potius doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes. non esse feliciorum, cuius patrimonium tabularios lassat: immo quam supervacua

H 3

possi-

runt, ut scelus (*ἀτασθαλία*) fociorum in macrandis Solis bobus, Circe, Sirenes, Polyphemus etc. allegorice sumtae more stoico, et nos vexant. *Quid inquiris — suspicata sit.* Vides hic quaedam problemata e commentariis Criticorum veterum in Homeri Odysseam, satis nugatoria. Lipsius quidem ait: bis idem quaerit, ideoque an verba *s. s. d.* legere mavult: sed sunt diversae sententiae. Nam non opus erat, ut impudica esset, si procos falleret.

8. *Doce me — posita sit.*] Livius I, 58 hinc Lucretiam

vitiatam loquentem induxit: Ceterum corpus est tantum vitiatum, animus infons: et amicos eam consolantes: mentem peccare, non corpus. Lipsius laudat Augustin. de Civ. Dei I, 17 et 18. *Fac potius — discrepent.* Diogenis sin. hoc est ap. Diog. Laert. l. l. τούς μουσικούς τὰς μὲν ἐν τῇ λύρα χορδὰς ἀρμόττεσθαι, ἀνέρμοστα δὲ ἔχειν τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη.

9. *tabularios lassat*] qui tabulis accepti et expenli, vectigalium et opum praecerant, quos calculatores, ἀριθμητὰς nomines. Sic fere P. Faber

ad

possideat: qui infelicissimus futurus est, si quantum habeat, per se computare cogatur. Quid mihi prodest, scire agellum in partes dividere, si nescio cum fratre
 10 dividere? Quid prodest colligere subtiliter pedes iugeri, et comprehendere etiam si quid decempedam effugit, si tristem me facit vicinus potens, et aliquid ex meo abradens? Doces me, quomodo nihil perdam ex finibus meis? at ego discere volo, quomodo totos hilaris amittam. Paterno agro, inquit, et avito expellor. Quid? ante avum tuum quis istum agrum tenuit? Cuius, non dico hominis, sed populi fuerit,
 11 expedire potes? Non dominus isto, sed colonus intrasti. Cuius colonus es? si bene tecum agitur, heredis. Negant iurisconsulti quidquam usucapi, quod publicum est: publicum est hoc quod tenes, et quidem generis humani. O egregiam artem! scis rotunda metiri: in quadratum redigis quamcunque acceperis formam. intervalla fiderum dicis: nihil est quod in mensuram tuam non cadat. Si artifex es, metire hominis animum. dic quam magnus sit, dic quam pusillus sit. Scis quae recta sit linea: quid tibi prodest, si,
 12 quid in vita rectum sit, ignoras? Venio nunc ad illum qui coelestium notitia gloriatur,

Frigi-

ad L. 92 ff. de regul. Iur. Alii interpretantur: qui inventarium scribunt. Cf. R. Stephano - Gesner. Thesaur. h. v.

11. *Negant iurisconsulti — publicum est*] Recte iurisconsultos nosse in partes suas vocat, quippe quibus constat Stoicorum decreta et principia in deliciis fuisse. Quum enim hi veluti regnum quoddam generis humani vel universalem om-

nium deorum hominumque rempublicam statuerent, consequens erat, ut et Iureconsulti bona s. publica s. communia dupliciter acciperent, nonnullaque omni iure, alia tantum iure gentium communia appellarent, quae tamen ex iure civili Romanorum essent in Reip. dominio, neque a quocquam *usucapi*, acquiri possent. Cf. Gerard. Noodt Probabil. I, 8 p. 21 sqq.

*Frigida Saturni quo sese stella recepit,
Quos ignis coeli Cyllenius erret in orbes.*

Hoc scire quid proderit? ut sollicitus sim, quum Saturnus et Mars ex contrario stabunt, aut quum Mercurius vespertinum faciet occasum vidente Saturno? Potius hoc discam, ubicunque sunt ista, propitia esse, non posse mutari. Agit illa continuus ordo factorum 13 et inevitabilis cursus: per statas vices remeant. Effectus rerum omnium aut movent, aut notant. Sed siue quidquid evenit faciunt, quid immutabilis rei notitia proficiet? siue significant, quid refert providere, quod effugere non possis? Scias ista, nescias, sient.

*Si vero solem rapidum stellasque sequentes
Ordine respicias, nunquam te crastina fallat
Hora, nec insidiis noctis capiere serena.*

Satis abundeque provisum est, ut ab insidiis tutus 14 essem. Numquid me crastina non fallit hora? fallit enim, quod nescienti evenit. Ego, quid futurum sit, nescio: quid fieri possit, scio. Ex hoc nihil desperabo: totum exspecto. Si quid remittitur, boni confulo. Fallit me hora, si parcit: sed ne sic quidem fallit. Nam quemadmodum scio omnia accidere posse, sic scio et, non utique casura. Vtique secunda exspecto: malis paratus sum. — In illo feras me necesse 15 est non per praescriptum euntem. Non enim adducor,

H 4

ut

12. Versus Virgilio Ge. I, 336. 424 sq. Quum omnia sidera partes Iovis esse dicerent Stoici, vitam sideribus atque rationales animas tribuebant, quin ea pro diis habebant divinatione praeditis, fato tamen

subditis. Cf. Lipsii Manuduct. in Physiol. stoic. II, 14 ubi Senecae de hac re loca collecta sunt. Tiedemann II p. 115. 129 sq. 136 sq.

15. In illo — euntem] i. e. non numerantem artes liberales ut

ut in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis, quam statuarios, aut marmorarios, aut ceteros luxuriae ministros. Aequae luctatores, et totam oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus: aut et unguentarios recipiam, et cocos, et ceteros voluptatibus nostris ingenia accommodantes sua. Quid enim, oro te, liberale habent isti ieiuni vomitores, quorum corpora in sagina, ani-
 16 mi in macie et veterno sunt? An liberale studium istud esse iuventuti nostrae credimus, quam maiores nostri rectam exercuerunt, hastilia iacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare? Nihil liberos suos docebant, quod discendum esset iacentibus. Sed nec hae nec illae docent, aluntve virtutem. Quid enim prodest equum regere, et cursum eius fraeno temperare, affectibus effraenatissimis abstrahi? Quid prodest multos vincere luctatione vel caestu, ab ira-
 17 cundia vinci? — Quid ergo? nihil liberalia nobis conferunt studia? Ad alia multum, ad virtutem nihil. Nam et hae viles ex professo artes, quae manu confiant, ad instrumenta vitae plurimum conferunt, tamen ad virtutem non pertinent. Quare ergo liberalibus studiis

ut vulgo. Nam et pictores al. in hunc numerum plerumque referebantur. Plin. N. H. XXXV, 10. *oleo ac luto constantem scientiam* i. athleticam. cf. ad Ep. LV, 1. *Quid enim, oro te — sunt?* Omnes hi artifices nullam utilitatem habent, quum tantum voluptatibus interserviant, et gulae famulis, qui crapula graves et mane ieiuni vomunt, ut edere atque potare possint. Lipsius conferri iubet Ep. 122. Cic. de Off. I, 42 eandem sen-

tentiam habet. Vulgarem autem hunc morem fuisse iam Ciceronis tempore, ut post coenam ad vomitum irent convivae et cibo alvum exonerarent, ne largius sumtus noceret, videre licet e Cic. Orat. pro Deiot. c. 7. et Celso I, 3. Afotos vocat eos Cic. fin. II, 8. Sed mox succrevit illa nequitia, ut vel ieiuni vomerent, quam noster saepius carpit, v. c. ad Helv. 9, 10. *Mox rectam* i. e. non iacentes.

studiis filios erudimus? Non quia virtutem dare possunt, sed quia animum ad accipiendam virtutem praeparant. Quemadmodum prima illa, ut antiqui vocabant, literaturâ, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox praecipendis locum parat: sic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, sed expediunt. Quatuor ait esse Posidonius artium genera. Sunt vulgares et fordidae, sunt ludicrae, sunt pueriles, sunt liberales. Vulgares opificum, quae manu constant, et ad instruendam vitam occupatae sunt: in quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est. Ludicrae sunt, quae ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, et tabulata tacite in sublime crescentia, et alias ex inopinato varietates, aut dehiscensibus quae cohaerebant, aut his quae distabant, sua sponte coeuntibus,

H 5

aut

18. *Quemadmodum prima illa — traduntur*] Sic Cic. Partit. 7: illa constat ex notis litterarum, et ex eo, in quo imprimantur illae notae (*elementa*). Postea tamen sic grammatice vocabatur nostra, secundum Senecam et Quintil. Inst. or. II, 1 et 14. *Posidonius*, Ciceronis ille celebris aequalis, tradidisse haec videri potest in libro *περὶ παιδαγωγῶν*. *Vulgares — est*. Sellulariae artes sunt, quarum opifices *βάνυσοι, χειρῶνακτες, χειροτέχναι*. De iis et Cic. de Off. I, 42 ait: illiberales autem et fordidi quaestus mercenariorum omnium, quorum operae, non quorum artes emun-

tur. Nec aliter de iis senserat Xenoph. Oecon. IV, 2. Memor. Socr. II, 7. Aristoteles Rep. VII, 9. VIII, 1 et 2. Tantummodo apud Corinthios erant in aestimatione quadam, Herodot. II, 167. Causa autem huius contemptus continebatur praecipua studio belli, et aestimatione summa earum virtutum, quae eo spectarent. Sed conf. Garve ad Cicer. de Off. I p. 278 sqq.

19. *pegmata*] *πήγματα*, machinae lignae et plicatiles et confixiles in ludis scenicis adhiberi apud Romanos solitae, quae tam artificiose confectae erant, ut, ubi impositi erant Dii et heroes, ac, quum pantomi-

aut his quae eminebant, paulatim in se residentibus. His imperitorum feriuntur oculi, omnia subita (quia
 20 cauffas non novere) mirantium. Pueriles sunt, et aliquid habentes liberalibus simile, hae artes quas *ἐγκουκλίους* Graeci, nostri liberales vocant. Solae autem liberales sunt, immo (ut dicam verius) liberae, quibus curae virtus est. Quemadmodum, inquit, est animi aliqua pars philosophiae naturalis, est aliqua moralis, est aliqua rationalis, sic et haec quoque liberalium artium turba locum sibi in philosophia vindicat. Quum
 21 ventum est ad naturales quaestiones, geometriae testimonio statur. Ergo eius quam adiuvat, pars est? multa adiuvant nos, nec ideo partes nostrae sunt: immo si partes essent, non adiuverent. Cibus adiutorium corporis, nec tamen pars est. Aliquid nobis praestat geometriae ministerium. Sic philosophiae necessaria est, quomodo ipsi faber: sed nec hic geometriae pars est, nec illa philosophiae. Praeterea, utraque fines suos habet. sapiens enim cauffas naturalium et
 22 quae rit et novit, quorum numeros mensurasque geometres persequitur et supputat. Qua ratione constant coelestia, quae illis fit vis, quaeve natura, sapiens scit: cursus et recursus et observationes, per quas descen-

tomimis unice delectarentur Romani, citharoedi etiam et tibicines, mimorum saltationibus accincentes (Phaedri fab. V, 7), cauffis latentibus tolli aut deprimi, maiores minoresve fieri, atque incredibili celeritate dissolvi possent in alias subinde formas transeuntes. Tale pegma erat Theatrum, quod Curio exstrui iussit. Plin. XXXVI, 15. Cf. Lipsius de Amphitheatro c. 22.

20. *Pueriles — vocant.*]

Grammaticae i. e. ars legendi et scribendi, gymnasticae, musica, ars delineandi. Cf. Aristot. de Rep. VIII, 3: artes populares alias vocatae, de quibus Ger. Io. Vossius egregie exposuit. Circa a. 70 scholae harum artium publicae Athenis aperiri coeperunt. Cf. post Desid. Heraldi Obs. ad Ius att. et rom. VII p. 608. Böttiger in prolusione: quid sit docere fabulam p. 10. 11.

descendunt et allevantur, ac speciem interdum stantium praebent, quum coelestibus stare non liceat, colligit mathematicus. Quae causa in speculo imagines exprimat, scit sapiens: illud tibi geometer potest dicere, quantum abesse debeat corpus ab imagine, et qualis forma speculi, quales imagines reddat. Magnum esse 23 solem philosophus probabit: quantus sit, mathematicus, qui usu quodam et exercitatione procedit: sed ut procedat, impetranda illi quaedam principia sunt. Non est autem ars sui iuris, cui precarium fundamentum est. Philosophia nil ab alio petit, totum opus a solo excitat. Mathematica (ut ita dicam) superficialia est, in alieno aedificat, aliena accipit principia, quorum beneficio ad ulteriora perveniat: si per se iret ad verum, si totius mundi naturam posset comprehendere, dicerem multum collaturam mentibus nostris, quae tractatu coelestium crescunt, trahuntque aliquid ex illo. Vna re consummatur animus, scientia bonorum ac malorum 24 immutabili, quae soli philosophiae competit. Nulla autem ars alia de bonis ac malis quaerit. Singulas lubet circumire virtutes. Fortitudo contemtrix timendorum est: terribilia, et sub iugum libertatem nostram mittentia, despicit, provocat, frangit: numquid ergo hanc liberalia studia corroborant? Fides 25 sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessi-

b. *lubet* recepi ex con. Mureti ingeniosa, ipso sermonis usu Senecae familiari et nexu sententiae poscente. Antea: *babet*.

22. Cf. Lipsii Physiol. stoic. II, 13 sqq. *Quae causa in speculo — reddat.* Cf. Senecae Nat. Qu. I, 4 sqq.

23. *totum opus a solo excitat* ab ipso fundamentis, et multis aliis subsidiis ab usu quodam et exercitatione desumptis: nostri dicerent, a priori.

24. Non illas quatuor cardinales Stoaec virtutes percentet: quod ut faceret, nihil cogebar, sed pro lubitu nonnullas, et eas praestantiores afferre attinebat.

cessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur praemio. „Vre, inquit, caede, occide, non prodam: sed quo magis secreta quaeret dolor, hoc illa altius condam.“ numquid liberalia studia hos animos facere possunt? Temperantia voluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias dispensat, et ad sanum modum redigit, nec unquam ad illas propter ipsas venit. Scit optimum esse modum cupitorum, non quantum velis, 26 sed quantum debeas, fumere. Humanitas vetat superbum esse adversus socios, vetat avarum: verbis, rebus, affectibus comem se, facilemque omnibus praefat: nullum alienum malum putat, bonum autem suum id maxime, quod alicui bono futurum est, amat. numquid liberalia studia hos mores praecipunt? non magis quam simplicitatem, quam modestiam ac moderationem: non magis quam frugalitatem, ac parsimoniam: non magis quam clementiam, quae alieno sanguini tanquam suo parcat, et scit homini non esse ho-

27 mine prodige utendum. Quum dicatis, inquit, sine liberalibus studiis ad virtutem non perveniri, quemadmodum negatis illa nil conferre virtuti? Quia nec sine cibo ad virtutem pervenitur, cibus tamen ad virtutem non pertinet. Ligna nihil navi conferunt, quamvis non fiat navis sine lignis. Non est, inquam, cur aliquid putes eius adiutorio fieri, sine quo non potest fieri. Potest quidem etiam illud dici, sine liberalibus studiis veniri ad sapientiam posse: quamvis enim vir-

28 tus discenda sit, tamen non per haec discitur. Quid est autem, quare existimem, non futurum sapientem eum qui literas nescit, quum sapientia non sit in literis? Res tradit, non verba: et nescio an certior memoria

28. *certior memoria*] Ideo non fas esse existimabant, verus et carmina, quae ediscerent, lite-

moria fit, quae nullum extra se subsidium habet. Magna et spatiosa res est, sapientia: vacuo illi loco opus est: de divinis humanisque discendum est: de praeteritis, de futuris, de caducis, de aeternis, de tempore: de quo uno vide quam multa quaerantur. Pri-²⁹ mum, an per se fit aliquid: deinde, an aliquid ante tempus fit: si tempus cum mundo coepit, an et ante mundum, quia fuerit aliquid, fuerit et tempus. Innumerabiles quaestiones sunt de animo tantum: unde fit, qualis fit, quando esse incipiat, quamdiu fit: an aliunde alio transeat, et domicilium mutet, ad alias animalium formas aliasque coniectus: an non amplius quam semel seruiat; et emissus vagetur in toto: ³⁰ utrum corpus fit, an non fit: quid fit facturus, quum per nos aliquid facere desierit: quomodo libertate sua usus, quum ex hac effugerit cavea: an obliviscatur priorum, et illic nosse se incipiat, postquam de corpore abductus in sublime secessit. Quamcunque partem rerum humanarum divinarumque comprehenderit, ingenti copia quaerendorum ac discendorum fatigaberis. Haec tam multa, tam magna, ut habere possint libe-³¹ rum hospitium, supervacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has angustias virtus. laxum spatium res magna desiderat. expellantur omnia: totum pectus illi

literis mandare: quod Caesari etiam eam ob causam instituisse videntur, quod nolint eos, qui discunt, literis confisos, minus memoriae studere: quod fere plerisque accidit, adiungit Caesar, ut praesidio literarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. Spectat huc observatio, quam Plato in Phaedro To. X. p. 380 sq. bip. Thamo Aegyptiorum regi tri-

buit: literarum usum propter recordationis negligentiam, oblivionem in animo discantium parere, quippe quos externis literarum monumentis confisos res ipsas animo non revolvere.

29. De his quaestionibus multus est Lipsius in Physiolog. stoic. II, 24. III, 8 etc., quae omnia hic exponere brevitatis nostra non permittit.

illi vacet. At enim delectat artium notitia multarum. Tantum itaque ex illis retineamus, quantum est necessarium. An tu existimas reprehendum, qui supervacua usu sibi comparat, et pretiosarum rerum pompam in domo explicat? non putas eum, qui occupatus est in supervacua literarum suppellectile? Plus scire
 32 velle quam sit fatis, intemperantiae genus est. Quid, quod ista liberalium artium confectatio molestos, verbosos, intempestivos, sibi placentes facit, et ideo non discentes necessaria, quia supervacua didicerunt? Quatuor millia librorum Didymus grammaticus scripsit: miser, si tam multa supervacua legisset. In his libris de patria Homeri quaeritur, in his de Aeneae matre vera: in his, libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit: in his, an Sappho publica fuerit: et alia, quae
 33 erant dediscenda, si scires. I nunc, et longam esse vitam nega! Sed ad nostros quoque quum perveneris, ostendam multa securibus recidenda. Magno impendio temporum, magna alienarum aurium molestia, laudatio haec constat: O hominem literatum! Simus hoc titulo rusticiore contenti: O virum bonum! Itane est? annales evolvam omnium gentium, et quis primus carmina scripserit, quaeram? quantum temporis inter Orpheam interfit et Homerum, quum fastos non
 habe-

32. *Didymus*] alexandrinus, grammaticus Aristarcheus, χαλκέντερος, ferreis visceribus, ab assiduitate indefatigabili appellatus, qui sub Augusto Imper. floruit et multos tum poetas, inprimis Homerum, tum prosaicos auctores graecos commentariis illustravit. Deme-
 trius troezen. ap. Athen. IV p. 139 al. computant 3500 ab eo

scriptos libros. Cf. Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. p. 386 sqq. Harl. Etsi sequentes quaestiones supervacaneae videbantur Senecae, nobis tamen, quibus fatum tot tantaque antiquitatis monimenta invidit, haud una ex causa perquam utilia forent. De *Anacreonte* cf. Fabric. B. G. II p. 91 sq. De *Sappho* ibid. p. 137 sq.

habeam, computabo, et Aristarchi notas, quibus aliena carmina compunxit, recognoscam, et aetatem in syllabis conteram? Itane in geometriae pulvere haerebo? Adeo mihi praeceptum illud salutare excidit: **Tempori parce? Haec sciam? et quid ignorem?** Appion grammaticus, qui sub C. Caesare tota circumlatus est Graecia, et in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus, aiebat: Homerum utrâque materiâ consummatâ, et Odyssæa, et Iliade, principium adiecisse operi suo, quo bellum Troianum complexus est. Huius rei argumentum afferebat, quod duas literas in primo versu posuisset ex industria, librorum suorum **nume-**

c. *et quid ignorem?* nihil potest melius dari veteri lectione: quam tamen neque Muretus neque Lipsius ceperant, Gronovius optime explicuit. cf. not. Mox *circumlatus* omnium fere Codd. et Edd. lectio est. At *circulatus* Lipsius in optimo suo libro invenit et probat: cuius sententiae etiam accessit Ger. Io. Vossius de Histor. Gr. II p. 190. Praefero tamen vulgata: non enim carpendi, sed laudandi potius causa haec dicta sunt.

33. *Aristarchi — recognoscam*] More illius aetatis: fuere enim, qui in rationes, quibus ductus Aristarchus versus, quos Homeri aliorumque poetarum non esse iudicaret, obelo confixisset s. pro alienis spurisive declarasset, inquirerent, e. c. Didymus, Appion etc.

34. *Haec sciam? et quid ignorem?*] Haec scilicet necesse est me discere! et quid igitur possem ignorare? omnia scire hominem, est ἀδυνάτων. sunt igitur quaedam, quae nescire licet. Ex talibus vel maxime ista duco; quae si scire me oportet, nescio profecto, quid tan-

dem sit, quod mihi liceat nescire. Gronov. *Appion*, alexandrinus, qui ut accusaret Iudaeos, Romam ad *Caicum* Caligulam Imperat. mittebatur contra Philonem. Multa scripsit, et ad illustrandos poetas, e. c. Homerum, unde et *in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus* i. alter Homerus cognominabatur, et historica, e. c. librum adversus Iudaeos, cui Flavius Iosephus respondit. Cf. Ger. Io. Vossius de Histor. Gr. II p. 190 sq.

35. *Huius rei argumentum afferebat, quod duas literas*] sc. M et H in prima Iliadis voce

numerum continentes. Talia sciat oportet, qui multa vult scire. ^dNon vis cogitare, quantum temporis tibi auferat mala valetudo, quantum occupatio publica, quantum occupatio privata, quantum occupatio quotidiana, quantum somnus. metire aetatem tuam: tam
 36 multa non capit. De liberalibus studiis loquor: philosophi quantum habent supervacui? quantum ab usu recedentis? Ipsi quoque ad syllabarum distinctiones, et coniunctionum ac praepositionum proprietates descenderunt, et invidere grammaticis, invidere geometricis. Quidquid in illorum artibus supervacuum erat, transfutere in suam. Sic effectum est, ut diligentius scirent loqui, quam vivere. Audi, quantum mali faciat nimia
 37 subtilitas, et quam infesta veritati sit. Protagoras ait, de omni re in utramque partem disputari posse, ex aequo. et de hac ipsa, an omnis res in utramque partem disputabilis sit. Nausiphanes ait, ex his quae videntur esse, nihil magis esse, quam non esse. Parmeni-

d. *Non vis cogitare.* Sic optime unus Grut. quum antea in edd. esset, *noli cogitare*; ap. Muretum, *nunc cogita*: Pintianus ex veteri lectione scribat litera minore, ut cohaereat superioribus: *non cogitare.*

voce MHNIN, quae signant 48. Lipsius, qui similes nugae affert ex Plutarch. Quaest. conviv. IX, 3.

36. *Ipsi — geometricis*] e. c. Plato, Aristoteles, Stoici.

37. *Protagoras — sit.*] Haec et sequentia bene pertractavit Lipsius in Manud. ad Physiol. stoic. II, 4. Tiedemann Geist der specul. Philos. I p. 35 r sqq. De *Nausiphane*, Pyrrhonis discipulo et Epicuri magistro, vid. Diog. Laert. IX,

69 ibiq. Menagium. De *Parmenide* cf. Tiedemanni Geist d. s. Phil. I, 170 sq. De *Zenone Eleate* ib. I, 297. De *scepticis* hic sermonem esse cuique patet, qui etsi sectam nullam proprie constituere possent, reiecta quippe omni auctoritate conditoris systematis cuiuscunque, scholas tamen quasdam formarunt a nostro nominatas. Convenisse autem constat in hisce fere: etsi notiones consensu nostro sint comprobandae,

menides ait, ex his quae videntur, nihil esse nisi universum. Zenon Eleates omnia negotia de negotio deiecit: ait nihil esse. Circa eadem fere Pyrrhonii versantur, et Megarici; et Eretrici; et Academici, qui novam duxerunt scientiam, nihil scire. Haec omnia 38 in illum supervacuum studiorum liberalium gregem conice. Illi mihi non profuturam scientiam tradunt, hi spem omnis scientiae eripiunt: satius est supervacua scire, quam nihil. Illi non praeferunt lumen, per quod acies dirigatur ad verum: hi oculos mihi effodiunt. Si Protagorae credo, nihil in rerum natura est, nisi dubium: si Nausiphani, hoc unum certum est, nihil esse certi: si Parmenidi, nihil est praeter unum: si Zenoni, ne unum quidem. Quid ergo nos 39 sumus? quid ista quae nos circumstant, alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est, aut inanis, aut fallax. Non facile dixerim, utrum magis irascar illis, qui nos nihil scire voluerunt: an illis, qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, nihil scire.

e. *nisi universum.* Sequor Groni. coniecturam. Mox enim §. 38 habes: *si Parmenidi nihil est praeter unum.* Senferat autem το πᾶν ἐν εἰναι, quod propemodum ipse docet Seneca Ep. 95, 40: *omne hoc quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt, unum est.* Cf. Plut. adv. Colot. Vol. II. p. 1114. D. Fréf. Tiedemann Geist der spek. Phil. I p. 190 sq. et Fragmenta Parmenidis coll. et illustr. a Fülleborn (1795, Züllichaviæ.) p. 60 sq. Antea: *in universum*; ap. Muretum al.: *in universo* ap. Erasim. et in codd. Grut.

dae, nulla tamen causa satis sufficiens est, qua perducamur ad earum obiectivam; quam vocant; Veritatem agnoscen-

dam. Cf. Christi. Weissii commentatio de Scepticismi causis atque natura. Lipsiae 1801:

EPISTOLA LXXXIX.

Roganti amico, ut discrimen explicet Philosophiæ et Sapientiæ, ita illud statuit, ut sit illa studium virtutis, hæc illius effectus et præmium. Illius quidem tres partes, moralem, naturalem et rationalem constitui affert, ab aliis aliter. Senecæ tripartitam esse placet: quarum quamque rursus dividit; moralem in tres, naturalem in duas, rationalem s. Logicam in Dialecticam et Rhetoricam. Quæ omnia quamquam suadet ut legat amicus, tamen monet, ut ad mores et suos et publicos emendandos omnibus utatur atque divitiarum luxusque cupidissimos castiget.

Iam etsi accuratis et subtilioribus Philosophiæ cultoribus noster vix satisfecisse videri debeat, quandoquidem principia divisionis non satis subtiliter posuerit deduxeritque, tamen conspectum haudquaquam contemnendum dedit, nec quidquam aliud daturum sese professus est. Atque si qui sint qui multa in hac divisione omisisse eum queantur, ii cogitent quæso, ea omnia haudquaquam latuisse nostrum, veteresque philosophos, sed non sub iis eos titulis posuisse, quibus nostri ea assignare solent. Sic leges cogitandi in loco qui erat de animo tractaverunt.

Cf. Tiedemanni System der stoisch. Philos. I p. 1 sqq. et amicissimum Bühlum in Commentatt. Soc. Reg. Gotting. To. XI. p. 254 sqq.

Rem utilem desideras, et ad sapientiam properanti utique necessariam, dividi philosophiani, et ingens corpus eius in membra disponi. Facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur. Vtinam quemadmodum universi mundi facies in conspectum venit, ita philosophia tota nobis posset occurrere; fimillimum mundo spectaculum! Profecto enim omnes mortales in admirationem sui raperet, relictis his quæ
nunc

1. Profecto enim — credimus.] Conferri videtur Philosophiæ laus a Cic. Tusc. Disp. V, 2 celebrata: ob oculos ei forsitan fuerint illa Platonis in Phædro To. X p. 329 bip. ἡ Φρόνησις οὐχ ἑρᾶται δει-

νοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἰ τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐνεργὲς εἶδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἴον. Quæ verba Cic. de Off. I, 5, 1. et de fin. II, 16 respexit et expressit.

nunc magna, magnorum ignorantia, credimus. Sed quia contingere hoc non potest, sic erit a nobis adspicienda, quemadmodum mundi secreta cernuntur. Sapientis quidem animus totam molem eius amplectitur, nec minus illam velociter obit, quam coelum acies nostra: nobis autem, quibus perumpenda caligo est, et quorum visus in proximo deficit, singula quaeque ostendi facilius possunt; universi nondum capacibus. Faciam ergo quod exigit, et philosophiam in partes, non in frustra, dividam. Dividi enim illam, non concidi, utile est. nam comprehendere, quemadmodum maxima, ita minima, difficile est. Describitur in tribus populis, in centurias exercitus. Quidquid in maius crevit, facilius agnoscitur, si discessit in partes: quas, ut dixi, innumerabiles esse, et parvas, non oportet. Idem enim vitii habet nimia, quod nulla divisio: simile confuso est, quidquid usque in pulverem sectum est. Primum itaque, sicut videtur, tibi dicam, inter sapientiam et philosophiam quid intersit. Sapientia perfectum bonum est mentis humanae: philosophia sapientiae amor est et affectatio. Haec ostendit, quod

I 2

illa

3. Primum itaque — interfit.] Eam ob causam haec distinctio affertur, quod aliter visum erat Platoni e. c. in Euthydemo To. III p. 46 bip. philosophia est acquisitio sapientiae; quum esse debeat quaestio studiumque. De Rep. V p. 57 Vol. VII bip. appellat philosophos τούς τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονας; item Aristoteli Metaphys. II, 1 (modo hic liber pro sincero haberi debeat) scientia veritatis (ὁρθῶς δὲ εἶχει, καὶ τὸ καλέσαι τὴν

Φιλοσοφίαν ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας θεωρητικὴν). Cicero tamen: nec quidquam aliud est Philosophia praeter studium sapientiae. Cf. Lipsii *Manud.* ad stoic. philos. II, 4. *Philosophia unde — fatetur.* Cic. de Legg. I, 21: Ita fit, ut mater omnium bonarum artium sapientia sit: a cuius amore graeco verbo Philosophia nomen invenit rel. Pythagorae vero inventum esse hoc nomen constat ex Pontico Heraclide apud Cicero: Tusci V, 31

illa pervenit. Philosophia unde dicta sit, apparet:
 4 ipso enim nomine fatetur. Quidam sapientiam ita finierunt, ut dicerent eam divinorum et humanorum scientiam. Quidam ita: Sapientia est, nosse divina et humana, et horum causas. Supervacua mihi videtur haec adiectio, quia causae divinorum humanorumque partes sunt. Philosophiam quoque fuerunt qui aliter atque aliter definirent. alii studium illam virtutis esse dixerunt; alii studium corrigendae mentis. A quibusdam dicta est appetitio rectae rationis. Illud quasi confet, aliquid inter philosophiam et sapientiam interesse.
 5 Neque enim fieri potest, ut idem sit quod affectatur, et quod affectat. Quomodo multum inter avaritiam et pecuniam interest, quum illa cupiat, haec concupiscatur: sic inter philosophiam et sapientiam. Haec enim illius effectus, et praemium est: illa venit, ad hanc itur. Sapientia est, quam Graeci σοφίαν vocant. Hoc verbo quoque Romani utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur. Quod et togatae tibi antiquae probabunt, et inscriptus Dossenni monumento titulus:

Hospes resiste, et sopheriam Dossenni lege.

Quidam ex nostris, quamvis philosophia studium virtutis esset, et haec peteretur, illa peteret, tamen non
 puta-

4. Quidam — scientiam. Quidam — causas.] Stoicas esse has definitiones constat, vel e Plut. de Placit. Philos. To. XII p. 345 Hutt. *οί μὲν Στωϊκοὶ ἔφασαν, σοφίαν εἶναι θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἐπιστήμην.* Nota est haec definitio e Cicerone et bene explicata ab Ernestio in Clav. Cic.

voc. *Divinus.* Cf. Ep. Senec. 98, 28 et 30. Rerum cognoscere causas Virgil. Ge. II, 490 iam pro scopo philosophiae declaravit. Caeteras definitiones, quas noster affert, esse stoicas observavit etiam Lipsius in Manud. II, 2.

6. Quod et togatae — lege.] Fuit *Fabius Dossennus* auctor fati-

putaverunt illas distrahi posse. Nam nec philosophia sine virtute est, nec sine philosophia virtus est. Philosophia studium virtutis est, sed per ipsam virtutem: nec virtus autem esse sine studio sui potest, nec virtutis studium sine ipsa. Non enim quemadmodum in his qui aliquid ex distante loco ferire conantur, alibi est qui petit, alibi quod petitur: nec quemadmodum itinera quae ad urbes perducunt, extra ipsas sunt. ad virtutem venit per ipsam. Cohaerent ergo inter se philosophia, virtusque. Philosophiae tres partes esse 8

I 3

dixe-

fatis celeberrimas fabularum togatarum, in quibus mores vestitusque romani erant. Laudat eum Plin. N. H. XIV, 15 bip. Horat. II Ep. 1, 173: nec Fabric. Bibl. Lat. Vol. III p. 238. 240. nominare eum in Comicis vet. lat. omisit.

7. *nec aulem*] i. e. nec praeterea, adhaec. Cf. Heusing. ad Cic. Off. I, 28, 9. I, 4, 2.

8. Facilis est transgressus a praecedentibus ad ea, quae nunc sequuntur. Quum nimirum virtus et philosophia inter se aptae et nexae sint, sequitur, et philosophiae easdem esse partes tres, quas virtuti tribuimus. Moneo hoc propter Tiedemanni System. I p. 8 qui Senecam negligentiae insinulavit. *auctores* Aristoteles, Xenocrates (Tiedemann Geist der spek. Ph. II p. 331 coll. p. 433) et Stoici: cf. Lipsii Manud. II, 5. 9. *Quidam* — *separaverunt*. Quinam hi fuerint, non liquet. Recte observat Seneca, his partibus tribus con-

tineri moralem partem. Ethica enim, civilis s. politica, et Oeconomica una cum technica (*de generibus vitae*) constituiebant Aristotelis philosophiam practicam. Cf. Buhlii Lehrbuch der Gesch. d. Philos. II p. 362 sqq. *Epicurei* — *removerunt* — *existimant*. Confirmant haec Diog. Laert. X, 31. Sext. Emp. adv. Mathem. VII, 203. Epicurus, spinis et tricis dialecticis, quas Megarici et Stoici commenti erant, reiectis, pauca tantum praecepta de vero et falso quae recte tradantur, *canonum* nomine insignire, quam Dialectices, maluit, et exposuit de iis in libro unico, qui Canon s. Regula inscribatur. Epicurei canonicam naturalem coniungere consueti appellant illum, iudicandi instrumentum et principium s. prima philosophiae elementa. Diog. Laert. X, 30. Adeas Buhlii Commentat. in Commentat. Soc. Reg. Gott. Vol. XI p. 257 sq.

dixerunt et maximi et plurimi auctores: *Moralem*, *Naturalem*, et *Rationalem*. Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia proprietates verborum exigit, et structuram, et argumentationes, ne pro vero falsa surrepant. Ceterum inventi sunt, et qui in pauciora philosophiam, et qui in plura diducerent. Quidam ex Peripateticis quartam partem adiecerunt, *Civilem*: quia quandam propriam exercitationem desideret, et circa aliam materiam occupata sit.

9 Quidam adiecerunt his partem, quam Graeci *οικονομικήν* vocant, administrandae rei familiaris scientiam. Quidam et de generibus vitae locum separaverunt. Nihil autem horum in illa parte morali non reperitur. Epicurei duas partes philosophiae putaverunt esse, *Naturalem*, atque *Moralem*: *Rationalem* removerunt. Deinde quum ipsis rebus cogerentur ambigua fecernere, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoque locum, quem De iudicio et regula appellant, alio nomine *rationalem* induxerunt: sed eum accessionem esse

10 *naturalis* partis existimant. Cyrenaeici *naturalia* cum *rationalibus* sustulerunt, et contenti fuerunt *moralibus*: sed hi quoque qui remouent, aliter inducunt. In quinque enim partes *moralia* dividunt: ut una sit de fugiendis et expetendis, altera de affectibus, tertia de actionibus, quarta de causis, quinta de argumentis. Causae rerum ex *naturali* parte sunt: argumenta ex *rationali*, actiones ex *moralis*. Aristo Chius non tantum *supervacuas* esse dixit *naturalem* et *rationalem*, sed etiam

10. *Cyrenaeici* — *actiones ex morali.*] Idem narrat Sextus Empir. adv. Mathem. VII, 11. Alii aliter de his Aristippi, cuius vitam moresque egregie nuper descripsit Wielandus,

discipulis iudicaverunt. Cf. Tiedemanni Geist der spek. Phil. II p. 52 sq.

11. De *Aristone Chio* cf. philol. Bibl. II, 1 sq. Fuit stoicus philosophus, Zenonis audi-

etiam contrarias: moralem quoque, quam solam reliquerat, circumcêdit. Nam eum locum qui monitiones continet, sustulit, et paedagogi esse dixit, non philosophi: tanquam quidquam aliud sit sapiens, quam humani generis paedagogus. Ergo quum tripartita sit philosophia, ¹² moralem eius partem primum incipiamus disponere. Quam in tria rursus dividi placuit: ut prima esset inspectio suum cuique distribuens, et aestimans quanto quidque dignum sit, maxime utilis. quid enim est tam necessarium, quam pretia rebus imponere? Secunda de impetu: tertia de actionibus. Primum enim est, ut ¹³ quanti quidque sit, iudices: secundum, ut impetum ad illa capias ordinatum temperatumque: tertium, ut inter impetum tuum, actionemque conveniat, ut in omnibus istis tibi ipsi consentias. Quidquid ex his tribus defuerit, turbat et cetera. Quid enim prodest, intus aestimata habere omnia, si sis impetu nimius? Quid prodest impetus repressisse, et habere cupiditates in tua potestate, si in ipsa rerum actione tempora ignores, nec scias quando quidque, et ubi,

I 4

et

auditor, Cleanthis amicus, Chryssippi inimicus. Caeterum idem et Sextus Emp. p. 140. narrat, qui ex eodem fonte hausisse videtur, quo noster usus est. Contra eum argumentatur Seneca Ep. 94. *Nam eum locum qui monitiones continet*, practicam philosophiam moralem, quae quid cuique personae faciendum sit, docet, ideoque specialia praecepta continet, *τόπους υποδεικτικούς* s. *παραινετικούς* vocat Sextus Emp. l. l.

12. *Ergo quum — actionibus.*] Egregiam hanc divisio-

nem esse omnes cum veteres tum recentiores agnoverunt. Quare Catonem induxit Cic. de fin. III, 22 eximie laudantem Stoaë auctores et stoicos philos. Aliam divisionem tradit Diog. Laert. VII, 84, quae quidem diffusior est, sed non plura complectitur. In ordine tamen aliam nostri philosophi dispositionem optaverint, ut qui metaphysicum, s. malis, theoreticum ethices locum, qui est de officiorum principiis notioneque, non in calce, sed in fronte totius disciplinae rectius collocant.

- 14 et quemadmodum agi debeat? Aliud est enim, dignitates et pretia rerum nosse: aliud articulos: aliud impetus refrænare, et ad agenda ire, non ruere. Tunc ergo vita sibi concors est, ubi actio non destituit impetum. Impetus ex dignitate rei cuiusque concipitur, perinde remissus acriorve, prout illa digna est peti.
- 15 Naturalis pars philosophiae in duo scinditur: Corporalia, et Incorporalia. Vtraque dividuntur in suos, ut ita dicam, gradus. Corporum locus in hos primum, in ea quae faciunt, et quae ex his gignuntur: gignuntur autem elementa. Ipse elementi locus, ut quidam putant, simplex est: ut quidam, in materiam, et causam omnia moventem, et elementa dividitur.
- 16 Superest ut rationalem partem philosophiae dividamus. Omnis oratio aut continua est, aut inter respondentem et interrogantem divisa. Hanc *διαλεκτικὴν*, illam *ῥητορικὴν* placuit vocari. haec verba curat, et sensus, et ordinem. *διαλεκτικὴ* in duas partes dividitur: in verba et significationes: id est, in res quae dicuntur, et vocabula quibus dicuntur. Ingens deinde sequitur utriusque divisio. Itaque hoc loco finem faciam:

— *Et summa sequar fastigia rerum.*

- Alioqui si voluero facere partium partes, quaestionum
 17 liber fiet. Haec, Lucili virorum optime, quo minus legas

14. *Articulos*] temporis. Officia enim, *καθήκοντα περιστατικῶ καὶ ἄνευ περιστασέως* Diog. Laert. VII, 109. *actio non destituit impetum* h. e. hic cum illa convenit, illa hunc comitatur.

15. Secundum Diog. Laert. VII, 132. 133 alii aliam divisionem amplexi sunt. Physi-

cam autem Stoaë plura continuisse quam nostram, facile est intelligere; ut quae et Theologiae et Ontologiae locum praebuit, atque adeo multa comprehendit, quae licet ad nos, tamen supra nos sint. Sed cf. Tiedemanni Syst. I, 47 sqq.

16. De hac quoque *rationalis partis* divisione non omnes Stoi-

legas non deterreo: dummodo quidquid legeris, ad mores statim referas. Illos compeſce, marcentia in te excita, ſoluta conſtringe, contumacia doma, cupiditates tuas publicasque, quantum potes, vexa: et iſtis dicentibus, Quouſque eadem? reſponde: „Ego debeo dicere, Quouſque eadem peccabitis? Remedia ante vultis, quam vitia deſinere. ego vero eo magis dicam, et quia recuſatis, perfeverabo. Tunc incipit medicina proficere, ubi in corpore alienato dolorem tactus expreſſit. Dicam etiam invitis profutura. Aliquando aliqua ad vos non blanda vox veniet: et quia verum ſinguli audire non vultis, publice audite, Quouſque fines poſſeſſionum propagabitis? ager uni domino, qui populum cepit, anguſtus eſt. Quouſque arationes veſtras porrigetis, ne provinciarum quidem ſatione contenti circumſcribere praediorum modum? Illuſtrium fluminum per privatum decurſus, et amnes magni, magnarumque gentium termini, uſque ad oſtium a fonte, veſtri ſunt. Hoc quoque parum eſt, niſi latifundiis veſtris maria cinxiſtis: niſi trans Hadrianum, et Ionium, Aegaeumque, veſter villicus regnet: niſi inſulae, ducum domicilia magnorum, inter viliffima rerum numerentur. Quam vultis, late poſſidete: fit fundus, quod aliquando imperium vocabatur: facite veſtrum quidquid poteſtis, dum plus fit alieni. Nunc vobis ſcum loquor, quorum aequo ſpatioſe luxuria, quam

I 5

illo.

Stoici ſibi conveniebant, cf. Diog. Laert. VII, 40 ſqq., qui et reliquas diſiſiones attulit. Tiedemann l. l. p. 21 ſq. Hemſtichium eſt Virg. Aen. I, 342.

18. Quouſque fines poſſeſſionum rel.] Spectant haec ad

latifundiorum poſſeſſiones, quae cauſa praecipua Reipubl. laborantis erant: de quibus cf. Senec. de vita beat. c. 17, 3. Ep. 114. 6, 7. Horat. Carm. I, 1, 9 et 10 ubi vid. Mitscherlich. Ad ſequentia ne provinciarum modum laudat Lipſius Senec. de

20 illorum avaritia diffunditur. Vobis dico, Quousque nullus erit lacus, cui non villarum vestrarum fastigia immineant? nullum flumen, cuius non ripas aedificia vestra praetexant? Vbicunque scatebunt aquarum calentium venae, ibi nova diversoria luxuriae excitabuntur. Vbicunque in aliquem sinum litus curvabitur, vos protinus fundamenta iacietis, nec contenti solo, nisi
 21 quod manu feceritis, maria agetis introrsus. Omnibus licet locis tecta vestra splendeant, alicubi imposita montibus, in vastum terrarum marisque prospectum, alicubi ex plano in altitudinem montium educta: quum multa aedificaveritis, quum ingentia; tamen et singula corpora estis, et parvula. Quid profunt multa cubicula? in uno iacetis. Non est vestrum, ubicunque non estis. Ad vos deinde transeo, quorum profunda et insatiabilis gula, hinc maria scrutatur, hinc terras. Alia hamis, alia laqueis, alia retium variis generibus cum magno labore persequitur: nullis animalibus, nisi
 22 ex fastidio, pax est. Quantum enim ex istis epulis, quae per tot comparatis manus, fesso voluptatibus ore libatis? quantum ex ista fera, periculose capta, dominus crudus ac nauseans gustat? quantum ex tot conchyliis, tam longe advectis, per istum stomachum inexplebilem labitur? infelices etiam, quod non intelligitis, vos maiorem famem habere, quam ventrem."

Haec

de Benef. III, 8. Ep. 64, et Admiranda Romae II, 15. Mox conf. Sallust. Bell. Catil. 13. Horat. II Carm. 2, 9 sq. III, 1, 45.

20. *Quousque*. — *immineant*.] Cf. Horat. II, 18, 20. III, 1, 33 — 40. III, 24 init. et Gronovii Diatribae ad Statium c. 39. *Vbicunque* — *excitabuntur*: e. c. Bais, Cutiliae, Thespro-

tiae etc. Gronov. Diatrib. I, 1. *nec contenti solo*: aggeres, pilas s. moles in ipso mari struebant iisque aedificia superstruebant, ut notum est. cf. Tibull. II, 3, 45. Heyne ad Virg. Aen. IX, 711.

21. *Omnibus licet* — *educta*] Similia et illustrantia collegit Mitscherlich ad Horat. To. I. p. 384.

Haec aliis dic: ut dum dicis, audias ipse. Scribe: ut dum scribis, legas; omnia ad mores, et ad sedandam rabiem affectuum referens. Stude, non ut plus aliquid scias, sed ut melius.

EPISTOLA XC.

Laudes continet Philosophiae, quae hoc efficit, ut bene vivamus. A Diis quidem non data est, sed facultas philosophandi omnibus tributa est. Ea de gravissimis, i. e. de divinis humanisque rebus verum invenire docuit, vitam formavit, consortia et imperia instituit, natura duce. Primo enim saeculo, quod aureum vocant, sapientes regnabant, quibus primae leges debentur. Artes quoque invenit philosophia. Hactenus Posidonio assentiendum est: sed reliquas artes, quibus vita communis quotidie utitur, Philosophiae non tribuendas esse, quippe quae neque avaritiae neque luxuriae aliisque vitiis inservisse non dicenda est. Neque ferramenta fabrilia, neque ferri metalla et aeris, neque malleus forcipesve etc. sapientibus viris ortum suum debent, quum sapientiae sit, necessaria emendare, delicias despicere, verbo, naturam sequi, quippe quae non omisit offerre omnia, quae ad vestitum, ad frigoris calorisve vim arcendam idonea, et ubique facilia inventu, sine tot artibus, praesto essent. Enimvero a natura descivimus, nec contenti iis, quae terra in summo ferret, magnas multasque artes commenti sumus, quae supervacua, contraria quaerunt et corpori atque libidinibus inserviunt. Parum itaque Posidonio assentiaris, qui texturicum adeo artem a sapientibus dixit inventam et agriculturam, pistrinum panificiumque. Sed enim ratio quidem humana haec invenit, sed non recta ratio. Nec a sapiente inventa sunt illa minora, quae ut se minus digna, sordidioribus commisit ministris reperienda: qui idcirco etiam nunc ea tractant, ut multa exempla earum artium Senecae tempore inventarum docent, a vilissimis servis praefectarum. Enimvero Philosophia alia eademque praestantiora invenit et curat: utilia molitur, paci favet, genus humanum ad concordiam vocat, vitam format instruitque, regit vitam ideoque artes. Mala adhaec monstrat, iis homines liberat rel. Proinde ad illas artes quippe non dignas perpetuo usu non venit, nec Anacharsis vel rotam figuli tamquam sapiens invenit, sed qua homo. Quod de aliis inventis item valet.

Praestantiora sunt, quae sapiens stoicus invenit. §. 34 sq. Attamen sapientes illo rudi saeculo, quod aureum vocant, nondum fuisse verosimile est. Omni quidem fortunae genere fruebantur illi homines primi, sed quum ars sit, bonum et sapientem fieri, illa autem nondum iis esset, sequitur sapientia eos caruisse. Virtutis et sapientiae materia iis erat, virtus et sapientia non erat.

Memorabilis est haec epistola duplici nomine. Ac primum quidem ideo, quod decretum de sapiente Stoeae tractat contra Posidonium, quem hoc in loco de stoicis veteribus descivisse videmus. Deinde propterea pretii non contemnendi est, quod artium historiam egregie iuvat, atque adeo a Goguetto, in primis vere a Io. Beckmanno aliisque harum rerum curiosis saepe in partes vocata est.

Quis dubitare, mi Lucili, potest, quin Deorum immortalium munus sit, quod vivimus: philosophiae, quod bene vivimus? Itaque tanto plus nos debere huic, quam Diis, quanto maius beneficium est bona vita, quam vita? Pro certo deberetur, nisi ipsam Dii philosophiam tribuissent: cuius scientiam nulli dederunt, facultatem omnibus. Nam si hanc quoque bonum vulgare fecissent, et prudentes nasceremur; sapientia quod in se optimum habet perdidisset; ^ainter fortuita esset. Nunc enim hoc in illa pretiosum atque magnificum est, quod non obvenit, quod illam sibi quis-

^a inter fortuita esset. Senecae sermoni et sententiae ordini haec lectio aptissima est, quam cum Gron. ex Gruteri con. recepi. Codd. enim dabant vel, *quia inter fortuita nunc esset*, vel, *quod*, sive, *quia inter fortuita esset*, vel, *quia inter f. non e.* Editio vetus: *quia inter fortuita iam esset.* Vides vacillationem codd. *Quod inter fortuita non est* occupavit add. auctore Mureto.

1. *Philosophiae, quod bene vivimus*] Egregie hanc et sequentem Philosophiae laudem iam exornaverat Cic. Tusc. Disp. V, 2 in loco celeberrimo: O vitae Philosophia dux! o virtutis indagatrix etc., quae Mure-

tus opinatur Ciceronem e Posidonio hausisse. Ab eodem de fin. III, 2. 21. philosophia ars vitae vocatur. Attingit haec Vpton ad Arriani Diss. epict. I, 15 init. p. 184 ed. Schweigh.

quisque debet, quod non ab alio petitur. Quid haberes, quod in philosophia suspiceres, si beneficiaria res esset? Huius opus unum est, de divinis humanisque verum invenire: ab hac nunquam recedit iustitia, pietas, religio, et omnis alius comitatus virtutum confertarum, et inter se cohaerentium. Haec docuit colere divina; humana diligere, et penes Deos imperium esse, et inter homines consortium: quod aliquamdiu inviolatum mansit, antequam societatem avaritia diffraxit, et paupertatis causa etiam his, quos fecit locupletissimos, fuit. Desierunt enim omnia possidere, dum volunt propria. Sed primi mortalium, quique ex his geniti; naturam incorrupti sequebantur, eandem habebant et ducem, et legem, commissi melioris arbitrio. Naturae est enim, potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus aut maxima corpora praesunt; aut vehementissima. Non praecedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris ceteros mares vicit: elephantorum gregem ^b excellentissimus ducit:

b. excellentissimus Gronovium sequens reduxi h. l. et Vit. beat. 14, a., poscentibus Codd. et edd. antiq. Antea: *excelsissimus*. Mox §. 4 fin. *beneficentia augebat ornabatque s.* Recte: quamquam alii Codd. et plurimi habent *agebat*. Accedit quod augere et ornare iungi solent. cf. Graevii Lectt. hesiod. p. 2 sq.

2. *ab hac nunquam — cohaerentium.*] Stoicum hoc dogma esse, et virtutes esse pares et inter se confertas, saepe iam attigimus. Cf. Tiedemanni Syst. III p. 137. *desierunt enim omnia — propria*: avaritia fecit, ut ea, quae communia fuerant, singulis dividerentur tamquam propria.

3. *commissi melioris arbitrio. Naturae est — sub-*

mittere.] Iam antiqua est opinio virorum prudentium, a natura ita omnia esse constituta, ut deteriora potioribus submittantur: quae, modo ne cupide interpreteris et premas, veritate sua non destituitur. Paucis attigit haec Vpton. p. 325 ad Arrian. Diss. I, 29, 13 τὸ κρείττον ἀλλὰ περιγενέσθω τοῦ χείρονος. Cf. Gatacker ad M. Antonin. VII, 55.

4 ducit: inter homines, pro summo est optimus. Animo itaque rector eligebatur; ideoque summam felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. Tantum enim quantum vult potest, qui se, nisi quod debet, non putat posse. Illo ergo seculo; quod aureum perhibent; penes sapientes fuisse regnum Posidonius iudicat. Hi continebant manus, et infirmiores a validioribus tuebantur: suadebant, dissuadebantque; et utilia atque inutilia monstrabant. Horum prudentia, ne quid deesset suis, providebat; fortitudo arcebat pericula; beneficentia augebat ornabatque subiectos. Officium erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset adversus eos experiebatur, per quos coeperat posse. Nec erat cuiquam aut animus in iniuriam, aut causa: quum bene imperanti bene pareatur, nihilque rex maius minari male parentibus posset, quam ut abiret e regno. Sed postquam, surrepentibus vitis, in tyrannidem regna versa sunt: opus esse coepit legibus, quas et ipsas inter initia tulerent sapientes. Solon, qui Athenas aequo iure fundavit, inter

e. *quam ut abiret e regno.* Mss. *abirent.* Sed placeret magis: *quam abire se regno.* Gronov. Si de conatu intellexeris, locum tueberis. Mox *inter septem aevi sapientia notus.* Pinitianum sic e castigatis exempli. suis scribentem sequor. Antea: *notos.*

4. *Posidonii, rhodii; f. apameensis, (non olbiopolitae; quod perperam affirmat Fabric. Bibl. Gr. III p. 573) magna ut philosophi et historici fama erat in Antiquitate: sed nihil nisi fragmenta operum eius satis copiosorum nobis relicta sunt: quae utinam collecta haberemus! Celeberrimum eius opus τὰ μετὰ τὸν Πολύβιον*

expressit Trogius Pompeius ideoque Iustinus etiam lib. 36 — 42; quod acutissime observavit amiciss. Heeren; cf. Göetting. gel. Anz. anni 1800. p. 393 sq. 1802. p. 641 sq. Unde autem haec; quae Seneca affert; petita sint, non liquet. Locus tamen huic tractationi de sapiente esse potuit in libro eius *περὶ τελῶν* (de summo bono;

inter septem aevi sapientia notus. Lycurgum si eadem aetas tulisset, sacro illi numero accessisset octavus. Zaleuci leges Charondaeque laudantur. hi non in foro, 6 nec in consultorum atrio, sed in Pythagorae tacito illo sanctoque secessu didicerunt iura, quae florenti tunc Siciliae, et per Italiam Graeciae ponerent. Hactenus Posidonio assentior: artes quidem a philosophia inventas; quibus in quotidiano usu vita utitur, non concefferim, ^d nec illam fabricae asseram gloriam. Illa, inquit, sparfos et e Caucasii lectos, aut aliqua rupe fuffos-

^d. nec illam fabricae asseram gloriam. illam Pint. ex vet. lect. scriberemus suavit. Obsequutus est Muretus recte. Erasmus et alii: illi. Gruterus quid sibi velit illam non satis asserit qui se fatetur. Sensus est: non concedo illis artibus vilioribus gloriam, ipsas quoque esse inventas a philosophia. Asseram per plures edd. propagatum sphalma typogr. fuffuli: asseram recte habet. Mox recepi et e Caucasii lectos, sequutus omnes fere codd. mss., qui e Caucasii lectos, s. e Caucasii l., s. e causalis l. habent: quod quum editores ad unum omnes non exputassent, mutatum est in: sparfos e casis. Erasmus, quem Muretus sequutus est, emendavit sparfos et casulis tectos: utrumque perperam, quandoquidem tecta moliri nondum callerent primi homines. Lipsius inde fecit: et aut cavis tectos, quod Gronov. tacito consensu comprobavit. Sed enim Posidonius de Prometheo cogitasse dicendus est, quem ex Aeschyl. Prom. 446 sq. et multis aliis veterum locis, quae sciens omittam, liquido constat, circa Caucasum tradi humanitatem excoluisse et praesertim Caucasios edocuisse. Τὸς σπογάδας καὶ ἐκ τῶν Καυκάσιων ἐκλε-

πτους

bono, quem Diog. Laert. VII, 87. cf. ibi Menag. laudat): ubi quum posuisset, summum bonum esse, ita vivere, ut et veritatem et ordinem omnium rerum contempleris (τὸ ζῆν θεωροῦντα τὴν τῶν ἔλων ἀληθειαν καὶ τάξιν) imaginem quoque sapientis atque eius virtutem depinxisse videri potest. Illo ergo seculo — iudicat se-

quens Aeschylum Prometh. vinct. 446 sq. Egregie sententiam hanc exulit Horat. Art. poet. 396 sq. Cf. I Sermon. 3, 99 sqq. qui Lucret. V, 923 sq. expressit.

6. Zaleuci leges — ponent.] Hos legumlatores, illum Loctorum Epizephyriorum in Italia (circa ann. ante Christ, 660) hunc haud ita longe post

Cara-

fuffoffa, aut exesae arboris trunco, docuit tecta mo-
 7 liri. Ego vero philosophiam iudico, non magis ex-
 cogitasse has machinationes tectorum supra tecta fur-
 gentium, ^{dd} et urbium urbes prementium, quam viva-
 ria piscium in hoc clausa, ut tempestatum pericula
 non adiret gula, et quamvis acerrime pelago saevien-
 te, haberet luxuria portus suos, in quibus distinctos
 piscium greges faginaret. Quid ais? Philosophia do-
 cuit homines habere clavem et feram? et quid aliud
 erat, avaritiae signum dare? Philosophia haec, cum
 tanto habitantium periculo, imminetia tecta suspen-
 8 dit? Parum enim erat fortuitis tegi, et sine arte et
 diffi-

prods fortasse scripserat Posidonius, docte opinione illa de
 Prom. sapientia, qua de hominibus meruit, in usum suum
 conversa. Gruterus ad h. l. ait: monstruosa hercle verba, et
 quae libuit adduxisse, ut haberet lector divinandi uberem
 materiam. nam ego hic Davus sum, non Oedipus.

dd. et urbium urbes prementium. Sic Gronovii et quinque
 Gruteri codd. cum Erasmi. et edit. vet. Antea: et urbes pre-
 mentium.

Catanae, verum *diu ante* Py-
 thagoram floruisse constat. Nam
 istum errorem cum multis aliis,
 quos Bentleius in Diss. supra
 Phalaridis Epist. p. 338 sq. ed.
 Lips. refellit, errasse ne putes
 Posidonium *ιστορικώτατον* homi-
 nem, cui Aristoteles de Rep.
 II, 12 ob oculos fuisse videtur,
 sed sic intelligas potius, hos le-
 gumtatores, Posidonii fuisse
 sententiam, more aliorum le-
 gumlatorum, e. c. Minois, Nu-
 mae in solitudine, quali *Pytha-*
goras utebatur, meditato praepa-
 rasse sese ad leges ferendas.
 Sic (Tacit.) Dialog. c. 13 in.:
 malo securum et secretum Vir-
 gili secessum i. e. eum, quem

Virgil. amabat. Cf. Meinertis
 Geschichte und Ursprung der
 Wiss. Vol. I. p. 472 ubi no-
 tam corrigas. vide Heynii
 Opusc. acad. Vol. II. *Illam in-*
quit Posidonius, *sparsos* —
molliri. Per Promethea, quem
 una cum Hercule pro sapien-
 tissimo habuerunt Cynici et
 Stoici, hoc factum esse putat
 Pos. circa Caucasum, quae scena
 eius fuit vitae et malorum.
 Prometheus autem artium in-
 ventor perhibebatur. Cf. Schüz-
 tzii Exc. I. ad Aeschyli Prom:

7. *vivaria*] Iam Tibull. II,
 3, 45. et Varro R. R. III, 17
 memorant hunc luxum:

difficultate naturale sibi invenire aliquod receptaculum! Mihi crede, felix illud seculum ante architectonas fuit. Ista nata sunt, iam nascente luxuria; in quadratum tigna decidere, et ^e ferra per designata corrente, certa manu trabem scindere.

Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

Non enim tecta coenationi; epulum recepturae, parabantur: nec in hunc usum pinus aut abies deferebatur longo vehiculorum ordine, vicis intrementibus, ut ex illa lacunaria auro gravia penderent. Furcae ⁹ utrimque suspensae fulciebant casam: spissatis ramalibus, ac fronde congesta, et in proclive disposita, decursus imbribus quamvis magnis erat. Sub his tectis habitare securi. Culmus liberos texit: sub marmore atque auro servitus habitat. In illo quoque dissentio a Posidonio, quod ferramenta fabrilia excogitata a sapientibus viris iudicat. Isto enim modo dicat, licet, sapientes, per quos

*Tunc laqueis captare ferās, et fallere visco
Inventum, et magnos canibus circumdare saltus.*

Omnia enim ista sagacitas hominum, non sapientia in- ¹⁰ venit. In hoc quoque dissentio, sapientes fuisse; qui ferri metalla et aeris invenerunt: quum incendio silvarum adusta tellus, in summo venas iacentes liquefacta

^e. ferra cum Grut. Lipsio et Grönöv. ē eodd. Pint. al. recepi.
Antea ferro:

8. Versus est Virgillii Ge. I, Carm. II, 18, 2 intp. Ernesti
144. *epulum*, quod populo ad Suet. Neron. 34. Mox ver-
dabatur convivium. De Benef. sus est Virgil. Ge. I, 139: De
I, 12. *lacunaria* quae nos progressu humanitatis similia
plafonds vocamus. cf. Hor. habet Vitruv. II, 1 ed. Rodii:

facta fudisset. Ista tales inveniunt, quales colunt. Ne illa quidem tam subtilis quaestio mihi videtur, quam Posidonio: Vtrum malleus in usu esse prius, an forcipes coeperint. Vtraque invenit aliquis exercitati ingenii, acuti, non magni, nec elati, et quidquid aliud corpore incurvato, et animo humum spectante, quaerendum est. Sapiens facilis victu fuit. quidni? quum hoc quoque seculo esse quam expeditissimus cupiat? Quomodo, oro te, convenit, ut Diogenem mireris, et *) Daedalum? Vter ex his sapiens tibi videtur? qui ferram commentus est? an ille, qui quum vidisset puerum cava manu bibentem aquam, fregit protinus exemtum e perula calicem, hac obiurgatione sui: Quamdiu homo stultus supervacuas farcinulas habui? 12 qui se complicuit in dolio, et in eo cubitavit? †Hoc dic, utrum tandem sapientiosem putas, qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat; qui Euripos subito aquarum impe-

*) *Daedalum*. Sic omnes codd. Grut. et edd. Muretus tamen invenisse dicit in suo codice: *Talum*: et verius est hoc. Sed Seneca aequè Daedalum scripsit ac postea Plin. N. H. VII, 56: fabricam materiariam invenit Daedalus et in ea ferram. De re ipsa consulas Io. Beckmann. Beyträge zur Gesch. der Erfind. II. p. 256 sq.

† *Hoc dic* e margine codicis palat. tertii recepi, ut aptiosem. Antea: *Hodie*.

11. *Sapiens facilis victu fuit*] paratum victum habet, nullo labore impenso. De hac loquendi formula cf. Heynium ad Virgil. Aen. I, 443 Exc. Casaubon. ad Sueton. Caes. 53. inie. *Quomodo — convenit*, quomodo haec simul stare possunt, ut tam diversos homines aliquis miretur? De *dolio* Diogenis sinopenis multum dispa-

tatum est: et quidni in eo cubitasse dicatur? Cf. Bruckeri Hist. crit. I. p. 872 sq.

12. *Hoc dic — exprimat*] Iam Ovidius A. A. I, 103: Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro, Nec fuerant liquido pulpita rubra croco. Prop. IV, 1, 15 et 16 ubi cf. Burmann. Nat. Quaest. II, 9.

Erat

Impetu implet, aut ficit; versatilia coenationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat, et toties tecta, quoties fercula mutantur? an eum, qui et aliis et sibi hoc monstrat, quam nihil nobis natura durum ac difficile imperaverit? Possè nos habitare ¹³ sine marmorario et fabro, possè nos vestitos esse sine commercio Serum, possè nos habere usibus nostris necessaria, si contenti fuerimus his, quae terra posuit in summo? Quem si audire humanum genus voluerit, tam supervacuum sciet sibi coquum esse, quam militem. Illi sapientes fuerunt, aut certe sapientibus similes, quibus expedita erat tutela corporis. Simpliciter ¹⁴ cura constant necessaria: in delicias laboratur. Non desiderabis artifices, si sequare naturam. illa noluit esse districtos: ad quaecunque nos cogebat, instruxit. Frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo?

K 2

num-

g. et è codd. Grut. reduxi: Sic noster loqui solèt Ep. 88, 15. Mox *Quem si recte habet: quæsi, quamsi* variationes codd. notæ. *in deliciis laboratur*: sic Pintiani al. codd. At Erasmi *in deliciis l. Ep. 65, 6 si laboravit in nomen.*

Erat haec inventio romana, sed diu ante Senecam facta. *Euripos* fossas s. canales, quibus Caesarem Dictatorem primum arenam s. Circum circumdedisse refert Plin. N. H. VIII, 7. Locum Frontini de Aquaeduct. rom. c. 97 de inundatione Circi per occultos canales ex aquaeductibus facta, ut Naumachiae fierent, intellexerim: unde liquet, iam ante Senecae aevum haec etiam esse inventa. *versatilia — mutantur* i. e. quocunque novo ferculo subministrato tecta conclavis (*coenatio-*

nis) mutabantur. Attigit Sueton. Neron. 31. 34 ubi vidè not.

13. *Serum*] Seres in Sinae finibus occidentalibus, nunc Tangut, habitabant. D'Anville monstravit hunc situm, probante Io. Matth. Sprengelio in *Geschichte der wichtigsten geogr. Entdeck.* p. 126 ed. II. Vestes inde Romanam advectae, sericae vocatae. Cf. Intpp. ad Virgil. *Ge.* II, 121.

14. *districtos*] multis negotiis ad illas delicias comparandas.

- numquid non pelles ferarum, et aliorum animalium, a frigore satis abunde defendere queunt? non corticibus arborum pleraeque gentes tegunt corpora? non avium plumae in usum vestis conferuntur? non hodieque magna Scytharum pars, tergis vulpium induitur ac murium, quae tactu mollia, et impenetrabilia ventis sunt? Opus est tamen calorem solis aestivi umbra crassiore propellere. Quid ergo? non vetustas multa abdidit loca, quae vel iniuria temporis, vel alio quolibet casu excavata in specum recesserunt? Quid ergo? non quamlibet virgeam cratem texuerunt manu. et vili obleverunt luto, deinde stipula aliisque silvestribus operuere fastigium, et pluviis per devexa
- 16 labentibus hiemem transiere securi? Quid ergo? non in defosso latent Syrticae gentes? quibus propter nimios solis ardores, nullum tegumentum satis repellendis caloribus solidum est, nisi ipsa arens humus. Non fuit tam inimica natura, ut quum omnibus aliis animalibus facilem actum vitae daret, homo solus non posset sine tot artibus vivere. Nihil horum ab illa nobis imperatum est, nihil aegre quaerendum, ut possit vita produci. Ad parata nati sumus: nos omnia nobis diffici-

das. non corticibus — corpora? Sunt ἐσθητες Φλόιναι ap. Herodot. al., de quibus vide Forster. de bysso antiquor. p. 30 sq. E cortice mori papyriferae hodieque Otahitas vestes sibi conficere notum est. non avium — conferuntur. Exemplo est Philoctetes in insula Lemno relictus, Attii ap. Cic. de fin. V, 11. Ovid. Met. XIII, 53. Quintus Calab. IX, 356 sq., et America-

ni a Lipsio citati, qui plumatili veste hac utuntur. non hodieque magna Scytharum — sunt. Sunt isti mures scythici Martium et Hermelinarum nomine noti. Justin. II, 2 idem tradit.

16. Quid ergo? non in defosso — arens humus.] Vnde haec sumferit, dicere non habeo. Herodorus quidem de his populis, qui syrticam Africae regionem ad mare mediterraneum

ficilia faciliū fastidio fecimus. Tecta tegumenta^{que},¹⁷ et fomenta corporum, et cibi, et quae nunc ingens negotium facta sunt, obvia erant, et gratuita, et opera levi parabilia: modus enim omnium prout postulabat necessitas, erat: nos ista pretiosa, nos mira, nos magnis multisque conquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura, quod poscit. A natura luxuria descivit: quae quotidie seipsam incitat, et tot seculis crescit, et ingenio adiuvat vitia. Primo supervacua coepit¹⁸ concupiscere, inde contraria, novissime corpori animum addixit, et illius deservire libidini iussit. Omnes istae artes, quibus aut excitatur civitas, aut strepit, corporis negotium gerunt: cui omnia olim tanquam servo praestabantur, nunc tanquam domino parantur. Itaque hinc textorum, hinc fabrorum officinae sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium, mollesque cantus et infractos. Recessit¹⁹ enim ille naturalis modus, desideria ope necessaria finiens: iam rusticitatis et miseriae est, velle quantum fat est. Incredibile est, mi Lucili, quam facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat a vero. Ecce Posidonius, ut mea fert opinio, unus ex iis qui plurimum philosophiae contulerunt, dum vult describere primum, quemadmodum alia torqueantur fila, alia ex

K 3

molti

neum sitam incolunt, exponens IV, 168 sq. huius rei non meminit. Troglodytas ibi non habitasse constat. *ad parata, sursus* 17, quae in promptu, ad manum sunt omnibus. Sic Horat. Carm. I, 31, 17 precatur: frui paratis et valido mihi, Latoe, dones.

18 *Itaque hinc — infractos*] cf. ad Ep. 15, 6. Luxum, quem hic taxat, recte caput omnium

harum inventionum et artium prodit Seneca, qui tamen in fervore, quem Ruffavianum merito vocaveris, naturalem rerum indolem habitumque laudandi, modum excedit.

19. 20. 21. *Ecce Posidonius — sed nullum pudori est.*]

Descriperat itaque Posidonius, quomodo *alia fila plura in unum torqueantur*, gyrgillo adhi-

adhi-

- 20 molli solutoque ducantur: deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat, quemadmodum subtemem insertum, quod duritiam utrimque contrimentis tramae remolliat, spathâ coire cogatur et iungi: ^htexturini quoque artem a sapientibus dixit inventam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus, in quo

*Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo.
Inseritur medium radiis subtemen acutis,
Quod lato feriunt insecti pectine dentis.*

- 31 Quid si contigisset illi videre has nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est? Transfit deinde ad agricolas, nec minus facunde describit

^{h.} *texturini* dant Pintiani et Grut. codd. omnes. *Texturicum* receperant jam Lipsius et Gronovius. De varietate lect. in vers. Ovid., ubi codd. Pint. et Palat. omnes habent: *quod lato pariunt*, cf. N. Heinsium.

adhibito, *alia ex molli solutoque* i. e. lana ducantur, neantur: deinde explicaverat antiquiorem texendi artem, quum telae s. tramae stamina (Kette) a ligno transmissio suspensa, ideoque ad perpendicularum directa lapidum ponderibus infra appensis extenderentur, et subtemem mollius inter tramae stamina duriora immissum fursum versus *spathâ* s. radio, non pectine, textorio, quam textrix manu regebat, impulsu percuteretur, atque ita tela densaretur. Postea vero *subtilius genus* texturini, derelicta

tela pendula atque recta, inventum est, scilicet tela plana s. iugalis, quam versibus Ovid. Met. VI, 54 sq., uno omisso, describit Seneca. Egregie totam hanc artem texendi veterum explicavit Schneiderus in Indice editioni suae Scriptorum de R. R. adiecto, sub voce *Tela*, unde mutuatus sum, quae consilio meo convenirent. *Vestis nihil celatura* i. bombycina, quae Suidas *διαφανή Λακωνικά* vocat voce *διαφανή*. Sunt autem vestes Coae, tenuitate sua infames, nebula linea ap. Publum Syrum Petronii 55.

Hinc

bit profciffum aratro solum, ^{hh}et iteratum, quo solutior terra facilius pateat radicibus: tum sparsa semina, et collectas manu herbas, ne quid fortuitum et agreste succrescat, quod necet segetem. Hoc quoque opus ait esse sapientium: tanquam non nunc quoque plurima cultores agrorum nova invenient, per quae fertilitas augeatur. Deinde non est contentus his artibus, ²² sed in pistrinum sapientem submittit. Narrat enim, quemadmodum, rerum naturam imitatus, panem coepit facere. Receptas, inquit, in os fruges, concurrans inter se duritia dentium frangit, et quidquid excidit, ad eosdem dentes lingua refertur: tunc vero salivae miscetur, ut facilius per fauces lubricas transeat. Quum pervenit in ventrem, aqualiculi fervore concoquitur, tunc demum corpori accedit. Hoc ali- ²³ quis secutus exemplar, lapidem asperum aspero imposuit, ad similitudinem dentium, quorum pars immobilis motum alterius exspectat: deinde utriusque attritu grana franguntur, et saepius regeruntur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. Tunc farinam aqua sparsit, et assidua tractatione perdomuit, finxitque panem: quem primo cinis calidus, et fervens testa percoxit: deinde furni paulatim reperti, et alia

K 4 gene-

hh. et iteratum a Pintiano est, etsi omnes mss. habent: *inter aratrum*. Sed bene bonus censor, ait Lipsius; est enim agriculturae vox.

Hinc Horat. Serm. I, 2, 101
Cois tibi paene videre est nudam. Cf. post Lipsium ad Tacit. Ann. II, 33. Heynium ad Tibull. II, 3, 54.

22. *Aqualiculi*] i. stomachi. Caeterum suo consilio res at-

temperasse Posidonium liquet ex iis, quae Io. Beckmann Beytr. zur Gesch. der Erf. II. nr. I docte exposuit. Spectat huc aenigma Symposii LI in Wernsdorf. Poet. Lat. Min. VI, 2 p. 527. De *panificio* cruditissime egit Heynius in Opusc.

24 genera, quorum fervor ferviret arbitrio. Non multum absuit, quin futrinum quoque inventum a sapientibus diceret. Omnia ista ratio quidem, sed non recta ratio commenta est. Hominis enim, non sapientis inventa sunt: tam mehercules quam navigia, quibus amnes, quibusque maria transimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis, et additis a tergo gubernaculis, quae huc atque illuc cursum navigii torqueant: *) exemplum a piscibus tractum est, qui cauda reguntur, et levi eius in utrumque momento velocitatem suam flectunt. Omnia haec quidem, inquit, sapiens invenit: sed minora, quam ut ipse tractaret, sordidioribus ministris dedit. Immo non ab aliis excogitata ista sunt, quam a quibus hodieque curantur. Quaedam nostra demum prodisse memoria scimus: ut speculariorum usum, perluciente testa, clarum transmittentium lumen: ut suspensuras balneorum, et impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul et summa foveret aequaliter.

Quid

*) *exemplum*: sic omnes mss. et editio vetus. „Antea: et exemplum.“

Opusc. Acad. Vol. I. p. 363 sq., nostri loci non immemor.

24. *Non multum absuit — diceret.*] Satis facete his verbis pro lemmate usus est Petrus Camperus in libro celebratissimo, sur la meilleure forme des Souliers 1781.

25. De *speculariis* vid. ad c. 4, 9 de Providentia. Saepe occurrit speculariorum usus, c. c. E. 86, 9. cf. Wernsdorf. Poet. Lat. Min. VI, 2 p. 542 sq. *suspensuras balneorum* recte explicat Lipsius de balneis an-

tea simpliciter solo instructis, nunc autem a terra paulum allevatis super hypocausta et camerationes suppositas, ubi ignis erat; at superiora per *impressos parietibus tubos* calefiebant. Cf. ad 4, 9 de Provid. Propter hanc elevationem pensilia balnea vocata, de quibus cf. Schneider. ad Pallad. I, 40, p. 44, et Io. Beckmann Beyträge zur Gesch. d. E. II, 3 p. 428 sq. qui nostro loco et Winckelmanno usus est,

Quid loquar marmora, quibus templa, quibus domus 26
fulgent? Quid lapideas moles in rotundum ac leve
formatas, quibus porticus et capacia populorum tecta
suscepimus? quid verborum notas, quibus quamvis
citata excipitur oratio, et celeritatem linguae manus
sequitur? Vilissimorum mancipiorum ista commenta
sunt: sapientia altius fedet, nec manus edocet; ani-
morum magistrum est. Vis scire, quid illa eruerit,
quidve effecerit? Non indecoros corporis motus, nec 27
varios per tubam ac tibiam cantus, quibus exceptus
spiritus, aut in exitu, aut in transitu, formatur in
vocem: non arma, nec muros, nec bella: utilia mo-
litur, paci favet, et genus humanum ad concordiam
vocat. Non est, inquam, instrumentorum ad usus
necessarios opifex. quid illi tam parvula assignas? ar-
tificem vides vitae. Alias quidem artes sub dominio
habet. nam cui vita, illi vitae quoque ornamenta ser-
viunt: ceterum ad beatum statum tendit, illo ducit, illo
vias aperit. Quae sint mala, quae videantur, ostendit: 28
vanitatem exuit mentibus, dat magnitudinem solidam;
inflatum vero, et ex inani speciosam reprimat; nec
ignorari sinit, inter magna quid intersit et tumida;
totius naturae notitiam, ac suae tradit. Quid sint dii,
qualesque, declarat: quid inferi, quid lares et genii.

K 5.

Quid

26. *Quid loquar marmora*
— *fulgent?*] vid. ad Ep. 86, 5.

Quid lapideas — suscepimus?

i. e. quare columnas, quibus
suspendimus, suffulcimus etc.
De *verborum notis*, Short hand
vocant Angli, exsecutus est
Lipsius in Epist. 27 Centur. I
ad Belgas. Wower de Polyma-
thia c. VI. p. 40 sq. (notae
praepetes, quibus tachygraphi

utebantur, *σημεῖα*, Manil. IV,
197. Plut. Caton. min. To. I,
p. 770. B. C.)

28. Vides et sqq. §. compen-
dium totius philosophiae stoi-
cae, quod in Epist. 89, 12 sq.
pluribus exsequutus est. Mo-
ralis pars pertinet ad verba:
Quid sint dii etc. ubi natura-
lis pars incipit, quem §. 30 ex-
cipit pars rationalis. *Lares et*
genii.

Quid ⁱ in secundam numinum formam animae perpetuae, ubi consistant, quid agant, quid possint, quid
 29 velint. Haec eius initiamenta sunt, per quae non municipale sacrum, sed ingens omnium deorum templum mundus iste referatur: cuius vera simulacra, verasque facies cernendas mentibus protulit. nam ad spectacula tam magna hebes visus est. ad initia deinde rerum redit, et aeternam rationem toti inditam, et vim omnium feminum singula proprie figurantem. Tum de animo coepit inquirere, unde esset, ubi, quamdiu,
 30 in quot membra divisus. Deinde a corporalibus se ad incorporalia transtulit, veritatemque et argumenta eius excussit: post haec, quemadmodum discernerentur vitae ac necis ambigua: in utraque enim falsa veris immixta sunt. Non abduxit, inquam, se, ut Posidonio videtur, ab istis artibus sapiens, sed ad illas omnino non venit. Nihil enim dignum inventu iudicasset, quod non erat dignum perpetuo usu iudicaturus. ponenda non sumeret. Anacharsis, inquit, invenit ro-
 31 tam figuli, cuius circuitu vasa formantur. Dein quia apud Homerum invenitur figuli rota, mavult videri
 versus

i. in secundam numinum formam omnium codd. lectio, quomodo iam Erasmus coniecerat. *hominum, nominum* sunt librarior. aberrationes.

genii. Quum totum mundum, coelum et terram animae replent, tum coelum i. e. aetherae aeraque heroibus, laribus et geniis attribuebant stoici. Genii per totum sparsi tutelares agunt, lares cuique domo praesunt. Cf. Lipsii *Physiol.* I, 18.

30. *Deinde a corporalibus]* i. e. animo. cf. Ep. 113. *Non abduxit — venit.* Spectant

ad §. 25. omnia haec quidem, inquit, sapiens invenit, sed minora, quam ut ipse tractaret, fordioribus ministris dedit: quae refutat Seneca. *ponenda* i. deponenda. *Anacharsis — formantur — fabulam.* Diog. Laert. I, 105 ubi Menag. Ephorus Strabonis VII, 3, 9 p. 370 ed. Lips. idem tradunt. Homeri versus exstat Il. σ, 600. 601 ubi cf. Heyne.

versus falsos esse, quam fabulam. Ego nec Anacharsin huius rei fuisse auctorem contendo: et si fuit, sapiens quidem hoc invenit, sed non tanquam sapiens: sicut multa sapientes faciunt, qua homines sunt, non qua sapientes. Puta velocissimum esse sapientem: cursu omnes anteibit, qua velox est, non qua sapiens. Cuperem Posidonio aliquem vitrarium ostendere, qui spiritu vitrum in habitus plurimos format, qui vix diligenti manu effingerentur. Haec inventa sunt, postquam sapientem invenire desivimus. Democritus, inquit, invenisse dicitur fornicem, ut lapidum curvatura paulatim inolinatorum medio saxo alligaretur. Hoc dicam falsum esse. Necessesse est enim ante Democritum, et pontes, et portas fuisse, quarum fere summa curvantur. Excidit porro vobis, eundem Democritum invenisse, quemadmodum ebur molliretur, quemadmodum decoctus calculus in smaragdum converteretur, qua hodieque coctura inventi lapides coctiles colorantur. Ista sapiens licet invenerit, non qua sapiens erat,

k. *molliretur*. Sic optime codd. et vet. edd. *poliretur* est Pintiani coniectura non admittenda. cf. not.

31. *Cuperem — effingerentur.*] Haec formatura, quae hodieque obtinet, nova isto tempore fuisse videtur. Cf. Miscellaneous Works of Middleton Vol. IV p. 43, qui ante Wessel. ad Diod. 3, 16, Gesneri, Hambergeri et Michaelis disquisitiones super vitro, diligenter haec exsequutus est, et hunc locum advertit.

32. De Democrito unus Posidonius haec exposuit: quae quum Seneca refellat, non co-

gitavit, et pontes portasque fuisse ligneos nullam curvaturam poscentes. *Ebur molliebatur* ζύδρι, cerevisiae genere, si fides habenda est Plut. Vol. X. p. 89, quem Gronovio ad h. l. debeo. Plura dedit Heyne in Nov. Commentar. Soc. Reg. Gott. To. I. nr. VI. de veterum ebore eburnisque signis. Cf. Schneider ad Eclog. phys. p. 16. *Decoctus — colorantur* de fluore vitreo intelligam, quo gemmas, murghina

erat, invenit. multa enim facit, quae ab imprudentiffimis aut aequae fieri videmus, aut peritius, aut
 34 exercitatus. Quid sapiens investigaverit, quid in lucem protraxerit, quaeris? Primum rerum naturam, quam non ut cetera animalia oculis secutus est, tardis ad divina. Deinde vitae legem, quam ad universa direxit: nec nosse tantum, sed sequi docuit deos, et accidentia non aliter excipere, quam imperata. Venuit parere opinionibus falsis, et quanti quidque esset, vera aestimatione perpendit: damnavit mixtas poenitentiae voluptates. Et bona semper placitura laudavit, et palam fecit, felicissimum esse, cui felicitate opus non est: potentissimum esse, qui se habet in potestate. Non de ea philosophia loquor, quae civem extra patriam posuit, extra mundum deos, quae virtutem donavit voluptati; sed de illa, quae nullum bonum putat, nisi quod honestum est; quae nec hominis, nec fortunae muneribus deleniri potest: cuius hoc pretium
 35 est, non posse pretio capi. Hanc philosophiam fuisse illo rudi seculo, quo adhuc artificia deerant, et ipso usu discebant utilia, non credo. ¹Sicut autem fortunata tempora, quum in medio iacerent beneficia naturae

1. *Sicut autem.* Sic omnes codd. *S. ante* nullo sensu edd. occupavit: nam de illis ipsis fortunatis temporibus loquitur Seneca. Sensus est: Etiam si porro tempora fortunata essent, tamen non erant sapientes viri. Nulla itaque emendatione, sed interpretatione opus erat.

rhina s. murrham etc. imitari solebant veteres, calce metallica vitreo crystallino purissimo iam liquefacto addita. Sic colorantur. Hoc hodieque fit. Io. Beckmann tamen in Beyträgen zur Gesch. der Erf. I, p. 376 de caementatione, qua

crystallo montano color viridis additus fit, intelligere mavult.

35. *felicissimum — potestate*] sapiens est, de quo saepe nos- ter, c. c. Ep. 75, 14, 93, 2. Horat. Serm. II, 7, 83 fqq. *Non de ea — voluptate.* De Epicuro loquitur, qui a republi-

rae promiscue utenda, antequam avaritia atque luxuria dissociavere mortales, et ad rapinam ex consortio discurrere; non erant illi sapientes viri, etiam si faciebant facienda sapientibus. Statum quidem generis humani, 37 non alium quisquam suspexerit magis; nec si cui permittat Deus terrena formare, et dare gentibus mores, aliud probaverit, quam quod apud illos fuisse memoratur, apud quos

— *nulli subigebant arva coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quaerebant, ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.*

Quid hominum illo genere felicius? In commune re- 38 rum natura fruebantur: sufficebat illa, ut parens, in tutelam omnium: haec erat publicarum opum secunda possessio. Quidni ego illud locupletissimum mortalium genus dixerim, in quo pauperem invenire non posses? Irrupit in res optime positas avaritia: et dum seducere aliquid cupit, atque in suum vertere, omnia fecit aliena, et in angustum ex immenso redacta, paupertatem intulit, et multa concupiscendo, omnia amisit. Licet itaque velit nunc ^moccurrere et reparare 39 quod perdidit; licet agros agris adiiciat, vicinum vel pretio

m. *occurrere*. Sic duo palat. codd. Antea: *concurrere*; quod incommodum est. Margo unius cod. *congerere*. Lipsius emend. *convertere*: Gronovius *conquirere*, qui tamen et *occurrere* probat. De circumcurfione sedula, *πολυπραγμοσύνη* intelligas. Mox *vel pretio pellat aeris* Erasmo debetur, qui tamen

blica suos removet et sibi ipsis vivere iubet, societatem solvit rel.: *ἡδονή*, voluptas Epicuri, hic taxatur male intellecta. Est enim nil nisi felicitas, quae ex conscientia virtutis in vita

oritur. Cf. Kant Critik der prakt. Vernunft p. 208 sq. ed. II. *sed de illa stoica*

37. Versus sunt Virgilio Ge. I, 125 sqq.

pretio pellat aeris, vel iniuria; licet in provinciarum spatium rura dilatet, et possessionem vocet per suam longam peregrinationem: nulla nos finium propagatio eo reducet, unde discessimus. Quum omnia fecerimus, multum habebimus: universum habebamus. Terra ipsa fertior erat illaborata, et in usus populorum non di-
 40 ripientium larga. Quidquid naturam protulerat, id non minus invenisse, quam inventum monstrare alteri, voluptas erat: nec aut ulli superare poterat, aut deesse inter concordēs dividebatur. Nondum valentior impo- fuerat infirmiori manum, nondum avarus abscondendo quod sibi iaceret, alium necessariis quoque excluderat:
 41 par erat alterius, ac sui, cura. Arma cessabant, incruentaeque humano sanguine manus, odium omne in feras verterant. Illi, quos aliquod nemus densum a sole protexerat, qui adversus saevitiam hiemis, aut imbris, vili receptaculo tuti sub fronde vivebant, placidas transigebant sine suspirio noctes. Sollicitudo nos in nostra purpura versat, et acerrimis excitat stimulis:
 42 ⁿat quam mollem somnum illis dura tellus dabat! Non impendebant caelata laquearia: sed in aperto iacentes sidera superlabebantur, et insigne spectaculum noctium;
 mun-

tamen *arvis* coniciebat, unde a Mureto factum *agris*. Codd. habent *eris*, unus *eius*, unde Grut. fecit *ex his*, quomodo et adscriptum erat Palat. tertio. Lipsius: *ex eis* vel *terris*. Vulgata tamen ferri potest.

fi. *at quam mollem somnum illis dura tellus dabat!* Sic Gruter. et Gronovii mss. Haud dubie verum. Edd. multae carent voculis: *at quam*.

39. Cf. Ep. 89, 18 sq. *Terra ipsa* — *illaborata*: auget magis quam poetae, qui fertilitatem praedicantes non deprimunt diligentiam cultorum, v. c. Ovid. Met. I, 102 per se dabat omnia tellus. Moschion

Stobaei Ecl. p. 242 ed. Heer. *Μέλαινα καρπού βῶλος ὀμπνίου τροφός* rel. *quod sibi iaceret* sine usu et fructu: abditum aut sepositum. L.

42. *caelata laquearia*] cf. supra ad §. 8. ubi lacunaria i. q. laquea

mundus in praeceps agebatur, silentio tantum opus ducens. tam interdiu illis, quam noctu, patebat prospectus huius pulcherrimae domus: libebat intueri signa, ex media coeli parte vergentia, rursus ex occulto alia surgentia. Quidni iuaret vagari inter tam late sparsa miracula? At vos ad omnem tectorum pavetis sonum, et inter picturas vestras si quid increpuit, fugitis attoniti. Non habebant domos instar urbium. Spiritus ac liber inter aperta flatus, et levis umbra rupis aut arboris, et perlucidi fontes, rivique non opere, nec fistula, nec ullo coacto itinere obsolefacti, sed sponte currentes, et prata sine arte formosa, inter haec agreste domicilium, rustica positum manu. Haec erat secundum naturam domus, in qua libebat habitare, nec ipsam, nec pro ipsa timentem: nunc magna pars nostri metus, tecta sunt. Sed quamvis egregia illis vita fuerit, et carens fraude, non fuere sapientes, quando hoc iam in opere maximo nomen est. Non tamen negaverim fuisse alti spiritus viros, et, ut ita dicam, a diis recentes. neque enim dubium est, quin meliora mundus nondum effetus ediderit. Quemadmodum

laquearia. *mundus in praeceps agebatur.* Natura, mundus et Deus idem valent ap. Stoicos. Hinc Manilius II, 114 Materiaeque datum est cogi, sed cogere mundo. Cf. Lipsii *Physiol. stoic.* I, 5.

43. *Non habebant domos instar urbium.*] cf. ad §. 7. Var. Lect. Lipsius docuit in Admirandis, Romae sic fuisse. *rivique — obsolefacti* i. e. ad utilitatem redacti ac fervitorem. Rivi, aqua ad libram exacta, opere arcuato, et substructioni-

bus supra terram, ducebantur in castella s. dividicula (bassins); unde per fistulas, aqua quaqua-versus in fundum etc., et tandem Romam dirigebatur ibique dividebatur. De his aquaeductibus rom. cf. post Frontinum, Adlers *Befchreib. der Stadt Rom* p. 66 sqq.

44. *neque enim dubium est — ediderit.*] Poetarum hanc opinionem de mundo effeto i. tam imbecilli et affecto, ut mulieri spatio defessae vetusto similis animalia deteriora pareret, ideoque

dum autem omnibus indoles fortior fuit, et ad labores paratior: ita non erant ingenia omnibus consummata. Non enim dat natura virtutem: ars est, bonum
 45 fieri. Illi quidem non aurum, nec argentum, nec perlucidos lapides ima terrarum faece quaerebant, parcebantque adhuc etiam mutis animalibus: tantum aberat, ut homo hominem non iratus, non timens, tantum spectaturus occideret. Nondum vestis illis erat picta, nondum texebatur aurum: adhuc non eruebatur. Quid ergo? ignorantiam rerum innocentes erant. multum autem interest, utrum peccare aliquis nolit, an nesciat.
 46 Deerat illis iustitia, deerat prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his virtutibus habebat similia quaedam rudis vita: virtus non contingit animo, nisi instituto et edocto, et ad summum assidua exercitatione perducto. Ad hoc quidem, sed sine hoc nascimur: et in optimis quoque antequam erudias, virtutis materia, non virtus est.

que cognatam cum illa opinione de saeculo aureo, Democrito acceptam retulit, opinor, Epicurus Lucretii II, 1150. rel. et Stoici recentiores, quorum peculiare hoc erat dogma, primos mortales multo sapientiores fuisse posteris. Hoc ipsum monuit Sextus Empir. p. 555 Fabric. Cf. Lipsii Physiol. stoic. III. c. 4. et 5. Egregie explicatam ac refutatam eam deederunt Viri praestantissimi Reimarus (die vornehmsten Wahrheiten der natürl. Relig. p. 110 sq. ed. IV) et Wielandus (sämtl. Werke B. XIV p. 353 sq. 391 sq.) *Ars est bonum fieri.* Nam

stoica docet, virtutem disci debere et posse. Lipsii Manud. in Philos. stoic. II, 10. Ars est Philosophia vitae. Cic. fin. III, 2. Vpton. ad Arrian. Diss. Epict. p. 184 Schweighäuf.

45. *mutis animalibus*] i. e. brutis, ceteris animalibus, hominum respectu. Bene haec observavit contra Lipsium, qui pisces intellectos maluerat, Gronov. cf. Ep. 92, 7. *vestis — picta* acu. *nondum texebatur aurum*, ut fila lanæ tramam, aurea subtemen constituerent. Plin. N. H. VIII, 48 tribuit hanc artem Attalo regi: unde nomen attalicis:

EPISTOLA XCI.

Commemorat, quomodo amicum communem, *Liberalem*, *Lugdunensi* colonia oriundum atque eius amaritissimum, quum horribili incendio exusta esset, consolatus sit. Magnitudine huius calamitatis vividis coloribus depicta, atque adeo tristitiae causis concessis, monuerat, nihil ex humanis rebus non esse fragile, ideoque in omnia, quae accidere possint, praemittendum esse animum, eumque ad ea praeparandum, quum fortuna parcat nemini et multis modis calamitatum et mortis utatur, quin nimia felicitas ipsa cladis causas inveniat et cito pereant subitoque, quae diu crevissent. Deinde cogitemus, non esse tam magnum, quicquid acciderit, quam rumore iuctetur. Tum, esse hanc cum omnium rerum tum naturae communem sortem. Omnia cadent, quomodo-cunque id fiat. Accedit, quod maior fortuna saepe ex iniuria oriatur: quod et *Lugduno* eventurum esse auguratur et optat. Quum itaque nihil inausum intentatumque sit fortunae, vel his legibus, quas det haec necessitas, parendum vel subtrahendum est quacunque via velis: omnes autem hoc respectu similes paresve sumus. Exemplo est *Alexander magnus*. Aequanimitate omnia feruntur, quum nihil eorum malum sit nisi verba quae metum iniiciunt sine causa: ut adeo mors et iniqui rumores eodem loco habendi sint.

Comparari meretur *Senecae liber de Tranquillitate animi* egregius pluribus locis: nec ei, qui tres *Consolationes Senecae* tribui solitas legerit, occurrent nondum dicta.

Liberalis noster nunc tristis est, nuntiato incendio, quo *Lugdunensis* colonia exusta est. Movere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriae suae amatissimum. Quae res efficit, ut firmitatem animi sui quae-

1. *Liberalis*] Videtur ille debuit *Liberalis*, cui de Beneficiis inscriptis. L. *Lugdunensis* colonia, quae nunc *Lyon* audit, ducta est a L. *Munat. Planco* a. v. c. 711. cf. *Dio Cass.* 46, 50. et exusta est a
Vol. III.

v. c. 811. cf. §. 14. ut *Ernesti* observat ad *Tacit. Ann.* 16, 13.: huius cladis vestigia apparere et nunc *Lugduni* docemur ab auctore *Antiquitatum lugdunensium* p. 248. Cf. *Menetrier* in *histoire civile et consulaire*
L. de

quaerat, quam videlicet ad ea quae timeri posse putabat, exercuit: hoc vero tam inopinatum malum, et paene inauditum, non miror si sine metu fuit, quum esset sine exemplo. multas enim civitates incendium vexavit, nullam abstulit. Nam etiam ubi hostili manu in tecta ignis immissus est, multis locis deficit: et quamvis subinde excitetur, raro tamen sic cuncta de-
 2 pascitur, ut nihil ferro relinquat. Terrarum quoque vix unquam tam gravis et perniciosus fuit motus, ut tota oppida everteret. Nunquam denique tam infestum ulli exarsit incendium, ut nihil alteri superesset incendio. Tot pulcherrima opera, quae singula illustrare urbes singulas possent, una nox stravit; et in tanta pace, quantum ne bello quidem timeri potest, accidit. Quis hoc credat? ubique armis quiescentibus, quum toto orbe terrarum diffusa securitas sit, Lugdunum,
 3 quod ostendebatur in Gallia, ^aquaeri? Omnibus fortuna, quos publice afflixit, quod passuri erant, timere permisit: nulla res magna non aliquod habuit ruinae suae spatium: in hac, una nox ^binterfuit inter urbem maximam, et nullam. Denique diutius illam tibi perisse, quam periit, narro. Haec omnia Libera-
 lis

a. *quaeri* bonorum codd. suffragio restitui suadente Gron. cf. ad Ep. 20. not. 2 p. 74. Antea: *quaeritur*, quod Graevius Lectt. hef. p. 45, ubi quaerere i. e. desiderare explicat et cum $\pi\eta\rho\tilde{\alpha}\nu$ comparat, retinuit.

b. *interfuit*. Plurimi codd. et edd. sic praestant. Ex uno Gruteri recepit Lipsius *una nox fuit inter* etc. At est haec loquendi ratio Senecae familiaris, e. c. ep. 101, 9. Gron. Nonnulli codd. *una nox non interf.*

de la ville de Lyon. fol. Lyon 1696. *si sine metu fuit*, si nullum metum iniiceret.

2. *Nunquam denique tam infestum ulli*] sc. oppido: mo-

neo, ne cum Lipsio *ullibi vel ullum* emendes. *in tanta pace*: nam bellum parthicum sequenti demum anno 812 acriter sumebatur. Tacit. Ann. XIII, 34.

lis nostri affectum inclinant, adversus sua firmum et erectum. nec sine causa concussus est. Inexpectata plus aggravant: novitas adiicit calamitatibus pondus: nec quisquam mortalium non magis, quod etiam miratus est, doluit. Ideo nihil nobis improvisum esse 4 debet. in omnia praemittendus est animus: cogitandumque, non quidquid solet, sed quidquid potest fieri. Quid enim est, quod non fortuna quum voluit, ex florentissimo detrahat? quod non ea magis aggrediat et quatiat, quo speciosius fulget? Quid illi arduum, quidve difficile est? non una via semper, ne tota quidem incurrit. Modo nostras in nos manus advocat, modo suis contenta viribus, invenit pericula sine auctore. Nullum tempus exceptum est: in ipsis 5 voluptatibus causae doloris oriuntur. Bellum in media pace confurgit, et auxilia securitatis in metum transeunt: ex amico inimicus, hostis ex socio. In subitas tempestates, hibernisque maiores, agitur aestiva tranquillitas. Sine hoste patimur hostilia: et cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas invenit. Invadit temperatissimos morbus, validissimos phthisis, innocentissimos poena, secretissimos tumultus. Eligit 6 aliquid novi casus, per quod velut oblitis vires suas

L 2

inge-

c. ex flor. sic omnes Grut. codd. et editio vetus. Antea: et.

3. *adversus sua*] i. e. ea, quae ad ipsum pertinebant, ideoque privata et propria. *nec quisquam mortalium — doluit*: n. quisque maiorem percepit dolorem eius rei, quam, quum accideret, etiam miratus erat ut inopinatam et insolitam.

4. *cogitandumque — fieri.*] Pertinet huc verius Publilii Syri

mimographi: cuius potest accidere, quod cuiquam potest: laudatus a Seneca in Consol. ad Marc. c. 9 fin. de Tranq. an. 11, 6. De fortuna saepius noster eadem habet, e. c. de Tranq. an. 10, 2, 11, 4: et quis non?

6. *Eligit aliquid novi casus*] i. fortuna. *Quid. longa series* feil.

ingerat. Quidquid longa series, multis laboribus, multâ Deum indulgentiâ struxit, id unus dies spargit ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus, ^d qui diem dixit; hora, momentumque temporis, evertendis imperiis suffecere. Effet aliquod imbecillitatis nostrae solatium, rerumque nostrarum, si tam tarde perirent cuncta, quam fiunt: nunc incrementa lente ⁷ exeunt, festinatur in damnum. Nihil privatim, nihil publice stabile est: tam hominum, quam urbium, fatavolvuntur. Inter placidissima terror existit, nihilque extra tumultuantibus caussis, mala, unde minime expectabantur, erumpunt. Quae domesticis bellis steterant regna, quae externis, impellente nullo, ruunt. Quota quaeque felicitatem civitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia, et animus adversus ea quae possunt ⁸ evenire, firmandus. Exsulta, tormenta, bella, morbos,

d. qui diem dixit; hora, momentumque temporis, evertendis imperiis suffecere. Ex Gruteri emendatione: Lipsius cum Gronov. probat. Antea: *horum m. suff.* Mox; *si tam tarde perirent cuncta, quam fiunt*, Gruterus, Lipsius et Gronov. e codd. nonnullis receperunt: aliis alia praebentibus, ut in sententiis sit, quae a sciolis et librariis saepe mutari, augeri, depravari solent.

scil. temporis. De tempore simpliciter vox *series* aevo Senecae usurpari coepta: quem morem etiam postea, v. c. ap. Aufonium nondum oblitteratum videmus. *Longam moram — suffecere.* Est Euripides, in cuius Phoenissis 561 nunc legitur: *ὁ δ' ἄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος*: et in fragm. ex ei. Inone, dramate nunc deperdito: *ὡς μὲν τὰ σφάλ- λοντα, καὶ μὴ ἡμέρα τὰ μὲν καθεῖλεν ὑπόθεν, τὰ δ' ἦρ' ἄνω. Ὅρας τυράνους δια*

μακρῶν ἡυξήμενος. (Vides tyrannos, longo tempore potentiam adeptos, quam parva labefactent, et una dies hunc ab alto deiecit, illum evexit.) In quibus versibus Demetrius Phalereus, quem sequitur Seneca, observavit, praestare, si non unam diem, sed punctum temporis dixisset Euripides, ap. Plutarch. Consol. ad Apollon. Vol. VII p. 323 Hutt. Cf. Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 211. et Diatrib. p. 177.

bos, naufragia meditare! potest te patriae, potest patriam tibi casus eripere: potest te in solitudinem abicere, potest hoc ipsum in quo turba suffocatur, fieri solitudo. Tota ante oculos fortis humanae conditio ponatur: nec quantum frequenter evenit, sed quantum plurimum potest evenire, praesumamus animo, si nolumus opprimi, nec ullis inusitatis velut novis obtupestieri. In plenum cogitanda fortuna est: Quoties Asiae, quoties Aethiopiae urbes uno tremore ceciderunt? quot oppida in Syria? quot in Macedonia devorata sunt? Cyprum quoties vastavit haec clades? quoties in se Paphus corrui? Frequenter nobis nuntiati sunt totarum urbium interitus: et nos, inter quos frequenter ista nuntiantur, quanta pars omnium sumus? Confurgamus itaque adversus fortuita: et quidquid inciderit, sciamus non esse tam magnum, quam rumore iactetur. Civitas arsit opulenta, ornamentumque provinciarum, quibus et inserta erat, et excepta, uni tantum imposita, et huic non altissimo monti. Omnium istarum civitatum, quas

L 3

nunc

e tantum. Sic codd. aliquot et editio vetus: antea, tamen.

9. De his calamitatibus cf. Senec. N. Quaest. VI, 1 et Geographi, imprimis Mannerus, quocum conferri meretur Villoison. Prolegom. Homer. p. 52. nota 54. *Frequenter nobis nuntiati — interitus.* interpretatione vocem *interitus* mitiges, ne sibi ipse adverteretur Seneca. Cf. §. 1. 2.

10. *Civitas — monti.*] Erat quidem *Lugdunum* urbs opulenta et ornamentum provinciarum Galliae, quibus loco et

positu *inserta* erat, i. adnumerabatur, sed conditione excepta, quum colonia iuris romani (cf. Laccary Histor. Colon. p. 192) facta esset, ideoque multo praestantior eius conditio quam status urbium provinciarum. Cf. Heineccii antiquit. rom. syntagma p. 365 sq. 391 sqq. ed. IV. Multas familias romanas habebat *Lugdunum*. Cf. P. de Marca de primatu Lugd. Vienna erat iuris italicum colonia. Ambitus tamen *Lugdu-*

nunc magnificas ac nobiles audis, vestigia quoque tempus eradet. Non vides, quemadmodum in Achaia clarissimarum urbium iam fundamenta consumpta sint, nec quidquam exstet, ex quo appareat illas saltem fuisse? Non tantum manufacta labuntur, non tantum humana arte atque industria posita vertit diès: iuga
 11 montium diffluunt, totae desedere regiones. Operta sunt fluctibus, quae procul a conspectu maris stabant: vastavit ignis colles, per quos elucebat: erofit et quondam altissimos vertices; solatia navigantium ac speculas ad humilem arenam deduxit. Ipsiùs naturae opera vexantur: et ideo aequo animo ferre debemus urbium excidia. Casura omnia exstant: omnibus exitus manet: five interna ^fvis flatusque praeclesi ac vio-
 12 lenti pondus, sub quo tenentur, excusserint; five torrentium in abdito vis vastior obstantia effregerit; five flammaram violentia compaginem soli ruperit; five ventustas, a qua nihil tutum est, expugnaverit minutatim; five gravitas coeli eiecerit populos, et situs deferta

f. *vis flatusque praeclesi ac violenti* — Plurimi codd. *interna vis flatusque praeclesi violenti*, unde Pintian. emend. *praeclesi*. Lipsius probabat et *violente* adiciebat. Hinc feci: *praeclesi ac violenti*. Antea: *interna vi flatuque praeclesi violenti*. Muretus habet: *interna vi flatuque praeclesi venti*. Mox, *in abdito vis vastior o. e. dedi e Mss.* Antea sine voce, *vastior*.

Lugduni non ita magnus erat et unum tantum montem occupabat. Nunc tamen cum ambitus eius multo amplior est, tum plures montes s. clivos tenet, ut secunda post Parisios urbs Regni gallici habeatur et sit. Cf. Büfching III p. 807. ed. VIII. *Non vides, quemadmodum — fuisse.* inprimis Helice et Buris, quae terrae

motu demergebantur. cf. Ovid. Met. XV, 293. Senec. Q. Natur. VI, 1 fin. 23. 25. 32. Si tamen Scrofanì, cui nuper illas regiones adiit, itinerario fides haberi possit, Helices mersae urbis interdum et muri, domus ac templa hodieque aequae ac Ovidii tempore conspiciuntur.

ferta corruerit. Enumerare omnes factorum vias, longum est. hoc unum scio: omnia mortalium opera, mortalitate damnata sunt: inter peritura vivimus. ^gHaec ergo atque eiusmodi solatia admoveo Liberali ¹³ nostro, incredibili quodam patriae suae amore flagranti: quae fortasse consumpta est, ut in melius excitaretur. Saepe maiori fortunae locum fecit iniuria: multa ceciderunt, ut altius surgerent, et in maius. ^hTimagenes felicitati urbis inimicus aiebat, Romae sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura, quam arsisent. In hac quoque urbe verisimile est certaturos omnes esse, ut maiora certioraque, quam amisere, restituantur. Sint utinam diu- ¹⁴turna, et melioribus auspiciis, in aevum longius condita! Nam huic coloniae ab origine sua centesimus annus est, aetas ne homini quidem extrema. A Planco deducta, in hanc frequentiam, loci opportunitate, convaluit: quae tamen gravissimos casus intra spatium humanae pertulit senectutis. Itaque formetur animus ad intellectum, patientiamque sortis suae, et sciat ni-

L 4

hil

g. *Haec ergo*: cum Grut. et edd. rescripti. Antea, *Haec ego*.
h. *Timagenes*: Nic. Faber sic emend. optime lectionem codd. *ymagines, imagines*.

13. *Timagenes*] Cf. ad III de Ira 23, 3. fqq. not., in qua errorem, quem cum Fabricio erravi, corrigas velim. Non enim hic T. fuisse videtur ille, quem Quintil. Inst. or. X, 1, 75 post Clitarchum recenset, et ex quo I, 10, 10 quaedam affert, sed rhetor et historicus eiusdem, Alexandria ortus. — Ceterum mox Lugdunum ita surrexit, ut vix novem annis a clade clapsis pro Vitellio con-

tra Galbam steterit, Tacito Hist. I, 51. 65. narrante.

14. *A Lucio Planco deductos Vienneses*, qui ab Allobrogibus ad Rhodani et Araris confluentiam confederant, a. v. c. 711 narrat Dio Cass. 46, 50. Nero Lugdunum hanc cladem passum adiuvit quadragies festertio (200,000 thal. ex supputatione Rome de l'Isle) Tacit. Ann. 16, 13.

- 15 hil inaufum esse fortunae. Adversus imperia illam idem habere iuris, quod adversus imperantes: adversus urbes idem posse, quod adversus homines. Nihil horum indignandum est. in eum intravimus mundum, in quo his legibus vivitur. Placet? pare. non placet? quacunque vis, exi. Indignare, si quid in te iniqui proprie constitutum est: sed si haec imos fumosque necessitas alligat, in gratiam cum fato revertere, a quo omnia resolvuntur. Non est quod nos tumulis metiaris, et his monumentis, quae viam disparia praetexunt: aequat omnes cinis. impares nascimur, pares morimur. Idem de urbibus, quod de urbium incolis dico: tam Ardea capta, quam Roma est. Conditor ille iuris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum fumus. Vbi vero ad finem mortalium ventum est: Discede, inquit, ambitio: omnium quae terram premunt, ^{hh}firemps lex
- 17 esto. Ad omnia patienda pares fumus: nemo altero fragilior est, nemo in crastinum sui certior. Alexander

hh. *firemps lex esto.* Ex em. Mureti. In libris erat: *Seve miles esto.* Vulgaverant: *similes esto vel servus miles e.*

16. *Non est quod nos tumulis met. et h. mon.*] Spectant haec ad sepulcra, ideoque ad monumenta cum inscriptionibus iuxta viam publicam erecta, et pro cuiusque fortuna magna, parva, atque adeo disparia. *Ardea* pusilla urbs, comparata cum Roma, cui erat vicina. Cf. Liv. 1, 57. Virg. Aen. VII, 412 not. *firemps* i. similis. cf. Gesneri Thes. h. v.

17. Quae de *Alexandro M.* hic narrantur, nullo historiae

testimonio subnixae sunt, sed petita e declamationibus, quibus hoc propositum erat, libertate sublata, ut fictis argumentis in suavoriis, controversiis etc. uterentur ad eloquentiam umbratilem excolendam, docendam, discendam. Verum est, Alexandrum puerum, non regem, magistro Aristotele Geometriam didicisse, et Persis postea devictis cupidum fuisse visendi Oceanum. Reliqua ad Alexandrum deprimendum de-

der Macedonum rex discere Geometriam, infelix! coeperat, sciturus quam pusilla terra esset, ex qua minimum occupaverat. Ita dico, infelix, ob hoc, quod intelligere debebat falsum se gerere cognomen. quis enim esse magnus in pusillo potest? Erant illa quae tradebantur, subtilia, et diligenti intentione discenda: non quae percipere posset vesanus homo, et trans Oceanum cogitationes suas mittens. Facilia, inquit, 18 me doce. Cui praeceptor, Ista, inquit, omnibus eadem sunt, aequae difficilia. Hoc puta rerum naturam dicere: Ista, de quibus quereris, omnibus eadem sunt: nulli dari faciliora possunt: sed quisquis volet, sibi ipsi illa reddet faciliora. Quomodo? Aequanimitate. Et doleas oportet, et sitias, et esurias, et senescas, et si tibi longior contigerit inter homines mora, et aegrotas, et perdas aliquid, et pereas. Non est tamen quod istis, quae te circumstrepunt, credas: nihil horum malum est, nihil intolerabile, aut durum. Ex consensu istis metus est. sic mortem times, quo- 19 modo famam: quid autem stultius homine, verba metuente? Eleganter Demetrius noster solet dicere, eodem loco sibi esse voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus. Quid enim, inquit, mea refert, sursum isti an deorsum sonent? Quanta dementia est vereri, ne infameris ab infamibus? Quemadmodum famam extimuisistis sine causa: sic et illa, quae nunquam timeretis, nisi fama iussisset. Numquid detri- 20 menti faceret vir bonus, iniquis rumoribus aspersus?

L 5

neo

declamatores mentiti sunt, quos noster nullo iudicio critico usus h. l. et alias sequutus est, et Iuvenal. X, 168: Vnus Pellaco iuveni non sufficit orbis etc. Cf. Io. Schulting. ad M. Senecae Suasor. 1.

19. De *Demetrio* cynico, amico Senecae, cf. ad III, 3 de Providentia. Ceterum simile facete dictum Butleri, Angli, auctoris carminis epici Hudibras, eiusdem fere argumenti notum est.

nec morti quidem haec apud nos noceat: et haec malam molitionem habet. Nemo eorum, qui illam accusant, expertus est. interim temeritas est, damnare quod nescias. At illud scis, quam multis utilis fit, quam multos liberet tormentis, egestate, querellis, suppliciis, taedio. Non sumus in ullius potestate, quum mors in nostra potestate sit.

EPISTOLA XCII.

Quum amicum sibi convenire dicat in eo, ut corpus animi causa adsit eique serviat, sequatur necesse est, beatam vitam in hoc uno positam esse, ut in nobis ratio perfecta sit, qua una id quod honestum est, et beata vita paratur, omni auxilio externo, omni foruito, omni irrationali, excluso. Ita animus sapientis viri exoritur talis, qualis Deum decet, sola honestate contentus. Proinde ἡσυχία admittitur, voluptas non item: quidquid contra dicant Epicurei, quoniam virtus et voluptas sibi adversantur. Attamen bono iudicio ea, quae ad voluptatem spectant, ut, bona valetudo, quies et dolorum vacatio, eligi debent et possunt, quia secundum naturam sunt, etsi bona non sunt. Non in re bonum est, sed in electione: qua in re similis est vestis, quae corpus velat, corpori, quod animi velamentum est. Concedenti, virtutem qui habeat, miserum esse non posse, beatissimum non esse posse, qui naturalibus bonis destituatur, respondet, hoc discrimen statui non posse, quum commoda et incommoda extra nos, imprimis virum bonum sint, quae itaque sive adsint, sive absint, non impedirent, quominus beatus et beatissimus fiat. Obstare quidem possunt incommoda virtuti, uti quaedam soli quoque obstant, sed non minus illam impediunt, quam illum. Falsus itaque est, qui

i. et haec malam molitionem habet. Hanc antiquam lectionem fuisse, docent codd. mss.; veram esse, monstrat nexus: noli credere nec iniquis rumoribus atque iis deprimi, nec angii iis, quae de morte narrantur. nec morti — habet: i. e. nec morti haec fama de ea speciem horribilem circumdet: uti illa fama in bono viro aspergendo, ita in morte accusanda successu bono destituatur: molitio enim est machinatio, Nat. Qu. III, 30 init. haec fama malam i. malignam, nobis terrorem incutientem, molitionem conatum habet, ea utitur. Quae si vera sint, Gronovii emendatione: malam opinionem non indigemus.

qui sapientem parum prospero corpore usum nec miserum esse, nec beatum dicat; ideoque in medio constitutum. Nec in beatitatem tempus aliquid potest: non intenditur virtus, ergo ne beata quidem vita, quae ex virtute est. Non quo longior, sed quo melior et honestior vita sit, quaeri debet. Non solum Diis virtus et beata vita contingit, sed nobis quoque contingere potest: atque ideo ad similitudinem Deorum accedere debemus, quorum socii et membra sumus.

Conferas Senecae libellum De vita beata.

Puto, inter me teque convenit, externa corpori acquiri, corpus in honorem animi coli, in animo esse partes miniftras, per quas movemur alimurque, propter ipsum principale nobis datas. In hoc principali est aliquid irrationale, est et rationale. Illud huic servit: hoc unum est, quod aliô non refertur, sed omnia ad se perfert. Nam illa quoque divina ratio omnibus praeposita est, ipsa sub nullo est: et haec autem nostra eadem est, quia ex illa est. Si de hoc ² inter nos convenit, sequitur ut de illo quoque conveniat, in hoc uno positam esse beatam vitam, ut in nobis ratio perfecta sit. Haec enim sola non submittit animum, stat contra fortunam: in quolibet rerum habitu ^a se virtus servat. Id autem unum bonum est, quod

2. *se virtus servat.* Hanc lectionem codicis Col. ap. Gruter. margini adscriptam cum Lipsio praefero vulgatae: *servata servat.* Codd. omnes *servitus servat*, vel *servitus servit.* Gro-nov. emend. *in quolibet rerum habitu se rectam servat*, h. e. et integram et nefariam flecti. Equidem expectabam h. l. libertatis mentionem.

1. *externa corpori*] in usum corporis omnia, quae fortuita sunt, v. c. valetudo, opes, τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῶν, non nostra, aliena, acquiri. *Partes miniftras* i. quae famulentur, ancil-lenturque rationi, sensus quin-que s. externus, quem vocamus, sensus, facultas loquendi quae-rendique, atque *principale*, τὸ ἡγεμονικόν, (sensus internus) quod dividitur in partem *ratio-nalem* i. facultatem cogitandi et colligendi, et in partem *irratio-nalem*,

quod nunquam defringitur. Is, inquam, beatus, quem nulla res minorem facit: tenet summa, et ne
 3 ulli quidem, nisi sibi, innixus. Nam qui aliquo auxilio sustinetur, potest cadere. Si aliter est, incipient in nobis multum valere non nostra. Quis autem vult constare fortunâ, aut quis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata vita? securitas et perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene iudicati tenax. Ad hoc quomodo pervenitur? si veritas tota perspecta est, si servatus est in rebus agendis ordo, modus, decor, et innoxia voluntas, aut benigna, intenta rationi, nec unquam ab
 4 illa recedens, amabilis simul, mirabilisque. Denique, ut breviter tibi formulam scribam, talis animus sapientis esse viri debet, qualis Deum deceat. Quid potest desiderare is, cui omnia honesta contingunt? Nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum, in iis erit beata vita, ^b cum quibus non est. Et quid stultius, turpiusve, quam bonum rationalis animi

b. *cum quibus non est.* Sic Gronov. in membrana invenit. Antea: *sine quibus non est*, sensu contrario.

nalem, quae in affectibus et concupiscentia posita est. Ita Io. Stobaeus Eclog. P. 1. Tom. II. p. 878 Heer. cf. Lipsii Physiol. stoic. III, c. 17 sqq. Attigit et Tiedemann Syst. II p. 159 sq.

3. *Quis autem vult constare fortunâ?*] i. dependere ab externis fortuitisque? *Quid est vita beata? — Deum deceat.* Similia saepe inculcant noster et reliqui Stoici. cf. Senec. de Constant. Sap. c. 8. Tiedemann III p. 270 sq. *veritas.* Ep. 74, 28: beatum sine scientia divino-

rum humanorumque non potest effici, ἀλθθεια, M. Antonin. II, 16. III, 6. V, 9. *Decor,* κοσμιότης, i. scientia honestarum et turpium motionum. Stob. II, 7 p. 106. Spectant haec ad prudentiam, temperantiam rel. Est itaque τὸ καλὸν (Ep. 66, 16), naturae atque dignitati hominis conveniens. Diog. Laert. VII, 101.

4. *non honesta*] ἀδιάφορα, e. c. vita, opes, pulchritudo, nobilitas rel. cf. Ep. 66, 67, 5. 74, 1. etc. Tiedemann III, p. 106 sq.

animi ex irrationalibus neſtere? Quidam tamen augeri ſummum bonum iudicant, quia parum plenum ſit, fortuitis repugnantibus. Antipater quoque, inter magnos ſectae huius auctores, aliquid ſe tribuere, dicit, externis, ſed exiguum admodum. Vides autem quale ſit, die non eſſe contentum, niſi aliquis igniculus alluxerit. Quod poteſt in hac claritate ſolis habere ſcintilla momentum? Si non eſ ſola honeſtate contentus, neceſſe eſt aut quietem adiici velis, quam heſychiam vocant Graeci, aut voluptatem. Horum alterum ut-
cunque recipi poteſt: vacat enim animus moleſtia, liber ad conſpectum univerſi, nihilque illum avocatur a contemplatione naturae: alterum illud, voluptas, bonum pecoris eſt. Adiicimus rationali irrationale, honeſto inhoneſtum. Magnam vitam facit titillatio corporis? quid ergo dubitatis dicere, bene eſſe homini, ſi palato bene eſt? Et hunc tu, non dico inter viros numeras, ſed inter homines, cuius ſummum bonum ſaporibus, ac coloribus, ac ſonis conſtat? Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo, ac diis ſecundo; mutis aggregetur animalibus pabulo laetum. Irrationalis pars animi duas habet partes: alteram animoſam, ambitio-

c. *pabulo laetum*. Sic omnes mſſ. Ante Gronov. *pabulo natum*.

5. *Antipater*] cf. ad Ep. 87, 34, ubi Antipater vel non clare opinionem ſuam diverſam expromiſit; nam diſceſſit a veteribus, qui omnino ſine externis vitam beatam conſtare dicebant; vel noſter eius ſcripta nonniſi ex aliorum auctorum mentione cognoverat. *Heſychiam*, ἡſυχίαν, mox per quietem explicat, qua om-

nem a rebus publicis ſecefſum denotat.

6. *Magnam vitam corporis?*] cf. de vita beata 5, 4. Epicureos tangit, quos in propria felicitate promovenda atque evehenda virtutem ideoque vitam beatam poſuiſſe conſtat.

7. *Irrationalis pars animi — deditam*] altera eſt affectionibus dedita, τὸ θυμικόν, irſcens,

bitiosam, impotentem, positam in affectionibus: alteram humilem, languidam, voluptatibus deditam. Illam effraenatam, meliorem tamen, certe fortio-
 8 rem ac digniorem viro, reliquerunt: hanc necessariam beatæ
 vite putaverunt, enervem et abiectam. Huic rationem
 servire iusserunt, et fecerunt animalis generosissimi bonum, demissum et ignobile. Praeterea mixtum, portentosumque, et ^dex diversis animalis non congruentibus membris, nam, ut ait Virgilius noster in Scylla,

*Prima hominis facies et pulchro pectore virgo
 Pube tenuis: postrema immani corpore pistrinx,
 Delphinum caudas utero commissa luporum.*

Huic tamen Scyllae fera animalia iuncta sunt, horrenda, velocia: at isti sapientiam ex quibusnam
 9 compositis portentis? Prima hominis pars est ipsa virtus: huic committitur ^einutilis caro, et fluida, et receptandis tantum cibus habilis, ut ait Posidonius. Virtus illa divina in lubricum definit, et superioribus partibus venerandis atque coelestibus, animal iners ad
 marci-

- ^d. *ex diversis animalis non congruentibus.* Mss. omnes: *animalis. non* inferui sententia poscente: nam mirum portentosumque est, diversa animalium membra tamen congruere. Gronov. emend. vel, *ex diversis uni incongruentibus membris,* vel, *ex diverso animali congr.* i. e. ei quod homini diversum vel oppositum est, nempe muto et irrationali.
- ^e. *inutilis.* Sic Erasim. et mss. Grut. Muretus dederat *futilis.* Mox §. 10 *usque ad incesta:* quod mss. et editio vetus male praebent *u. a. ingesta.* Erasim. et Muret.: *ad indigesta.*

scens, animosum illud et irritable; aliter, τὸ παθητικόν: altera est concupiscens, τὸ ἐπιθυμητικόν. cf. ad §. 1.

8. Obiectio, quam Seneca Epicureis facit, a Kantio pro-

batur in Critik der prakt. Vernunft p. 201 sq. ed. II. Virgilii versus extant in Aen. III. 426 sqq. in Scylla i. in loco de S., aut potius iungenda sunt in Scylla Prima h. f., iudice Heynio Prooem. in Cirin.

marcidum attexitur. Illa utcunque alta quies, nihil quidem ipsa animo praestabat, sed impedimenta removebat: voluptas ultro dissolvit, et omne robur emollit. Quae invenietur tam discors inter se iunctura corporum? Fortissimae rei inertissima adstruitur, severissimae parum 10
 feria, sanctissimae intemperans usque ad incesta. Quid ergo? inquit: si virtutem nihil impeditura sit bona valetudo, et quies, et dolorum vacatio; non petes illa? Quidni petam? non quia bona sunt, sed quia secundum naturam sunt, et quia bono a me iudicio sumuntur. Quod erit in illis tunc bonum? hoc unum, bene eligi. Nam quum vestem qualem decet fumo, quum am- 11
 bulo ut oportet, quum coeno quemadmodum debeo: non coena, aut ambulatio, aut vestis bona sunt, sed meum in his propositum, ^fservantis in quaque re rationi convenientem modum. Etiam nunc adiiciam: Mundae vestis electio appetenda est homini. naturâ enim homo mundum et elegans animal est. Itaque 12
 non est bonum per se munda vestis, sed mundae vestis electio: quia non in re bonum est, sed in electione: qua actiones nostrae honestae sunt, non ipsa quae aguntur. Quod de veste dixi, idem de corpore me existima dicere. nam hoc quoque natura, ut quandam vestem, animo circumdedit: velamentum eius est. Quis autem unquam vestimenta aestimavit arculâ? Nec
 bonum,

f. *servantis*. Sic omnes mss. palat. et Gronov. etc. Genitivum e pronom. possessivo oriri nunc satis nota res est. Antea: *servandi*.

9. *Illâ utcunque alta quies*] de qua vid. §. 6. 7. *ἡσυχία*.

10. *Quid ergo? inquit*] Epicureus. Sermo est de adia-phoris s. mediis, quae bona sunt electione, mala autem

reiectione nostra. cf. Ep. 66, 4. et Argumentum illi epistolae praefixum.

12. *arculâ*] in qua recon-duntur et asservantur: cf. De Tranquill. c. 1, 3. 8.

- 13 bonum, nec malum vagina gladium facit. Ergo de corpore quoque idem tibi respondeo: sumturum quidem me, si detur electio, et sanitatem et vires: bonum autem futurum iudicium de illis meum, non ipsa. „Est quidem, inquit, sapiens beatus: summum tamen illud bonum non affequitur, nisi illi et naturalia instrumenta respondeant. Ita miser quidem esse, qui virtutem habet, non potest; beatissimus autem non est, qui naturalibus bonis destituitur, ut valetudine,
- 14 et membrorum integritate.“ Quod incredibilius videtur, id concedis, aliquem in maximis et continuis doloribus non esse miserum, esse etiam beatum: quod levius est; negas, beatissimum esse. Atqui si potest virtus efficere, ne miser aliquis sit, facilius efficiet, ut beatissimus sit. minus enim intervalli a beato ad beatissimum restat, quam a misero ad beatum. An quae res tantum valet, ut ereptum calamitatibus inter beatos locet, non potest adiacere quod superest, ut
- 15 beatissimum faciat? in summo deficit clivo? Com-
moda

13. *inquit*] adversarius academicus et peripateticus: quippe qui contendunt, a virtute quidem beatitatem esse, sed non plenam et summam, nisi externa etiam accedant, quae *naturalia instrumenta* s. *bona* vocant. Cic. Tusc. Q. V, 8. 16 sqq. Stoici tamen haec non bona corporis appellant, sed neutra, media, interiecta, creberrime indifferentia: de quibus et cum Pyrrhonis asselcis disputaverunt, omnia, quae Stoici de virtute, vicio, bono etc. posuerunt, labefactantibus. (Cf. Buhlii Lehrbuch der Gesch. der Phil. III p. 402 sqq.)

Vsum habent *commoda* s. producta, non utilitatem s. bonum; sumuntur quidem, sed non expetuntur: sint apud nos, sed ita ut meminerimus, extra nos esse, i. extra animum, primam et paene totam nostri partem. Bona illa sunt vera, quae ratio dat, cetera tantum opinione sunt bona. Ep. 74, 16. Lipsii Manud. II, 23. Stoici itaque contendebant iure, beatissimum esse posse et debere, etiamsi his naturalibus bonis s. commodis destituatur, nec miserum, etiamsi sit sub incommodis, s. iis quae fugienda sint.

moda sunt in vita et incommoda: utraque extra nos. Si non est miser vir bonus, quamvis omnibus prematur incommodis: quomodo non beatissimus, etsi aliquibus commodis deficitur? Nam quemadmodum incommodorum onere usque ad miserum non deprimitur, sic commodorum inopia non deducitur a beatissimo: sed tam sine commodis beatissimus est, quam non est sub incommodis miser. „An non potest illi eripi bonum suum, si potest minui?“ Paulo ante dicebam, ¹⁶ igniculum nihil conferre lumini solis: claritate enim eius, quidquid sine eo lucet, absconditur. Sed quaedam, inquit, soli quoque obstant. At solis vis et lux integra est, etiam inter opposita: et quamvis aliquid interiaceat, quod nos prohibeat eius adspectu, in opere est, cursu suo fertur. Quoties inter nubila luxit, non est fereno minor, nec tardior quidem: quoniam multum interest, utrum aliquid obstet tantum, an impediatur. Eodem modo virtuti opposita nihil detra- ¹⁷ hunt. non est minor, sed minus fulget: nobis forsitan non aequè apparet ac nitet; sibi eadem est, et more solis obscuri, in occulto vim suam exercet. Hoc itaque adversus virtutem possunt calamitates, et damna, et iniuriae, quod adversus solem potest nebula. Invenitur qui dicat, sapientem corpore parum prospero usum, nec miserum esse, nec beatum. Hic quoque falli-

16. Paulo ante dicebam] §. 5. Quum Stoicis virtus abstracti loco sit, atque cum ratione perfecta conveniat, responsio repellit objectionem, quam vide Ep. 74, 16. 66, 7. et 19. Cic. fin. III, 14, ubi eadem imagine et caeteros Stoicos ad illustrandam hanc doctrinam usos esse patet.

Vol. III.

17. Eodem modo — detrahunt.] Noli putare hic notiones commutari: nam quae de virtute valent, praedicantur quoque de beatitudine, quippe quae ex virtute est. *Invenitur — nec beatum.* Academicorum al. sententia haec fuit, uti supra vidimus.

M

- fallitur. exaequat enim fortuita virtutibus, et tantundem tribuit honestis, quantum honestate carentibus.
- 18 Quid autem foedius, quid indignius, quam comparare veneranda contemtis? Veneranda enim sunt, fides, iustitia, pietas, fortitudo, prudentia: e contrario vilia sunt, quae saepe contingunt pleniora vilissimis, crus solidum, et lacertus, et dentes, et horum sanitas, firmitasque. Deinde si sapiens, cui corpus molestum est, nec miser habebitur, nec beatus, sed in medio relinquetur: vita quoque eius nec appetenda erit, nec
- 19 fugienda. Quid autem tam absurdum, quam sapientis vitam appetendam non esse? aut quid tam extra fidem, quam esse aliquam vitam nec appetendam, nec fugiendam? Deinde, si damna corporis miserum non faciunt, beatum esse patiuntur. Nam quibus potentia non est in peiorem transferendi statum, nec interpellandi quidem optimum. „Frigidum, inquit, aliquid, et calidum novimus: inter utrumque tepidum est. Sic aliquis beatus est, aliquis miser: aliquis nec miser, nec
- 20 beatus.“ Volo hanc contra nos positam imaginem excutere. Si tepido illi plus frigidi ingessero, fiet frigidum: si plus calidi affudero, fiet novissime calidum. At huic nec misero, nec beato, quantumcunque ad miseras adiecero, miser non erit, quemadmodum dicitis: ergo imago ista dissimilis est. Deinde trado tibi hominem, nec miserum, nec beatum. huic adicio caecitatem, non fit miser: adicio debilitatem, non fit miser: adicio dolores continuos et graves, non
- 21 fit miser. Quem tam multa mala in miseram vitam non transferunt, nec ex beata quidem educunt. Si non potest, ut dicitis, sapiens ex beato in miserum decidere, non potest in non beatum. quare enim qui
labi

19. *Frigidum — nec beatus.*] Inprimis Aristotelicorum hanc esse obiectionem patet.

labi coepit, alicubi subsistat? quae res non patitur illum ad imum devolvi, retinet in summo. „Quidni non possit beata vita rescindi?“ nec remitti quidem potest: et ideo virtus ad illam per se ipsa satis est. „Quid ergo? inquit. sapiens non est beator, qui diutius vixerit, quem nullus avocavit dolor: quam ille qui cum mala fortuna semper luctatus est?“ Re-22 sponde mihi: Numquid et melior est, et honestior? si haec non sunt, nec beator quidem est. Rectius vivat, oportet, ut beator vivat: si rectius non potest, ne beator quidem. Non intenditur virtus: ergo ne beata quidem vita, quae ex virtute est. Virtus enim tantum bonum est, ut istas accessiones minutas non sentiat, brevitatem aevi, et dolorem, et corporum varias offensiones. Nam voluptas non est digna, ad quam respiciat. Quid est in virtute praecipuum? 23 futuro non indigere, nec dies suos computare, & in quantolibet tempore aeterna consummare. Incredibilia nobis haec videntur, et supra humanam naturam excurrentia; maiestatem enim eius ex nostra imbecillitate metimur, et vitiis nostris nomen virtutis imponimus. Quid porro, non aequè incredibile videtur, aliquem in summis cruciatibus positum dicere, Beator sum? atqui haec vox in ipsa officina voluptatis est audita. Beatissimum, inquit, hunc et ultimum diem ago, Epi-24 curus: quum illum hinc urinae difficultas torqueret,

M 2

hinc

g. in quantolibet tempore aeterna consummare. Hanc lectionem invenerat Gronov. in mss. et recepit. i. e. in quantolibet tempore ad aeternitatem pervenire, vel certe illa, quae aeterna sunt, nempe vera et unica bona perficere ac mature, rare,

21. Quidni — rescindi?] iectio Academiae et Lycei. Cf. Obiectio Academic. esse videtur Lipsii Manud. III, 3. et Peripatet. Quid ergo? — 24. Epicurus] cf. ad Ep. luctatus est? Et haec est ob. 66, 17. 18. Sunt haec desum-

hinc insanabilis exulcerati dolor ventris. Quare ergo incredibilia sunt ista apud eos, qui virtutem colunt: quum apud eos quoque reperiantur, apud quos voluptas imperat? Hi quoque degeneres et humillimae mentis aiunt, in summis doloribus, in summis calamitatibus, sapientem nec miserum futurum, nec beatum. Atqui hoc quoque incredibile est, immo incre-
 25 dibilius. Non video enim, quomodo non in infimum agatur, e fastigio suo deiecta virtus. Aut beatum praestare debet: aut, si ab hoc depulsa est, non prohibebit fieri miserum. Stans non potest vinci. aut vincatur oportet, aut vincat. „Diis, inquit, immortalibus solis et virtus et beata vita contingit: nobis umbra quaedam, illorum bonorum et similitudo. accedimus ad illa, non pervenimus.“ Ratio vero diis
 26 in nobis consummabilis. Sed ad desperationem nos vitia nostra perducunt. Nam ille alter secundus, ut aliquis parum constans ad custodienda optima, cuius iudicium labat etiamnunc et incertum est, ^hdesiderat oculorum atque aurium caeterorumque sensuum bonam vale-

rare, ad quod in aliis temporis intervalla requiruntur. Antea: *in quantolibet tempore bona aeterna consummat.*

h. *desiderat oculorum atque aurium caeterorumque sensuum bonam v. dant Grut. et Gron. mss. Antea: desiderat o. a. a. sen-*

ta ex Epistola Hermacho missa, quae exstat ap. Diog. Laert. X, 22, versa in latinum sermonem ap. Ciceron. de fin. II, 30: „Epicurus Hermacho Salut. d. Quum ageremus vitae beatum et eundem supremum diem, scribebamus haec. Tanti autem morbi aderant vesicae et viscerum, ut nihil ad

eorum magnitudinem possit accedere rel.“

25. *Stans non potest vinci*] tamdiu virtus perfectam suam conditionem retinet, e fastigio suo deiici, vinci non potest. *Diis inquit* Academ. et Peripatet.

26. *Nam ille alter secundus*] Solet passim distinguere Senec-

valetudinem, et non foedum adspectum corporis, et habitu manentem suo, aetatis praeterea longius spatium. Per hanc potest non poenitenda agitare: at ²⁷ imperfecto viro huic malitiae vis quaedam inest, qua animum habet mobilem: ad prava illum agit haerens malitia, et ea agitatio abest a bono. Non est adhuc bonus, sed in bonum fingitur: cuicumque autem deest aliquid ad bonum, malus est.

Sed si cui virtus animusque in corpore praesens;

hic deos aequat, illo tendit, originis suae memor. Nemo improbe eo conatur ascendere, unde descen- ²⁸ derat. Quid est autem, cur non existimes in eo divini aliquid existere, qui Dei pars est? totum hoc quo continemur, et unum est, et Deus: et focii eius fumus, et membra. Capax est noster animus: perferitur illo, si vitia non deprimant. Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur, et spectat in coelum; ita animus, cui, in quantum vult, licet porrigi, in hoc a natura rerum formatus est, ut paria diis ve-

M 3

lit,

sensum, bon. v. Mox: Per hanc potest non poenitenda agitare: at imperfecto viro huic malitiae vis quaedam inest, qua animum habet mobilem: ad prava illum agit haerens malitia etc. In his constituendis sequor et Grutor. et Gronovium: nisi quod huius emendationem: Per hunc: potest — non necessariam putam. Antea: ut in imperfecto viro. Huic — mobilem ad prava. ille agit carens malitia: quae sensu carebant.

Seneca virum perfectum a tolerabili, et imperfecto, et proficienti (Ep. 16, 1. 57, 2. 94, 47.) illum, quem et sapientem et bonum vocat, qui ad summum gradum virtutis ac vitae beatae pervenit; quem hic vocat *secundum*, multum profecit, necdum, tamen apicem

consequutus est, nondum veritatem perspexit, atque contemptum externorum nondum induit. Gronov. Mox versus Virgilii est Aen. V, 363.

28. *Quid est — membra*] Stoicum hoc dogma saepe iam vidimus. Multus est in eo excutiendo Lipsius Physiol. st. I, 8.

lit, et sic utatur suis viribus, ac se in spatium suum
 29 extendat. Nam si aliena vi ad summa niteretur, ma-
 gnus erat labor, ire in coelum: redit. quum hoc iter
 nactus est, vadit audacter, et contemtor omnium,
 nec ad pecuniam respicit: aurum argentumque, illis
 in quibus iacuere tenebris dignissima, non ad hunc
 aestimat splendorem, quo imperitorum verberant ocu-
 los, ⁱ et averterunt a coelo, ex quo illa secrevit cupi-
 ditas nostra et effodit. Scit, inquam, alibi positas
 esse divitias, quam quo congeruntur: animum impleri
 30 debere, non arcam. Hunc imponere dominio omnium
 rerum licet, hunc in possessionem rerum naturae in-
 ducere, ^k ut suarum possessionum Orientis Occidentis-
 que terminus fiat, deorumque ritu cuncta possideat;
 quum opibus suis divites superne despiciat, quorum
 nemo tam laetus est suo, quam tristis alieno. Quum
 se in hanc sublimitatem tulit, corporis quoque, velut
 oneris necessarii, non amator, sed procurator est:
 nec

i. *et averterunt a coelo*: bonae huic lectioni mss. codd. et edd. consentiunt: proinde nec opus erat emendatione Gruteri: *scit erui e coeno*, nec Rubenii: *sed a veteri coeno*. Sensus: ex quo tempore cupiditas nostra secrevit aurum argentumque atque effodit, illa averterunt nos a coelo, unde originem ducimus etc.

k. *ut suarum possessionum Orientis Occidentisque terminus fiat* sc. animus. Lectio bona codd. plurimorum et edd. Pintianus autem monuit, scripturam veterem habere et compendiosius et elegantius (sed vereor ut clarius): *ut suae Orientis Occidentisque term. f.* Hinc Muretus hariolatione fecerat: *ut suorum Oriens Occidensque t. f.*

29. *quum hoc iter — effodit.*] Cf. Horat. II Carm. II, 23. regnum et diadema tutum Deferens uni, propriamque laurum, Quisquis ingentes ocu- lo irretorto Spectat acervos: ubi Mitscherlich nostro loco bene usus est.

30. Omnia sapientum esse, *αὐτάρκη εἶναι τὸν σοφόν· πάντα γὰρ αὐτοῦ εἶναι τῶν ἄλλων*, quatenus oculis et animo usurpet, Cynismi et Stoicis commune dogma. Lipsius in Manud. III, § 11.

nec se illi cui impositus est, subiicit. Nemo liber est, 31
 qui corpori servit. nam ut alios dominos, quos nimia pro illo sollicitudo invenit, transeas, ipsius morosum imperium delicatumque est. Ab hoc, modo aequo animo exit, modo magno profilit: nec, quis deinde reliquis eius futurus sit exitus, quaerit. Sed ut ex barba capillos detonsos negligimus: ita ille divinus animus egressurus hominem, quod receptaculum suum conferatur, ignis illud exurat, an ferae distrabant, an terra contegat, non magis ad se iudicat pertinere, quam secundas ad editum infantem. Vtrum proiectum 32
 aves differant, an consumatur

— canibus data praeda marinis,

quid ad illum? qui tunc quoque, quum inter homines est, nullas minas timet; ullasne timebit post mortem minas eorum, quibus usque ad mortem timeri parum est? Non conterret, inquit, me, nec uncus, nec proiecti ad contumeliam cadaveris laceratio, foeda visuris. Neminem de supremo officio rogo: nulli

M 4

reli-

1. *conterret*. Lipsius e con. textui immisit, probante Gronovio. Antea *conteret*. at neque unci est conterere, sed trahere. Et de terrore agitur.

31. *Ab hoc — profilit*] i. vel manet, usque dum naturaliter moriatur, vel sponte exit, vi sibi illata. *nec quis — quaerit*, ut Diog. sinopenf. et Anaxagoras ap. Cic. Tusc. Q. I, 43. *secundas*, membranas, quibus infans in utero involvitur, editumque in lucem sequuntur: unde secundae. Graecis a simili causa, τὰ ὑστερα. L. Alias et vocantur secundinae.

32. *Vtrum — differant*] huc illuc trahant et deportent. Sic Horat. Ep. 5, 99: post insepulta membra different lupi Et Esquilinae alites. cf. Seneca de Tranq. c. 14. Versus Virgilii Aen. IX, 485 ad parodiam deflexit. *Non conterret — uncus* quo improbi ac damnati trahebantur ab Hamatrahonibus. cf. Festus h. v. Seneca de Ira III, 3, 6. *Alte cinctum* i. e. in-

reliquias meas commendo. ne quis infepultus esset, rerum natura prospexit. Quem faevitia proiecerit, dies condet. Diserte Maecenas ait:

Nec tumultum curo. sepelit natura relictos.

Alte cinctum putes dixisse. habuit enim ingenium et grande et virile, nisi illud secum discinxisset.

EPISTOLA XCIII.

Querela Lucilii de morte Metronactis philosophi, qui juvenis obiit, ansam dedit Senecae, ad aequitatem adversus Deum cohortandi et ad obsequium, quod naturae debemus; praestandum. Non multum refert, juvenis an senex obeas, sed utrum officiis tuis bene functus sis: itaque vita non aetate s. spatio temporis, sed actu metienda est, quae longa est, modo bona fuerit. Accedit quod aetas inter fortuita s. externa est, quum, quamdiu bonus vir sis, in tua potestate sit, et quamdiu ad sapientiam vi-vas. Cf. Senecae tres Consolationes, quas primo Volumine exhibuimus.

In epistola, qua de morte Metronactis philosophi querebaris, tanquam et potuisset diutius vivere, et debuisset, aequitatem tuam desideravi: quae tibi in omni persona, in omni negotio superest; in una re deest, in qua omnibus. Multos inveni aequos adversus homines: adversus deos neminem. Obiurgamus quotidie fatum: Quare ille in medio cursu raptus est?
qua-

industriam, militarem, patientem laboris: molliculi s. remissi tunicas demiserunt: unde una cum veste et corpore ingenium dissolvit, enervavit et effeminavit. Horat. I Serm. 3, 5: Hoc iter ignavi divisimus, altius ac nos Praecinctis unum.

1. *Metronactis*] qui Neapoli (philosophiam) docuit et obiit, ut discas ex Epist. 76, 1. L. *in omni persona* quam generis, munere, officio publico, cf. Perizon, ad Sanctii Minerv. I, 12, 4 et Ernesti Clav. Cic. h. v. *omnibus* sc. deest.

quare ille non rapitur? quare senectutem et sibi et aliis gravem extendit? Vtrum, obsecro te, aequius 2 iudicas, te naturae, an tibi parere naturam? quid autem interest quam cito exeas, unde utique exeundum est? Non ut diu vivamus, curandum est, sed ut fatis: nam ut diu vivas, fato opus est, ut fatis, animo. Longa est vita, si plena est. impletur autem, quum animus sibi bonum suum reddidit, et ad se potestatem sui transtulit. Quid illum octoginta anni iuvant, per inertiam exacti? non vixit iste, sed in vita moratus est: nec fero mortuus est, sed diu. Octoginta annis vixit. Interest, mortem eius ex quo 3 die numeres! At ille obiit viridis: sed officia boni civis, boni amici, boni filii exsecutus est: in nulla parte cessavit. licet eius aetas imperfecta sit, vita perfecta est. Octoginta annis vixit. Immo octoginta annis fuit: nisi forte sic vixisse eum dicis, quomodo dicuntur arbores vivere. Obsecro te, mi Lucili, hoc agamus; ut quemadmodum pretiosa rerum, sic vita nostra non pateat multum, sed multum pendat. Actu 4 illam metiamur, non tempore. Vis scire, quid inter hunc intersit vegetum contemptoremque fortunae, functum omnibus vitae humanae stipendiis, atque in summum bonum eius evectum, et illum cui multi anni transmissi sunt? alter post mortem quoque est, alter

M 5

ante

2. *Non ut diu — fatis*] Saepe hoc noster et alii inculcant, e. c. Ep. 22, 13. 70, 3; Non enim vivere bonum est, sed bene vivere. 77, passim. Similia laudat Lipsius ex Plutarchi consolatione ad Apollon. To. VII, p. 341 sq. Hutt., quae quidem sunt egregia, sed brevitatis notarum non capit.

3. *pretiosa rerum*] Gemmae et lapides etc. quae in brevitate pretium habent, L.

4. *stipendiis*] i. muneribus officiisque: ideoque nactum illud, quod summum est in vita. Allusio ad militiam est manifesta, quam attigit Wernsdorf, Exc. XVIII ad Poet. Lat. min.

To.

ante mortem periit. Laudemus itaque, et in numero felicitium reponamus eum, cui quantumcunque temporis contigit, bene collocatum est. Vidit enim veram lucem, non fuit unus e multis. et vivit, et vixit, et viguit. Aliquando fereno usus est: aliquando, ut solet, validi fideris fulgor per nubila emicuit. Quid quaeris, quamdiu vixerit? vixit ad posteros usque: transfiliit, et se in memoriam dedit. Nec ideo mihi plures annos accedere recusaverim: nihil tamen ad beatam vitam defuisse dicam, si spatium eius inciditur. Non enim ad eum diem me aptavi, quem ultimum mihi spes avida promiserat: sed nullum non tanquam ultimum adspexi. Quid me interrogas, quando natus sim? an inter iuniores adhuc censear? habeo meum. Quemadmodum in minore corporis habitu, potest homo esse perfectus: sic et in minore temporis modo, potest esse vita perfecta. Aetas inter externa est. Quamdiu sim, alienum est: quamdiu vir bonus sim, meum est. Hoc a me exige, ne velut per tenebras aevum ignobile emetiar: ut agam vitam, non ut praetervehar. Quaeris quod sit amplissimum vitae spatium? usque ad sapientiam vivere. Qui ad illam pervenit, attingit non longissimum finem, sed maximum. Ille vero gloriatur audacter, et diis agat gratias: interque eos sibi et rerum naturae imputet, quod fuit. Merito enim imputabit: meliorem illi vitam reddidit, quam

To. II. p. 351. *ante mortem periit.* acumen facile intelligis. Vita nimirum ei proprie non fuit vera, sed quae arboribus est: iam ante esse desiit, quam morte sublatu est.

5. *Nec ideo mihi — inciditur.*] Spectant haec ad dogma

stoicum, quod saepius iam vidimus, vitam beatam non magis intendi quam virtutem, unde oriatur, e. c. Ep. 92, 22.

6. *habeo meum*] id quod mihi assignatum et in potestate mea est. *aetas inter externa est* i. fortuita, commoda, su-

quam acceperat. Exemplar boni viri posuit: qualis quantusque esset ostendit: si quid adiecisset, fuisset simile praeterito. Et tamen quousque vivimus? omnium rerum cognitione fructi sumus. Scimus a quibus ⁸ *a* principalis natura se attollat, quemadmodum ordinet mundum, per quas vices annum revocet, quemadmodum omnia quae usquam erant, cluserit, et seipsam sui finem fecerit. Scimus, sidera impetu suo vadere: praeter terram nihil stare, cetera continua velocitate decurrere. Scimus quemadmodum solem luna praetereat: quare tardior velociorem post se relinquat: quomodo lumen accipiat, aut perdat: quae causa inducat noctem, quae reducat diem. Illuc eundum est, ubi ⁹ ista propius adspicias. „Nec hac spe, inquit sapiens ille, fortius exeo, quod patere mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem admitti, et iam inter illos fui: animumque illò meum misi, et ad me illi suum miserunt. Sed tolli me de medio puta, et post mortem nihil ex homine restare: aequè magnum animum habeo, etiamsi nusquam transiturus excedo.“ — Non tam

a. *principalis*. Omnes Mss. hanc lectionem tuentur. At Lipsius coni. a quibus *principiis natura*. Cic. Nat. D. II, II. §. 29 naturae principatum dicit, quod Graeci *ἡγεμονικόν* vocant.

sumenda, producta, προηγμένα.

7. *Et tamen quousque — sumus.*] Non opus est, ut diu vivamus, quia assequuti sumus ea, quorum causa vivimus.

8. *Scimus a quibus rel.*] In vita nostra rescivimus, quae sint ea, unde illa natura omnia penetrans et regens se attollat: *principalis ἡγεμονική*, quae

ratione perfecta praedita ad illam maiestatem se sustulit.

Caeterum dicere haud habeo, utrum modestiam in his, an nimiam istius cognitionis aestimationem mirer.

9. *Nec hac spe — iudico.*]

Non illa spes propius ista adspiciendi mihi maiorem fortitudinem dedit e vita exeundi ad *deos meos*, quorum membrum et pars sum.

tam multis vixit annis, quam potuit. — ^b Et paucorum
 versuum liber est, et quidem laudandus, atque utilis:
 10 annales Tanusii scis quam non decorosi sint, et quid
 vocentur. haec est vita quorundam longa, et quod
 Tanusii sequitur annales. Numquid feliciorum iudicas
 eum, qui summo die muneris, quam eum, qui medio
 occiditur? numquid aliquem esse tam stulte cupidum
 vitae putas, ut iugulari in spoliario, quam in arena
 malit? Non maiore spatio alter alterum praecedimus.
 mors per omnes it: qui occidit, consequitur occisum.
 Minimum est, de quo sollicitissime agitur. Quid autem
 ad rem pertinet, quamdiu vites, quod evitare non possis?

b. *Et paucorum versuum liber est, et quidem laudandus, atque utilis: annales Tanusii scis quam non decorosi sint, et quid vocentur. haec est etc. Tanusii praestant codd. et praefert Ger. Io. Vossius de Hist. Lat. I p. 59 ed. Erfc. antea: Tanusii. Decorosi maior codd. numerus praebet: nec durius putat Gron. quam scelerosus ap. Lucretium. antea: quam non decori sint.* Opponit Seneca librum exiguae molis sed utilem, quem cum brevi at laudanda vita comparat, Annalibus Tanusii, libro satis amplo sed pravo et deriso, quem comparat cum vita longa at parum utili. Fuit quum arbitrarer, annales Tanusii explicationis esse loco libri paucorum versuum atque utilis. Sed Seneca magis digna videtur ratio, quam sequutus sum.

10. *annales Tanusii scis quam non decorosi sint, et quid vocentur. haec est vita q. l. et quod T. f. a.* In Suetonii Iulio C. Historia Tanusii Gemini memoratur: nec vero distat, esse istum. L. *et quid vocentur* nempe quod illi Ca-

tulliani Annales Volusi, cata charta. L. *in spoliario.* Pars arenae s. amphitheatri fuit, in qua indui, exui solebant, et laesi ac deinceps inutiles occidi. Ego I Saturn. c. 18. L. cf. Var. Lect.

EPISTOLA XCIV.

An praecepta moralia cuique personae propriae data necessaria sint, hac Epistola inquirat. Nam Aristoteli stoicus quaestionem negat: quum ille, qui decreta philosophiae s. generalia praecepta intellexerit didiceritque, sibi ipse praeceptat, quid in quaque re faciendum sit — §. 3. Cleanthes contra et universa et cuique personae propria, quae specialia vocamus, utiliter coniungenda esse statuit — 4. At primum, quod ad Aristonis sententiam attinet, repudiat illa specialia praecepta. Sunt enim nullius utilitatis illa praecepta et regulae, quamdiu menti error offusus est: quo demum discusso apparebit et ultro, quid cuique debeatur officio — 9. Deinde non statim ita ad vivum exprimi possunt illa praecepta, uti tamen fieri deberet, si actum progerninare et ad eum pertinere oportet, quum praeceptans non in hac ipsa conditione sit, de qua ipsi sermo est — 10. Tum nec manifesta regulis indigent, et obscura ambiguaque probationibus adiuvandi debent: itaque illa, per quae probas, satis per se sunt — 13. Adhaec caput omnium errorum pravus opinionibus et praepudiciis continetur: quae nonnisi universali Ethica corriguntur — 14. Denique Ethica specialis incomprehensibile opus est, quum officiorum ambitus immensus sit — 17. His respondet Seneca: Primum non esse satis, impedimenta, errores vel. amovisse, nisi et statim rectam viam monstraveris — 24. Deinde non solum docere est propositum regulis, sed ut quae iam didiceris, reminiscaris. Regulae, quae formam sententiarum induunt, aut carmini intexta sunt, hoc assequuntur: excitant animum — 31. Tum regulae speciales animum nostrum expergefaciunt, et indolem naturalem impellunt diriguntque ad ea, quae, si forte incidant quaedam, facienda sint — 35. Tandem certus numerus praeceptorum cur non esse possit, haudquaquam clarum est — 37.

Iam quum ab Aristone dicatur, legum et praeceptorum eandem fere esse conditionem, huic obiectioni ita obviam it, ut dicat, esse quidem hoc concedendum, sed inde non sequi, ea esse inutilia. Si enim consuetudo cum sapiente utilis est, quidni et eius praecepta conducant? — 45. Adhaec praecepta vim praesentem habent in actiones nostras, fiduciam in nobismetipsis firmanant — 48.

Supervacua sunt praecepta, obiicitur, quoniam virtus in cognitione et animi habitu cognitionem illam sequendi constat. Respondetur, hoc tantum de sapiente valet, minime vero de imper-

perfecto, qui impelli atque incitari debet, quin etiam in rectam viam dirigi. Sequitur ex his, esse in hac vita illam philosophiam paraeneticam s. praeceptivam necessariam: quare errores et praeiudicia removenda sunt.

Eam partem philosophiae, quae dat propria cuique personae praecepta, nec in universum componit hominem, sed marito suadet, quomodo se gerat adversus uxorem: patri, quomodo educet liberos: domino, quomodo servos regat: quidam solam receperunt, ceteras quasi extra nostram utilitatem vagantes reliquerunt: tanquam quis possit de parte suadere, nisi qui **2** summam prius totius vitae complexus est. Sed Aristoteles Stoicus e contrario hanc partem levem existimat, et quae non descendat in pectus usque: at illam non habentem praecepta, plurimum ait proficere; ipsaque decreta philosophiae, constitutionem esse summi boni, quam qui bene intellexit et didicit, quid in quaque re faciendum sit, sibi ipse praecepit. Quemadmodum qui iaculari discit, destinatum locum captat, et manum **3** format ad dirigenda quae mittit: quum hanc vim ex disciplina et exercitatione percepit, quocumque vult, illa utitur: didicit enim non hoc aut illud ferire, sed quodcumque voluerit. sic qui se ad totam vitam instruxit,

1. *Eam partem — complexus est.*] Noster Ep. 95, ἡ παραενετική s. [praeceptivam appellat hanc partem, quam nos practicam vocare solemus, philosophiam moralem, quae plerumque obligationes imperfectas, quas dicimus, continet, quoniam eae civium arbitrio relinquuntur, nec legibus diserte definiuntur. Instrumentum autem huius philosophiae practicae est Ethica,

quae voluntatis emendandae, constituendae et ad bonum dirigendae regulas et rationes docet.

2. *Aristoteles Stoicus*] Cf. ad Ep. 89, 11. Fortasse haec excerptit Seneca ex Epistolis Aristotelis ad Cleanthem, quas solas Aristoteli tribuebant, multa alia opera ab aliis ei adscripta excludebant, Panaetius et Socrates, teste Diog. Laert. VII, 163.

xit, non desiderat particulatim admoneri, doctus in totum: non quomodo cum uxore aut cum filio viveret, sed quomodo bene viveret. in hoc est, et quomodo cum uxore ac liberis vivat. — Cleanthes utilem ⁴ quidem iudicat et hanc partem, sed imbecillum, nisi ab universo fluit, nisi decreta ipsa philosophiae et capita cognovit. In duas ergo quaestiones locus iste dividitur. Vtrum utilis, an inutilis sit: et an solus virum bonum possit efficere, id est, utrum supervacuum sit, an omnes faciat supervacuos. — Qui hanc partem videri volunt supervacuam, hoc aiunt: Si quid oculis oppositum moratur aciem, removendum est: illo quidem non abiecto operam perdidit, qui praecepit: Sic ambulabis, illo manum porriges. Eodem modo, ubi aliqua res obcaecat animum, et ad officiorum dispiciendum ordinem impedit, nihil agit, qui praecipit: Sic vives cum patre, sic cum uxore. Nihil enim ⁵ proficient praecepta, quamdiu menti error obfusos est: si ille discutitur, apparebit quid cuique debeatur officio. Alioquin doces illum, quid sano faciendum sit, non sanum efficis. Pauperi, ut agat divitem, monstras: hoc quomodo manente paupertate fieri potest? Ostendis esurienti, quid tanquam satur faciat: fixam potius medullis famem detrahe. Idem tibi de omnibus vitiis dico, ipsa removenda sunt; non praecipendum, quod fieri illis manentibus non potest. Nisi opiniones ⁶ falsas, quibus laboramus, expuleris: nec avarus, quomodo utendum pecunia sit, exaudiet; nec timidus, quomodo pericula contemnat. Efficias oportet, ut
fciat

4. Non verosimile est, epistolarum amoebaeorum Cleanthis et Aristonis argumenta fuisse posita in disquisitione huius rei. Cleanthes itaque illam philoso-

phiae partem utilem esse dixit, Aristo autem inutilem. Qui hanc partem videri volunt sc. Aristo eiusque asseclae.

sciat pecuniam nec bonum, nec malum esse: ostendas illi miserimos divites. Efficias, ut quidquid publice expavimus, sciat non esse tam timendum, quam fama
 7 circumfert, nec dolere quoque, nec mori. Saepe in morte, quam pati lex est, magnum esse solatium, quod ad neminem redit: in dolore pro remedio futuram obstinationem animi, qui levius facit sibi, quidquid contumaciter passus est. Optimam doloris esse naturam, quod non potest nec qui extenditur, magnus esse; nec qui est magnus, extendi. Omnia fortiter accipienda, quae nobis mundi necessitas imperat.
 8 His decretis quum illum in conspectum suae conditionis adduxeris, et cognoverit beatam vitam esse, non quae secundum voluptatem est, sed secundum naturam: quum virtutem unicum bonum hominis adama-verit; turpitudinem solum malum fugerit, reliqua omnia, divitias, honores, bonam valetudinem, vires, imperia, scierit esse mediam partem, nec bonis annumerandam, nec malis: monitorem non desiderabit ad singula, qui dicat: Sic incede, sic coena: hoc viro,
 9 hoc feminae, hoc marito, hoc caelibi convenit. Ista enim qui diligentissime monent, ipsi facere non possunt. Haec paedagogus puero, haec avia nepoti praecipit: et irascendum non esse, magister iracundissimus dispu-

7. *Saepe in morte* — *redit*] quod mortis dolorem semel tantum pati possumus: *in dolore sciat pro remedio esse futuram* etc.

9. *Ista enim* — *non possunt.*] Specialia non possumus ex doctrina ista discere, sed ex exemplis, quae videmus et ad quae nos comparamus. Exempla autem praeceptores

isti dare non possunt multis ex causis, e. g. quia aetas, conditio etc. impediunt, quia res, de quibus praecepta dant, saepe mutantur etc. Sic *paedagogus*, qui est servus, puerolibero, sic *avia*, quae est vetula, *nepoti* praecipunt. *Si ludum* — *praescripto*, vulgaria et trita esse ac pueris tantum digna, non qualibet aetate et nullis probationibus adiuta etc.

disputat. Si ludum literarium intraveris, scies ista quae ingenti supercilio philosophi iactant, in puerili esse praescripto. ^a Vtrum manifesta deinde, an dubia praecipies? non desiderant manifesta monitores: praeci- 10
pienti dubia, non creditur: supervacuum est ergo praecipere. Id adeo sic disce. Si id mones quod obscurum est et ambiguum, probationibus adiuvandum erit: si probaturus es, illa per quae probas, plus valent, fatisque per se sunt. Sic amico utere, sic cive, sic socio. quare? quia iustum est. Omnia ista mihi locus de iustitia tradit. Illic invenio aequitatem per 11
se expetendam, nec metu nos ad illam cogi, nec mercede conduci: non esse iustum, cui quidquam in haec virtute placet, praeter ipsam. Haec quum persuasi mihi, et ^b perbibere, quid ista praecepta proficiunt, quae eruditum docent? Praecepta dare scienti, supervacuum est: nescienti, parum. Audire enim debet, non tantum quid sibi praecipiat, sed etiam quare. Vtrum, inquam, veras opiniones habenti de bonis 12
malisque, sunt necessaria, an non habenti? qui non habet, nihil a te adiuvabitur: aures eius contraria monitionibus tuis fama possedit. qui habet exactum iudicium de fugiendis petendisque, scit quid sibi faciendum sit, etiam te tacente. tota ergo pars ista philosophiae submoveri potest. Duo sunt, propter 13
quae

a. *Vtrum manifesta deinde.*
Antea: v. m. demum.
aberrant. librarior.

Sic Pint. et Gruteri mss. omnes.
b. *perbibere.* perhibui: prohibui.

10. *non desiderant manifesta monitores*] non id agunt, ut certa proferant. *Id adeo*
i. e. igitur tali modo rem animo complectaris.

12. *aures eius — possedit.*
i. opinio ab aliis admota ei persuasionem dedit contrariam tuis monitionibus, quae itaque nihil proficiunt.

quae delinquimus: Aut inest animo pravis opinionibus malitia contracta: aut etiam si non est fallis occupatus, ad falsa proclivis est, et cito specie, quo non oportet trahente, corrumpitur. Itaque debemus aut ^cpercurare mentem aegram, et vitiis liberare; aut vacantem quidem, sed ad peiora pronam, praeoccupare. Vtrumque decreta philosophiae faciunt: ergo
 14 tale praecipendi genus nihil agit. Praeterea, si praecpta singulis damus, incomprehensibile opus est. Alia enim dare debemus foeneranti, alia colenti agrum, alia negotianti, alia regum amicitias sequenti, alia pares, alia inferiores amaturis. In matrimonio praecipias, quomodo vivat cum uxore aliquis quam virginem duxit, quomodo cum ea quae alicuius ante matrimonium experta est, quemadmodum cum locu-
 15 plete, quemadmodum cum indotata. An non putas aliquid esse discriminis inter sterilem, et foecundam, inter provectiorem, et puellam, inter matrem, et novercam? Omnes species complecti non possumus: atqui singulae propria exigunt. Leges autem philoso-
 16 phiae breves sunt, et omnia alligant. Adice nunc, quod

c. percurare m. ae. Sic recte codd.: neque opus refingi *cavare*, aut dubitari, annon *procurare*, quod Erasmus et quidam habuere, sit praeponendum. Gronov. Vsum vocis confirmant lexica.

13. Quum omnes *Φαντασίας* (visa, species) per sensus cum animo, quippe qui in nascente infante cum pura charta comparabatur, communicentur, illi autem neque de bono neque de malo iudicare possint; recte vel malitia pravis opinionibus (*ὑπολήψεις*) contrahi, vel animus ad falsa proclivis esse dicebatur, donec

ratio, sine qua nullum bonum est, excoleretur.

14. *incomprehensibile opus est*] cui impar est. *negotianti* i. e. mercatori, qui pecuniis in provincia foeneri locandis et quovis emtionis venditionisve genere quaestum faceret, sub imperatoribus. Cf. Ernesti Clavis Cic. h. v. et Petr. Burmann. ad Petron. c. 101.

quod sapientis praecepta finita esse debent, et certa: si qua finiri non possunt, extra sapientiam sunt: sapientia rerum terminos novit. Ergo ista pars praeceptiva submovenda est: quia quod paucis promittit, praestare omnibus non potest: sapientia autem omnes tenet. Inter 17 insaniam publicam, et hanc quae medicis traditur, nihil interest: nisi quod haec morbo laborat, illa opinionibus falsis. Altera causas furoris traxit ex valetudine, altera animi mala valetudo est. Si quis furioso praecepta det, quomodo loqui debeat, quomodo procedere, quomodo in publico se gerere, quomodo in privato; erit ipso, quem monebit, insanior. ¹⁸ Scilicet bilis nigra curanda est, et ipsa furoris causa removenda. Idem in hoc alio animi furore faciendum est. ipse discuti debet: alioquin abibunt in vanum monentium verba. Haec ab Aristone dicuntur. Cui respon- 18 debimus ad singula. Primum adversus illud quod ait, si quid obstat oculo, et impedit visum, debere removeri. Fateor, huic non esse opus praeceptis ad videndum, sed remedio quo purgetur acies, et officientem sibi moram effugiat. Naturam enim videmus: cui usum 19 sui reedit, qui removet obstantia. Quid autem cuique debeatur officio, natura non docet. Deinde cuius cu-

N 2

rata

d. *Scilicet bilis nigra.* E Grut. Mss., qui habent: Si, probante Grutero, recepi.

17. *Inter insaniam publicam*] qua populi gentesque laborant, praeter sapientem. Vide illud paradoxon stoicum: *omnes stultos* (qui neque philosophiae student, neque sunt proficientes, neque sapientes) *insanire*, L. Horatium Serm.

11, 3 hoc paradoxon traduxisse constat.

18. *Primum adversus illud* rel.] Spectant haec ad §. 4 sq.: si quid oculis oppositum moratur aciem, removendum est etc. Docet noster, comparisonem, qua Aristoteli usus erat, non convenire:

rata suffusio est, is non protinus quum visum recepit, aliis quoque potest reddere: malitiâ liberatus, et liberat. Non est opus exhortatione, nec consilio quidem, ut colorum proprietates oculus intelligat. a nigro album], etiam nullo monente, distinguet. multis contra praeceptis eget animus, ut videat quid agendum sit in vita. Quamquam oculos quoque aegros medicus non tantum curat, sed etiam monet. Non est, inquit, quod protinus imbecillam aciem committas improbo lumini: a tenebris primo ad umbrosa procede, deinde plus aude, et paulatim claram lucem pati affuesce. Non est quod post cibum studeas, non est quod plenis oculis ac tumentibus imperes. Afflatum et vim frigoris in os occurrentis evita: aliâ eiusmodi, quae non minus quam medicamenta proficiunt. Ad-
 21 cicit remediis medicina consilium. Error, inquit, est causa peccandi: hunc nobis praecepta non detrahunt, non expugnant opiniones de bonis ac malis falsas. Concedo, per se efficacia praecepta non esse ad everten-

19. *suffusio*] oculorum, ὑπόχυσσις. Cels. VI, 6, 35 p. 371 bip.: suffusio, ait, quam Graeci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiae, quae cernit, se opponit.

20. *Non est, inquit*] medicus. *improbo* i. nimis forti. cf. Heynius ad Virgil. Ge. I, 119. *non est quod plenis ac tumentibus oculis imperes.* Sic in Sueton. Tiber. c. 7 *contentis ac tumentibus oculis prosequi*: quod fit, ubi figimus oculos, atque ipsos velut intendimus et spiritu implemus. Fit in amore, fit in

diutino intuitu. L. Adscripti Lipsii notam, ut ipse iudicet lector, an auxilii quid ex ea petere possit. Equidem fateor, me locum pro suspecto habere. *Ambules* aut tale quid expectabam. Fuit, quum arbitrarer scriptum esse: *non est, quod p. c. t. o. ingeras afflatum et vim frigoris in os incurrentis: evita alia* etc. Amat autem sic uti noster τῶν ingerere, e. e. §. 68: omnia ista exempla, quae oculis atque auribus ingeruntur.

21. *Error, inquit*] Aristo §. 5. Nihil enim proficient prae-

tendam pravam animi persuasionem: sed non ideo, ne aliis quidem adiecta, proficiunt? Primum memoriam renovant: deinde, quae in universo confusus videbantur, in partes divisa diligentius considerantur: ac tu isto modo licet et consolationes dicas superva-²² cuas, et exhortationes: atqui non sunt supervacuae: ergo ne monitiones quidem. Stultum est, inquit, praecipere aegro, quid facere tanquam sanus debeat, quum restituenda sanitas sit, sine qua irrita sunt praecepta. Quid, quod habent aegri sanique quaedam communia, de quibus admonendi sunt? tanquam, ne avide cibos appetant, ut lassitudinem vitent. Habent quaedam praecepta communia pauper et dives. Sana,²³ inquit, avaritiam, et nihil habebis, quod admoneas aut pauperem, aut divitem, si cupiditas utriusque confidet. Quid, quod aliud est, non concupiscere pecuniam? aliud, uti pecunia scire? cuius avari modum ignorant, etiam non avari usum. Tolle, inquit, errores: supervacua praecepta sunt. Falsum est. puta enim avaritiam relaxatam: puta adstrictam esse luxuriam, temeritati fraenos iniectos, ignaviae subditum calcar: etiam remotis vitiis,

N 3

quid

praecepta, quamdiu menti error offusus est. (Nisi post: *proficiunt* signum interrog. ponas, nullum sensum elicies satis idoneum.) Sed an ideo nullam utilitatem habent, nec si aliis e. c. memoriae adiecta fuerint?

22. *ac tu isto modo* — *quidem.*] Recte hoc monet Seneca: magna adeo educationis pars et legum in vanum abibit. Enimvero non recte hic omisse videtur sententiam Aristonis cum de virtute, quam in sola scientia boni malique,

atque in habitu animi, quae didicit, factis suis expromendi, (*Φρονήσει* s. *ἐπιστήμη*), tum de vitio, quod in una inscientia ponebat. Contra hanc divisionem et definitionem Chrysippus disputaverat. Cf. Philolog. Bibl. I. I. *Quid, quod* — *vitent* est Senecae obiectio.

23. *Quid, quod* — *usum.*] Refutat Aristonem. Vitia, quibus uterque laborat, non ex eodem fonte manant: ille ignorat modum, hic pauper malum usum.

quid et quemadmodum debeamus facere, discendum est.

24 Nihil, inquit, efficient monitiones, admotae gravibus vitiis. Ne medicina quidem morbos insanabiles vincit: tamen adhibetur aliis in remedium, aliis in levamentum. Ne ipsa quidem univrsae philosophiae vis; licet tota in hoc vires suas advocet, duram iam et veterem animis extrahet pestem: sed non ideo nihil sanat, quia non omnia. Quid prodest, inquit, aperta monstrare? Plurimum. interdum enim scimus,

25 nec attendimus. Non docet admonitio, sed advertit, sed excitat, sed memoriam continet, nec patitur elabi. Pleraque ante oculos posita transimus: admonere, genus adhortandi est: saepe animus etiam aperta dissimulat: ingerenda est itaque illi notitia rerum notissimarum. Illa hoc loco in Vatinium Calvi repetenda sententia est: Factum esse ambitum, scitis: et hoc vos scire, omnes sciunt. Scis amicitias sancte colen-

26 das esse: sed non facis. Scis improbum esse, qui ab uxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor uxorum. Scis ut illi nil cum adultero, sic nihil tibi esse debere cum pellice: et non facis. Itaque subinde reducendus es ad memoriam. non enim reposita illa esse oportet, sed in promptu. Quaecunque salutaria sunt, saepe agitari debent, saepe versari: ut non tan-

27 tum nota sint nobis, sed etiam parata. Adiice nunc, quod aperta quoque, apertiora fieri solent. Si dubia sunt, inquit, quae praecipis, probationes adicere debetis: ergo illae, non praecepta, proficient. Quid, quod etiam sine probationibus, ipsa monentis auctoritas prodest sic, quomodo iurifconsultorum valent respon-

25. *P. Vatinium*, quem in gratiam Caesaris et Pompeii Cicero defendit, C. Licinius Calvus accusavit ambitus cri-

mine. Cf. Nic. Faber ad M. Senecae III Controvers. 19, 8.

27. *Si dubia sunt, inquit*] Aristo, supra §. 10. *Quid — reddi-*

sponsa, etiam si ratio non redditur. Praeterea, ipsa quae praecipuntur, per se multum habent ponderis: utique si aut carmini intexta sunt, aut prosa oratione in sententiam coartata. Sicut illa Catoniana: „Emas, 28 non quod opus est, sed quod necesse est.“ „Quod non opus est, asse carum est.“ Qualia sunt illa, aut perdita oraculo, aut similia: „Tempori paroe;“ „Te nosce.“ Numquid rationem exiges, quum tibi aliquis hos dixerit versus?

Iniuriarum remedium est oblivio.

Audentes fortuna iuvat.

Piger sibi ipse obstat.

Advocatum ista non quaerunt: affectus ipsos tangunt, 29 et naturâ vim suam exercente proficiunt. Omnium honestarum rerum femina animi gerunt, quae admonitione excitantur: non aliter quam scintilla flatu levi adiuta, ignem suum explicat. Erigitur virtus, quum tacta est et impulsâ. Praeterea, quaedam sunt quidem in animo, sed parum prompta: quae incipiunt in expedito esse, quum dicta sunt. Quaedam diversis locis iacent sparsa, quae contrahere inexercitata mens non potest. Itaque in unum conferenda sunt, et iungen- 30 da, ut plus valeant, animumque magis allevent. Aut, si praecepta nihil adiuvant, omnis institutio tollenda est: ipsa natura contenti esse debemus. Hoc qui dicunt, non vident alium ingenii esse mobilis et erecti,

N 4

alium

redditur, Senecae est responsio. Vides tamen, haec et multa alia, quae hic profert noster, parum ponderis habere posse ad Aristonis sententiam evertendam, quippe qui omnia ad rectam scientiam et habitum animi retulerat.

28. *Catoniana*] Cf. Erasmi Adag. Chil. IV. Cent. IV, penult. Versus seq. fortasse e Publii Syri mimis, quos nostrum magni fecisse conitat, repetiti sunt: mox in proverbialia abierunt, idque merito.

alium tardi et hebetis: utique alius alio ingeniosior est. Ingenii vis praeceptis alitur et crescit, novaque
 31 persuasiones adiicit innatis, et depravata corrigit. Si quis, inquit, non habet recta decreta, quid illum admonitiones iuvabunt vitiis obligatum? Hoc scilicet, ut illis liberetur. non enim extincta in illo indoles naturalis est: sed obscurata, et oppressa. Sic quoque tentat resurgere, et contra parva nititur. nacta vero praesidium, et adiuta praeceptis, convalescit: ^esi tamen illam diutina pestis non infecit, nec enecuit. Hanc enim ne disciplina quidem philosophiae, toto
 32 impetu suo connixa, restituet. Quid enim interest inter decreta philosophiae, et praecepta, nisi quod illa generalia praecepta sunt, haec specialia? Vtraque res praecipit: sed altera in totum, particulatim altera. Si quis, inquit, recta habet et honesta decreta, hic ex supervacuo monetur. Minime. nam hic quoque doctus quidem est facere, quae debet: sed ^fad haec
 33 non satis prospicit. Non enim tantum affectibus impeditur, quo minus probanda faciamus, sed imperitiâ inveniendi, quid quaeque res exigat. Habemus interdum compositum animum: sed residem, et inexercitatum ad inveniendam officiorum viam, quam admonitio demonstrat. Expelle, inquit, falsas opiniones de
 bonis

e. *si tamen illam diutina pestis non infecit, nec e.* Sic omnes Mss. Muretus tamen Pintianum sequutus dedit: *pestis infecit.*

f. *ad haec e* codd. Grut. et edit. Erasmi recepi: antea: *adbuç.*

31. *si tamen — enecuit]* i. e. ea tamen conditione, ut indoles naturalis morbo diutino non omnino corrupta ac interemta sit. Sic periodus haec antecedenti satis bene iungitur.

32. *sed ad haec non satis prospicit]* i. non ita profecit, ut particulatim omnia prospiceret, quae obstant, quominus virtutem exercent, officiisque satisfaciat: etiamsi sit *compositus animus*, ad virtutem proclivis, ordinatusque.

bonis et malis: in locum autem earum veras reponere: et nihil habebit admonitio quod agat. Ordinatur ista 34 sine dubio ratione animus, sed non ista tantum. Nam quamvis argumentis collectum sit, quae bona, quae mala sint: nihilominus habent praecepta partes suas: et prudentia, et iustitia officiis constant: officia praeceptis disponuntur. Praeterea, ipsum de bonis malisque iudicium confirmatur officiorum executione, ad quam praecepta perducunt. Utraque enim inter se consentiunt: nec illa possunt praecedere, ut non haec sequantur; et haec ordinem sequuntur suum. Vnde 35 apparet illa praecedere. Infinita, inquit, praecepta sunt. Falsum est. nam de maximis ac necessariis rebus, non sunt infinita: tenues autem differentias habent, quas exigunt tempora, loca, personae. Sed his quoque dantur praecepta generalia. Nemo, inquit, 36 praeceptis curat insaniam: ergo nec malitiam quidem. Difficile est. nam si insaniam sustuleris, sanitas redita est: si falsas opiniones exclusimus, non statim sequitur dispectus rerum agendarum: et ut sequatur, tamen admonitio corroborabit rectam de bonis malisque sententiam. Illud quoque falsum est, nihil apud insanos proficere praecepta. Nam quemadmodum sola non profunt, sic curationem adiuvant: et denuntiatio, et castigatio insanos coercuit. De illis insanis nunc loquor, quibus mens mota est, non erepta. Leges, 37 inquit, ut faciamus quod oportet, non efficiunt: et quid aliud sunt, quam minis mixta praecepta? Primum omnium, ob hoc illae non persuadent, quia minantur: at haec non cogunt, sed exorant. Deinde leges a scelere deterrent: praecepta in officium adhortantur. His adice, quod leges quoque proficiunt

N 5

ad

36. Haec occurrunt §. 17. *tatio* i. e. criminatio, periculi ab Aristone prolata. *denun-* admonitio, L.

ad bonos mores: utique si non tantum imperant, fed
 38 docent. In hac re dissentio a Posidonio. Non probo,
 quod Platonis legibus adiecta principia sunt. Legem
 enim brevem esse oportet, quo facilius ab imperi-
 tis teneatur: velut emissa divinitus vox fit: iubeat,
 non disputet. Nihil videtur mihi frigidius, nihil
 ineptius, quam lex cum prologo. Mone, dic quid
 me velis fecisse: non disco, sed pareo. Proficiunt.
 itaque malis moribus uti videbis civitates usas malis
 39 legibus. At non apud omnes proficiunt. Ne philoso-
 phia quidem: nec ideo inutilis, et formandis animis
 inefficax est. quid autem philosophia, nisi vitae lex
 est? Sed putemus non proficere leges: non ideo se-
 quitur, ut ne monitiones quidem proficiant. Aut sic
 et consolationes nega proficere, dissuasionisque, et
 40 adhortationes, obiurgationes, et laudationes. Omnia
 ista

37. *utique si non tantum imperant, sed docent.* — [Posidonio.] Haec igitur fuit Posidonii sententia, in qua discebatur noster ab eo.

38. *Non probo — sunt.*] Aliam sequitur sententiam Cicero de Legg. II, 6: Sed ut — fecit Plato, id mihi credo faciendum, ut, priusquam ipsam legem recitem, de eius legis laude (i. e. commendatione) dicam. Egrege monet Heynius Opusc. acad. II p. 43, in tam diversa iudicia eandem hanc rem distrahi posse pro diverso hominum sensu, pro diversoque rerum hominumque respectu: alter fervilibus ingenii imperari, ingenuis et civilibus praecipere vult alter. Seneca respexit leges romanas:

ea enim, quae iure civili constituantur, vix prooemia vulgus de iuris aut ratione aut aequitate edocentia admittunt: at in istis legibus ea, quam nos politicam vocamus, vel maxime continebatur una cum ethicis. Plato de prooemiis legibus praemittendis egregie exposuit De Legg. IV p. 198 et init. libr. V. Tom. VIII. bip. *Proficiunt — legibus*: i. tales breves eaeque bonae leges utiles sunt. Itaque videmus malis moribus uti eas civitates, quae malis legibus utebantur. Legum bonarum vis itaque magna est ab bonis mores gignendos.

39. *At non — proficiunt.*] Obiectio nova est Aristonis: cui respondent illa: *Ne philosophia — est?*

ista monitionum genera sunt: per ista ad perfectum animi statum pervenitur. Nulla res magis animis honesta induit, dubiosque et in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quam bonorum virorum conversatio. Paulatim enim descendit in pectora: et vim praeceptorum obtinet, frequenter audiri, adspici frequenter. Occursus mehercule ipse sapientium iuvat: et est aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias. Nec tibi facile dixerim, quemadmodum profit sic ut illud intelligam, profuisse. Minuta quaedam, ut ait Phaeton, animalia, quum mordent, non sentiuntur. adeo tenuis illis et fallens in periculum vis est. tumor indicat morsum, et in ipso tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in conversatione virorum sapientium eveniet. non deprehendes quemadmodum, aut quando tibi profit: profuisse deprehendes. Quorsum, inquit, hoc pertinet? Aequae praecepta bona, si saepe tecum sint, profutura, quam bona exempla. Pythagoras ait, alium animum fieri intransitibus templum, deorumque simulacra ex vicino cernentibus, et alicuius oraculi opperientibus vocem. Quis autem negaverit, feriri quibusdam praeceptis efficaciter etiam imperitissimos? velut his brevissimis vocibus, sed multum habentibus ponderis:

— *Nihil nimis.*

Avarus animus nullo satiatur lucro.

Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Haec

41. Phaedo, eliensis, eliacae sectae auctor, Socratis discipulus, cuius nomine Dialogum celeberrimum de immortalitate animae inscripsit Plato. Scripsit Dialogos, qui omnes periire, et unde haec, quae laudavit noster, desumpta

sunt. Cf. Fabricii Bibl. graec. Vol. II p. 717. Harl.

42. *Pythagoras*] Hoc ita apud Cic. II de Legg. c. 11: Et illud bene dictum est a Pythagora, doctissimo viro, tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, quum rebus

Haec cum ietu quodam audimus, nec ulli licet dubitare aut interrogare, Quare? adeo etiam sine ratione ipsa veritas ducit. Si reverentia fraenat animos, aut
 44 vitia compescit: cur non admonitio idem possit? Si imponit pudorem castigatio: cur admonitio non faciat, etiam si nudis praeceptis utitur? Illa vero efficacior est, et altius penetrat, quae adiuvat ratione, quod praecipit; quae adiicit, quare quidque faciendum sit, et quis facientem obedientemque praeceptis fructus expectet. Si imperio proficitur, et admonitione proficitur: atqui proficitur imperio: ergo et admonitione.
 45 In duas partes virtus dividitur, in contemplationem veri, et actionem; contemplationem institutio tradit, actionem admonitio. Virtutem et exercet, et ostendit recta actio: acturo autem si prodest qui suadet; et qui monet, proderit. Ergo si recta actio virtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitio demonstrat, et admonitio necessaria est. Duae res plurimum roboris animo dant, fides veri, et fiducia: utramque
 46 admonitio facit. Nam et creditur illi, et quum creditum est, magnos animus spiritus concipit, ac fiducia impletur: ergo admonitio non est supervacua. M. Agrippa, vir ingentis animi, qui solus ex his quos civilia bella claros potentesque fecerunt, felix in publicum fuit, dicere solebat, multum se huic debere

rebus divinis operam daremus. L. Sequentes versus etiam e P. Syri mimis repetiti esse videntur.

45. Haec est Stoae divisio, quam saepe explicat noster, e. c. de vita beat. 31. 32. cf. supra ad §. 22. Attigit hanc divisionem Lipsius in *Manud.* II, 5.

46. M. Vipfanius *Agrippa* inde ab a. u. 733 gener Augusti, cuius fortunam iam diu ante egregie auxerat: a. u. 714 erat praetor, deinde victor Sext. Pompeii et M. Antonii pluribus proeliis: mort. a. u. c. 742, ante Christ. 12. Cf. de viro hoc praestantissimo l' *Histoire de l'Acad. des Inscrip.* Vol. XL. 37 sqq.

bere sententiae: „Nam concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur.“ Hac se aiebat, et fra- 47
 trem, et amicum optimum factum. Si eiusmodi sententiae, familiariter in animum receptae, formant eum: cur non haec pars philosophiae, quae talibus sententiis constat, idem possit? Pars virtutis disciplina constat, pars exercitatione: et discas oportet, et quod didicisti, agendo confirmes. Quod si ita est, non tantum scita sapientiae profunt, sed etiam praecepta: quae affectus nostros velut edicto coercerent, et alligant. Philosophia, inquit, dividitur in haec, scientiam, et habitum animi. Nam illam qui didicit, et faci- 48
 enda ac vitanda percepit, nondum sapiens est, nisi in ea quae didicit, animus eius transfiguratus est. Tertia pars, ista praecipienda, ex utroque est, et ex decretis, et ex habitu: itaque supervacua est ad im-
 plendam virtutem, quum duo illa sufficiant. Isto ergo 49
 modo et consolatio supervacua est; nam haec quoque ex utroque est: et exhortatio, et suasio, et ipsa argumentatio. nam et haec ab habitu animi compositi val-
 lidique proficiscitur. Sed quamvis ista ex habitu animi veniant; optimus animi habitus et ex his est, et ex illis. Deinde istud quod dicis, iam perfecti viri est,
 ac

g. *coercent, et alligant.* Quum Pint. in nonnullis codd. invenisset *e. et ablegant*, et sic Gruteriani duo habeant, illum egregium criticum quidam sequuti sunt, qui vulgata, quam codd. tutantur, sublata, *ablegant* recipere mallent. Sed recte Gronov. defendit vulgatam, qui opportunè meminere, placere τὸ *alligare* auctori pro *ligare* et *colligare*, ubi nempe his vulgarius utimur. Exempla dabit Index.

48. *Philosophia, inquit]* boni malique. Haec contemplativam partem constituebat. Aristo. cf. supra ad §. 22. Activa constabat, secundum Quia Aristo animum nostrum eum, habitu animi, prudentia una iudicandi vi (*λογικῆ καὶ* (*Φρονήσεις*), quae et temperantia (*σωφροσύνη*), iustitia, fortitudo vocaretur. *κριτικῆ δυνάμει*) contineri putabat, unam quoque animi virtutem statuebat, scientiam

ac summam consecuti felicitatis humanae. Ad hoc autem tardè pervenitur: interim etiam imperfecto, sed proficienti, demonstranda est in rebus agendis via.

50 Hanc forsitan etiam sine admonitione dabit sibi ipsa sapientia: quae iam eo perduxit animum, ut moveri nequeat, nisi in rectum. Imbecillioribus quidem ingeniis, necessarium est aliquem praerire: Hoc vitabis, hoc facies. Praeterea, si exspectat tempus, quo per se sciat, quid optimum factu sit: interim errabit, et errando impediatur, quo minus ad illud perveniat, quo possit se esse contentus: regi ergo debet, dum

51 incipit posse se regere. Pueri ad praescriptum discunt, digiti illorum tenentur, et aliena manu per literarum simulacra ducuntur: deinde imitari iubentur proposita, et ad illa reformare chirographum: sic animus noster dum eruditur ad praescriptum, iuvatur. Haec sunt per quae probatur, hanc philosophiae partem supervacua

52 non esse. Quaeritur deinde, an ad faciendum sapientem sola sufficiat. Huic quaestioni suum diem dabimus. — Interim omissis argumentis, nonne apparet nobis esse opus aliquo advocato, qui contra populi praecepta praecipiat? nulla ad aures nostras vox impune perfertur: nocent qui optant, nocent qui execrantur. nam et horum imprecatio falsos nobis metus inferit, et illorum amor male docet bene optando.

53 Mittit enim nos ad longinqua bona, et incerta et errantia, quum possimus felicitatem domo promere. Non licet, inquam, ire recta via. trahunt in pravum parentes, trahunt servi: nemo errat uni sibi, sed dementiam spargit in proximos, accipitque invicem.

Et

52. *Quaeritur deinde — dabitur.*] Hoc praestitit noster in Ep. 95. Transit ad ea, quae iam saepius, inpr. Ep. 89. 14 sq. tractaverat, inculcanda;

ut, subtiliori disputatione omissa, monitionibus contra populi praecepta, i. e. praecidia et vitia opus esse:

Et ideo in singulis vitia populorum sunt, quia illa populus dedit. dum facit quisque peiorem, factus est. Didicit deteriora, deinde docuit: effectaque est ingens 54 illa nequitia, congesto in unum, quod cuique pessimum scitur. Sit ergo aliquis custos, et aurem subinde pervellat, abigatque rumores, et reclamet populis laudantibus. Erras enim, si existimas nobiscum vitia nasci: supervenerunt, ingesta sunt. Itaque monitionibus crebris, opiniones quae nos circumsonant, compefcamus. Nulli nos vitio natura conciliat: nos illa integros ac liberos genuit. Nihil quidem quod avaritiam nostram 55 irritaret, posuit in aperto: pedibus aurum et argentum subiecit, calcandumque ac premendum dedit, quidquid est, propter quod calcamur ac premimur. Illa vultus nostros erexit in coelum, et quidquid magnificum mirumque fecerat, videri a suspicientibus voluit: ortus occasusque, et properantis mundi volubilem cursum, interdiu terrena aperientem, noctu celestia: tardos siderum incessus, si compares toti; ci- 56 tatiffimos, si cogites, quanta spatia nunquam intermissa velocitate circumeant: defectus solis et lunae, invicem obstantium. Alia deinceps digna miratu, sive per

54. *Nulli nos — genuit.*] Anima infantis nascentis quam ante corpus suum non adfit, sequitur; ante eius cum corpore coniunctionem nullas notiones ideaeque innatas, quas vocamus, habere: atque propterea comparabant veteres; utique Stoici, eam cum pura charta, in qua pars rationalis s. principalis (τὸ ἡγεμονικὸν μέρος τῆς ψυχῆς) quali inscriberet, quae per sensus et experientiam allapsa essent.

Non autem dat natura virtutem, ait noster Ep. 90 fin. ars est bonum fieri etc. Cf. Plutarch. de Placit. phil. IV, 11. T8. XII p. 448. Hutten.

55. *Nihil quidem — premimur.*] Ita Horat. III Carm. 3, 49 Aurum inreptum et sic melius situm.

56. *si compares toti*] i. mundo supremo. L. *sine ullo ictu sonituque fulgoris*: de quibus nostrum vide Nat. Quaest. I, 14 et 15.

per ordinem subeunt, five ^hsubitis caussis mota profi-
 liant, ut nocturni ignium tractus, et sine ullo ictu
 fonituque fulgores coeli ⁱfatifcentis, columnaeque ac
 57 trabes, et varia simulacra flammaram. Haec supra nos
 itura disponit: aurum quidem et argentum; et pro-
 pter ista nunquam pacem agens ferrum, quasi male
 nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem, pro-
 pter quae pugnaremus, extulimus: nos et causas pe-
 riculorum nostrorum, et instrumenta, disiecto terra-
 rum pondere, eruimus: nos fortunae mala nostra tra-
 didimus, nec erubescimus summa apud nos haberi,
 58 quae fuerant ima terrarum. Vis scire, quam falsus
 oculos tuos decipit fulgor? nihil est istis, quamdiu
 merfa et involuta coeno suo iacent, foedius, nihil ob-
 scurius. quidni? quando per longissimorum cuniculo-
 rum tenebras extrahuntur: nihil est illis, dum fiunt,
 et a faece sua separantur, informius. Denique ipsos
 opifices intuere, per quorum manus sterile terrae ge-
 nus et informe perpurgatur; videbis quanta fuliginè
 oblinantur. Atqui ista magis inquinant animos, quam
 corpora: et in possessore eorum, quam in artifice;
 59 plus est fordium. Necessarium itaque est admoneri,
 et

h. *subitis*. Sic quidam mss. Alii: *subditis*. Praefero illud, ut
 oppositum iis, quae per ordinem subeunt.

i. *fatifcentis* vulgata est lectio, quacum *patesc.* s. *patifcentis*
 in codd. confunditur, et ap. Tibull. 1, 5, 67. Τοῦ *fatifcere*
 interpretamentum est *patescere*. Mox omnes codd. dant:
haec supra nos itura d. Ante Grut. *haec supra nos na-*
tura d.

57. *aurum quidem et ar-*
gentum] Similis sententia
 quaedam de Benef. VII, 10. et
 Plin. 33 init.: Terra et haec
 (iuvantia) summa sui parte tri-
 buit, ut minime parca facilis-
 que in omnibus, quae pro-

sunt. Illa nos premunt, illa
 nos ad inferos agunt, quae oc-
 cultavit atque demersit. *Vis*
scire — *fulgor.* cf. Mitscher-
 lich ad Hor. Carm. II, 2, 2.
 Nullus argento color est, ava-
 ris abdito terris.

et habere aliquem advocatum bonae mentis, eque tanto fremitu tumultuque falforum, unam denique audire vocem. Quae erit illa vox? ea scilicet, quae tibi tantis clamoribus ambitiosis exfurdato, salubria infusurret verba, quae dicat: Non est quod invidias istis, quos magnos felicesque populus vocat: non est quod tibi compositae mentis habitum et sanitatem plausus excutiat: non est quod tibi tranquillitatis tuae fastidium faciat ille, sub illis fascibus, purpura cultus: non est quod feliciorum eum iudices, cui submovetur, quam ^k te, quem licitor semitâ deiicit. Si vis exercere tibi utile, nulli autem grave imperium, submove vitia. Multi inveniuntur, qui ignem inferant urbibus, qui inexpugnabilia seculis, et per aliquot aetates tuta prosterant, qui aequum arcibus aggerem attollant, et muros in miram altitudinem adductos arietibus ac machinis quassent: multi sunt, qui ante se agant agmina, ⁶¹ et tergis hostium graves insent, et ad mare magnum perfusi caede gentium veniant: sed hi quoque, ut vincerent hostem, cupiditate victi sunt. Nemo illis venientibus restitit, sed nec ipsi ambitioni, crudelitatisque restiterant: tunc quum agere visi sunt alios, agebantur. Agebat infelicem Alexandrum furor aliena deva-

k. *te* omnes codd. servant, omissum ab omnibus edd. Restitui.

59. *Non est quod invidias — deiicit sub illis fascibus*] qui erecti praeeunt: ideo *sub illis*. Intelligit magistratum aut imperium. L. Similia sunt Horatii Carm. II, 16, 8 sqq. ubi cf. Mitscherlich.: *Otium non gemmis, neque purpura venale neque auro. Non enim gazae, neque consularis Sub-*
Vol. III.

mover licitor miseros tumultus Mentis etc.

61. De *Alexandro*, quem non ex Historia, sed ex declamationibus cognitum habebat noster, iniquum esse iudicium, tota eius historia clamat: etiamsi enim constet, Alexandrum subiugandorum populo-

62 devastandi, et ad ignota mittebat. An tu putas sanum, qui a Graeciae primum cladibus, in qua eruditus est, incipit: qui quod cuique optimum est, eripuit? Lacedaemona fervire iubet, Athenas tacere. Non contentus tot civitatum strage, quas aut vicerat Philippus, aut emerat, et alias alio loco proiicit, et toto orbe arma circumfert: nec substitit usquam lassae crudelitas; immanium ferarum modo, quae plus
 63 quam exigit fames, mordent. Iam in unum regnum multa regna coniecit; iam Graeci Persaeque eundem timent; iam etiam a Dario liberae nationes iugum accipiunt; hic tamen ultra Oceanum solemque, indignatur ab Herculis Liberique vestigiis victoriam flectere, ipsi naturae vim parat. Non ille ire vult, sed non potest stare: non aliter, quam in praeceptis deiecta
 64 pondera, quibus eundi finis est, iacuisse. Ne Cn. quidem Pompeio externa bella aut domestica virtus aut ratio suadebat, sed insanus amor magnitudinis fal-

1. *hic tamen ultra Oceanum* s. Sic duo boni codd. ap. Grut.; alii *hiis t.*, alius *is t.* Erasinus *idem t.* Muretus: *Ire tamen vult ultra O.* s. Lipsius ait: puto fuisse, *it tamen*, nempe animo et cupidine. Vulgata bene habet. Mox nonnulli codd. et edd. *Ne Cn. quidem Pompeio externa inire b.* maior tamen numerus recte *inire* omittit. Interpunctionem mutavi, semicolo posito post *falsae*.

pulorum fuisse cupidum, tamen inde non sequitur, eum furore aliena devastandi esse correptum. Alexandria ab eo exstructa testimonio est satis luculento, quo illa acerbior quam iustior accusatio refutetur. Cf. ad Ep. 91, 17.

62. *An tu putas sanum — mordent.*] Priora spectant ad Thebas everfas et ad libertatem Graeciae ereptam: at hoc

non factum esse ab Alexandro M., sed ab eius patre Philippo constat. *Lacedaemona — tacere.* Lacedaemon proprie libera mansit, sed imperio Graeciae abstinere coacta est: *Athenarum* oratores et demagogi conticuere. Reliqua declamatorie posita sunt, historia vel reclamante, vel mitigante.

64 sq. Iudicio huic de Cn. Pompeio etc. quemlibet rerum

falsae; modo in Hispaniam et Sertoriana arma, modo ad colligendos piratas, ac maria pacanda vadebat. Hae praetexebantur causae, ad continuandam potentiam. Quid illum in Africam, quid in Septemtrionem, quid in Mithridatem, et Armeniam, et omnes Asiae angulos traxit? infinita scilicet cupido crescendi, quum 65 sibi uni parum magnus videretur. Quid C. Caesarem in sua fata, pariter ac publica, immisit? gloria et ambitio, et nullus supra ceteros eminendi modus. Vnum ante se ferre non potuit, quum respublica supra se duos ferret. Quid, tu C. Marium semel consulem 66 (unum enim consulatum accepit, ceteros rapuit) quum Teutonicos Cimbrosque concideret, quum Iugurtham per Africae deserta sequeretur, tot pericula putas appetisse, virtutis instinctu? Marius exercitum, Marium ducebat ambitio. Isti quum omnia concuterent, con- 67 cutiebantur: turbinum more, qui rapta convolvunt, sed ipsi ante volvuntur, et ob haec maiore impetu incurrunt, quia nullum illis sui regimen est. Ideoque quum multis fuerunt mali, pestiferam illam vim, qua plerisque nocuerunt, ipsi quoque sentiunt. Non est quod credas, quenquam fieri aliena infelicitate felicem. Omnia ista exempla, quae oculis atque auribus nostris 68 ingeruntur, retexenda sunt, et plenum malis fermonebus pectus exhauriendum. Inducenda est in occupatum locum Virtus: quae mendacia^m et contra verum placentia extirpet, quae nos a populo, cui nimis cre-

O 2

dimus,

m. et reduxi e mss. Grut., quum ante deesset.

rum harum antiquarum, quae sunt notissimae, gnarum describere constat. *Vnum ante se ferre — ferret.* Nota sunt Lucani I, 125: Nec quem-

quam iam ferre potest Caesarve priorem Pompeiusve parem.

68. *Omnia ista exempla — retexenda sunt*] i. e. accurate rursus perpendenda, consideranda, adeo.

- 69 dimus, separet, ac sinceris opinionibus reddat. Haec est enim sapientia, in naturam converti, et eo restitui, unde publicus error expulerit. Magna pars sanitatis est, hortatores infaniae reliquisse, et ex isto coetu invicem noxio procul abiisse. Hoc ut esse verum scias, adspice, quanto aliter unusquisque populo vivat, aliter sibi. Non est per se magistra solitudo innocentiae, nec frugalitatem docent rura: sed ubi testis ac spectator abcessit, vitia subsidunt, quorum monstrari et
- 70 conspici fructus est. Quis eam, quam nulli ostenderet, induit purpuram? quis posuit secretam in auro dapem? quis sub alicuius rusticae arboris proiectus umbra, luxuriae suae pompam solus explicuit? Nemo oculis suis lautus est, ne paucorum quidem et familiarium, sed apparatus vitiorum suorum pro modo turbae spectantis expandit. Itaque irritamentum est omnium, in quae insanimus, admirator et conscius.
- 71 Ne concupiscamus efficies, si ne ostendamus effeceris. Ambitio, et luxuria, et impotentia, scenam desiderant: sanabis ista, si absconderis. Itaque si in medio urbium fremitu collocati sumus, stet ad latus monitor, et contra laudatores ingentium patrimoniorum
- 72 laudet parvo divitem, et usu opes metientem. Contra illos, qui gratiam ac potentiam attollunt, otium ipse suspiciat traditum literis, et animum ab externis ad sua reversum. Ostendat ex constitutione vulgi beatos, in isto invidioso fastigio suo trementes et attonitos,

adeoque ad nihilum redigenda, f. rescindenda sunt: inque eorum loco virtus reponenda est. *Virtus — reddat.* Sic Horat. II Carm. 2, 19. Redditum Cyri folio Phraatem Dissidens plebi numero beatorum Eximit Virtus populumque fallis Dedocet uti.

72 sqq. Cui non succurret in his ex constitutione vulgi bonis describendis Damocles ille Dionysii maioris parasitus f. assentator, cuius mentionem egregie fecit Cicero Tusc. Disp. V, 21.

tos, longeque aliam de se opinionem habentes, quam ab aliis habetur. Nam quae aliis videntur excelsa, ipsis praerupta sunt. Itaque exanimantur, et trepidant, quoties despexerunt in illud magnitudinis suae praecipua. Cogitant enim varios casus, et in sublimi ma-⁷³xime lubricos: tunc appetita formidant, et quae et illos graves aliis reddit, gravior ipsis felicitas incumbit. Tunc laudant otium lene et sui iuris: odio est fulgor, et fuga iam a rebus adhuc stantibus quaeritur: tunc demum videas philosophantes metu, et aegrae fortunae fana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sint, bona fortuna, et mens bona: ita melius in malis sapimus, secunda rectum auferunt.

EPISTOLA XCV.

Iocoso de levitate hominum saepe petentium quod proprie nolunt prooemio praemisso, quaestionem tractat inde a §. 4: an praeccepta ad vitam beatam sufficiant, atque negat. Primum enim saepe opiniones pravae impediunt: deinde quaelibet actiones aestimatione tum demum dignae sunt et honestae, quum persuasione nituntur clara de praestantia ipsarum; quippe quae ex decretis fieri debent — 7. Artes autem omnes praecceptis contentae non comparari possunt cum sapientia. Nam cunctae artes vitae humanae secundo loco gaudent s. circa instrumenta vitae occupatae sunt, atque ab iis impediuntur, iisque se accommodant, quum contra sapientia impedimenta discutiat et vincat. Accedit, quod in illis artibus peccata adeo voluntaria excusentur, quae sapientiae vitio maximo vertuntur. Quid, quod omnes artes, utique contemplativae decreta habent? Sequitur itaque, Philosophiam sine eis esse non posse, ut in qua rationes ideoque decreta praecceptorum causae sunt — 13. Nec illa obiectio stare potest, antiquos sine Ethica ista artificiosa longe tamen meliores fuisse. Nam ex quo nequitia creverit et tam late se sparserit, remedii quoque diligentioribus opus erat. Eadem erat et est conditio medicinae, quae, quum vita hominum simplex esset, paucarum fuit scientia herbarum etc. Qua occasione in supplicia luxuriae atque nequitiae exspatiatur, atque adeo necessitatem efficacium remediorum monstrat, quae opinionibus

bus pravis evertendis ac virtute insinuanda et docenda continentur. Sunt quidem, qui sine institutione subtili evaserint boni, at hebetibus illis et obtusis aut mala consuetudine obsessis auxiliandum est, causis vitiorum eximendis, adeoque liberando atque erudiendo animo — 40. Deinde actiones nostrae fiunt demum ethicae secundum formam quam dicimus: iam quum praecepta nonnisi materiam spectent, adeoque ad virtutem non perducant, quandoquidem non in facto laus est, sed in eo quemadmodum fiat; sequitur, sicut actiones honestae demum fiunt, si honestam accesserit, ita praecepta nonnisi legales actiones efficientia adiuvari debere decretis sive persuasione ad totam pertinente vitam ideoque necessaria — 47: ac primum quidem in diis colendis, quos satis coluit, quisquis imitatus eos est — 51: deinde in eo, quomodo hominibus sit utendum — 54: tum, quomodo rebus sit utendum. Ita praecepta de virtutibus adiuvari debent doctrina et decretis de natura virtutis: quia sine immutabili certoque iudicio fluctuemur necesse est. Nonnisi decreta proinde dant veritatem — 60. Hoc ii ipsi confirmant, qui necessitatem decretorum negant, decreta tollendo et praecepta suadendo ipsum decretum inculcantes. Iam quum scopus rationis unicus sit veritas et ad eam reperendam probationes necessariae sint, sequitur sine decretis philosophiam esse non posse. Via ad philosophiae adytum per ea est — 65. Adicit quidem Posidonius quaedam alia tanquam necessaria, suasionem, consolationem, exhortationem, et utilem futuram ait cuiusque virtutis descriptionem: non sine Senecae assensu.

Petis a me, ut id quod in diem suum dixeram debere differri, repraesentem, et scribam tibi, an haec pars philosophiae, quam Graeci *παρασκευη* vocant, nos praeceptivam dicimus, satis sit ad consummandam sapientiam. Scio te in bonam partem accepturum, si
nega-

1. *Petis a me — differri]* an ad faciendum sapientem Spectant haec ad Ep. 94, 52, ubi docuerat contra Aristonem, Philosophiae partem, quae praeceptiones contineat, supervacuum non esse. Nunc quaerit, sola sufficiat. Si negaverit quia res intricata et minime blanda aut grata est: ideo facile feret abnuentem. Tamen faciam, ne frustra petiveris,
et

negavero. Eo magis promitto, et verbum publicum perire non patior: Postea noli rogare, quod impetrare nolueris. Interdum enim obnixe petimus, id quod recusaremus, si quis offerret. Haec sive levitas est,² sive vernilitas, punienda est promittendi facilitate. Multa videri volumus velle, sed nolumus. Recitator historiam ingentem attulit, minutissime scriptam, arctissime plicatam, et magna parte perfecta: Desinam, inquit, si vultis. Acclamatur, Recita, recita, ab his qui illum obmutescere illico cupiunt. Saepe aliud volumus, aliud optamus: et verum ne diis quidem dicimus; sed dii aut non exaudiunt, aut miserentur. Ego me, omissa misericordia, vindicabo, et tibi ingentem epistolam impingam: quam tu si invitus leges, dicito: Ego mihi hoc contraxi. teque inter illos numera,³ quos uxor magno ducta ambitu torquet: inter illos, quos divitiae per summum acquisitae sudorem, male habent: inter illos, quos honores, nulla non arte atque opera petiti, discruciant: et ceteros malorum suorum compotes. Sed ut, omisso principio, rem⁴

O 4

ipsam

et ne vulgi verbum (*publicum*) pereat: noli rogare quod impetratum etiam nolis. Nam sunt, qui petant, quasi in alterius gratiam aut honorem: ut, Recita hoc carmen, Diem illum mihi adsis: at in animo velint negatum honorem aut gratiam. Haec sententia horum et sequentium est, a qua alii mihi videntur abivisse. L.

2. *Recitator*] Hic mos scripta sua amicis recitandi iam libera republ. erat, sed magis invaluit sub Augusto, Pollione quippe Asinio publice cum in-

ducente. Cf. Wieland. ad Horat. I Epp. 19, 42. et Gierig in Excursu hac de re ad Plinii Epist. Vol. II. *aliud volumus, aliud optamus*, i. e. aliud nobiscum tacite volumus, aliud palam efferimus, dicimus optantes.

3. *ambitu*] i. studio. et ceteros malorum suorum compotes, argute expressum est: et inter ceteros numera te, qui quum votorum suorum compotes facti sint, loco eorum mala nanciscuntur, quae tamen sibi ipsis tribuere debent.

ipsam aggrediar: Beata, inquit, vita constat ex actionibus rectis: ad actiones rectas praecepta perducunt: ergo ad beatam vitam praecepta sufficiunt.

^a Non semper ad actiones rectas praecepta perducunt, sed quum obsequens ingenium est: aliquando frustra admoventur, si animum opiniones obsident pravae.

- 5 Deinde, etiam si recte faciunt, nesciunt facere se recte. Non potest enim quisquam nisi ab initio formatus, et tota ratione compositus, omnes exsequi numeros, ut sciat, quando oporteat, et in quantum, et cum quo, et quemadmodum. Quare non potest toto animo ad honesta conari, ne constanter quidem, aut
- 6 libenter: sed respiciet, sed haesitabit. Si honesta, inquit, actio ex praeceptis venit, ad beatam vitam praecepta abunde sunt: atqui est illud: ergo et hoc. His respondemus, Actiones honestas ex decretis fieri, non tantum praeceptis. Si aliae, inquit, artes contentae sunt praeceptis, contenta erit et sapientia: nam et haec ars vitae est. Atqui gubernatorem facit ille qui praecipit: Sic move gubernaculum, sic vela submit-

a. Non semper. Sic omnes codd. mss. Ante Grut. Non tamen s.

4. *Beata, inquit*] Stoeae adversarii et cuiuslibet philosophiae dogmaticae. Propositio minor recte impugnatur.

5. *Deinde — recte.*] Conscientia deest iis, hac tantum ratione uti debere ad recte faciendum. *omnes — numeros*, officiorum partes et noscere et exercere: numerus enim proprie partem (a *νέμω* tribuo) denotat. cf. Ernesti Clav. Cic. h. voce.

6. In hoc ratiocinio hypothetico recte maior impugnatur. *Decreta* sunt principia, quae nos vocamus, unde praecepta deducuntur. *ars vitae*. Iam supra Ep. 90, 44 vidimus: ars est bonum fieri: hinc philosophi, sapientes dicuntur seq. §. *artifices vivendi*. Ita auctor poematis olim sub nomine Severi, nunc ap. Wernsdorf. Poet. min. lat. IV sub nomine Lucilii Iunioris, utrumque temere

mitte, sic secundo vento utere, sic adverso resiste, sic dubium communemque tibi vindica: alios quo- 7
que artifices praecepta confirmant: ergo non hoc idem poterunt artifices vivendi? Omnes istae artes circa instrumenta vitae occupatae sunt, non circa totam vitam. Itaque multa illas inhibent extrinsecus, et impediunt, spes, cupiditas, timor. At haec quae artem vitae professa est, nulla re, quo minus se exerceat, vetari potest. discutit enim impedimenta, et tractat obstantia. Vis scire quam dissimilis sit harum 8
artium conditio, et huius? In illis excusatius est, voluntate peccare, quam casu: in hac, maxima culpa est, sponte delinquere. Quod dico, tale est. Grammaticus non erubescit soloecismum, si sciens facit: erubescit, si nesciens. Medicus si deficere aegrum non intelligit, quantum ad artem magis peccat, quam si se intelligere dissimulat. At in hac arte vivendi, turpior volentium culpa est. Adice nunc, quod artes 9
quoque pleraeque, immo ex omnibus liberalissimae, habent decreta sua, non tantum praecepta: sicut medicina. Itaque alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis. Praeterea nulla ars contem-

O 5

plati-

mere publicati, vers. 186: Nunc opus Artificem incendit, ubi Wernsdorf. recte explicat, philosophum.

8. *Vis scire*] Locus hic erudite tractatur ab Aristotele libr. II. Ethicorum. Muretus. *soloecismum*. Vitium orationis puritati vel Latinitati contrarium soloecismus est, quum in verbis pluribus verbum superiori non accommodetur et compositura partium orationis

impar et inconueniens fiat: stribligo alias dicta. Cf. Ernesti Lexicon Technol. Graec. et Lat. h. v. Comparat cum soloecismo Graecum *σχημα* Valcken. ad Lesbon. post Ammon. not. 3. p. 177 sqq.

9. *Itaque alia est Hippocratis — Asclepiadis — Themisonis.*] Cf. de his medicis in antiquitate celeberrimis, *Hippocrate* Coe, qui Socratis coaevus erat, *Asclepiade* et eius audi-

plativa sine decretis suis est, quae Graeci vocant *δὲγματα*: nobis decreta licet appellare, vel scita, vel placita: quae in geometria et astronomia invenies. Philosophia autem et contemplativa est, et activa: spectat, simulque agit. Erras enim, si illam putas tantum terrestres operas promittere: altius spirat. Totum, inquit, mundum scrutor, nec me intra contubernium mortale contineo, suadere vobis, ac dissuadere contenta: magna me vocant, supraque vos posita.

11 *Nam tibi de summa coeli ratione, deumque,
Differere incipiam, et rerum primordia pandam,
Vnde omnis natura creet res, auctet, alatque,
Quoque eadem rursus natura perempta resolvat:*

ut ait Lucretius. sequitur ergo, ut quum contemplativa sit, habeat decreta sua. Quid, quod facienda quoque nemo rite obibit, nisi is cui ratio erit tradita, qua in quaque re omnes officiorum numeros exsequi possit? quos non servabit, ^b qui in rem praecepta acceperit, non in omne. Imbecilla sunt per se, et, ut ita dicam, sine radice, quae partibus dantur. Decreta sunt quae muniant, quae securitatem nostram, tranquill-

b. *qui in rem praecepta acceperit, non in omne.* Hanc lectionem uni codici debet Pintianus, quam veram puto. Muretus satis confidenter: *Qui mera praecepta acceperit.* Lipsius coniecit: *non in commune.*

auditore *Themisone*, qui Ciceronis tempore Romae vixerunt, et quorum Plin. Nat. Hist. 29, 1. Celsus praefat. p. 13 bip. al. mentionem honorificam iniecere, inprimis Curtii Sprengelii *Historia Medicinae. contemplativa* quae causas rerum spectat, in eas inquirat et in

systema ordinat colligitque, atque adeo theoria, quam vocamus, nititur.

11. Versus Lucretii I, 49 sqq. sunt. *qui in rem — omne h. e.* qui in res singulas praecepta acceperit (exempla habes in Ep. 94, 14 sqq.) nec ea, quae totum

quillitatemque tueantur, quae totam vitam, totamque rerum naturam simul contineant. Hoc interest inter decreta philosophiae, et praecepta, quod inter elementa, et membra. haec ex illis dependent: illa et horum causae sunt et omnium. Antiqua, inquit, sapientia nihil aliud, quam facienda et vitanda, praecipit: et tunc longe meliores erant viri: postquam docti prodierunt, boni defunt. Simplex enim illa et aperta virtus in obscuram et solertem scientiam versa est, docemurque disputare, non vivere. Fuit sine dubio, ut dicitis, vetus illa sapientia, quum maxime nascens, rudis: non minus quam ceterae artes, quarum in processu subtilitas crevit. Sed ne opus quidem adhuc erat remediis diligentibus. Nondum in tantum nequitia surrexerat, nec tam late se sparserat: poterant vitiis simplicibus obstare remedia simplicia. Nunc necesse est tanto operosiora esse munimenta, quanto valentiora sunt, quibus petimur. Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus sifteretur fluens sanguis, vulnera coirent paulatim: deinde in hanc

tum officiorum ambitum complectuntur.

12. *Elementa et membra*] Comparatio haec optimo iudicio electa est a nostro. Nam illa elementa, (*στοιχεῖα καὶ ἀρχαί*) non solum (*τὸ ὑποκείμενον*) rem subiectam et eam primariam, unde reliqua formantur, (*membra*) materiam, sed quoque principia s. illam vim vitalem primariam continent.

13. *Antiqua — praecepit*] Docet hoc historia de processu generis humani ad meliorem

ingenii vitaeque culturam. Hinc antiquissima praecepta eiusmodi attributa semper sunt auctoribus et statoribus humanitatis, e. c. Orpheo, Lino, Eumolpo, Musaeo: vide e. c. Aristophan. Ran. 1032 sq. 1054 Brunk. ed. Hesiodi quoque, poetarum gnomiorum et septem sic dictorum sapientum exemplo res patet. Quos quidem omnes Philosophiae subtiliori proluisse constat. Cf. Heynii Opusc. acad. Vol. I. p. 172 sq. 212 sq. et Eiusdem praefat. Sententio-

hanc pervenit tam multiplicem varietatem. Nec est mirum, tunc illam minus negotii habuisse, firmis adhuc, solidisque corporibus, et facili cibo, nec per artem voluptatemque corrupto. Qui postquam coepit, non ad tollendam, sed ad irritandam famem quaeri, et inventae sunt mille conditurae, quibus aviditas excitaretur: quae desiderantibus alimenta erant, onera
 16 sunt plenis. Inde pallor, et nervorum vino madentium tremor, et miserabilior ex cruditatibus, quam ex fame maçies: inde incerti labantium pedes, et semper qualis in ipsa ebrietate titubatio: inde in totam cutem humor admixtus, distensusque venter, dum male assuefcit plus capere, quam poterat: inde suffusio luridae bilis, et decolor vultus, tabesque in se putrescentium, et retorti digiti articulis obrigescentibus, nervorum sine sensu iacentium torpor, aut palpitatio
 17 corporum sine intermissione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? quid oculorum auriumque tormenta, et cetebri aestuantis verminationes, et omnia, per quae exoneramur, internis ulceribus affecta? Innumerable praeterea febrium genera, aliarum impetu saevientium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore et multa membrorum quassatione venientium?
 18 Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriae? Immunes erant ab istis malis, qui nondum se deliciis solverant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac vero labore durabant, aut cursu

c. corporum. omisit hic tantum non necessariam vocem *Murens*, quae et in Erasmi ed. et in quinque palat. codd. invenitur.

sis vetustissimorum Gnomior. poetar. Opp. cd. Lips. 1776 praemissam.

18. *quæ nondum se deliciis*

solverant] i. qui nondum nimia mollitie et voluptate vires suas fregerant. *ferramentis* i. instrumentis chirurgicis.

curfu defatigati, aut venatu, ^d aut tellure versata: excipiebat illos cibus, qui nisi esurientibus placere non poterat. Itaque nihil opus erat tam magna medicorum supellectile, nec tot ferramentis, atque pyxidibus. Simplex erat ex simplici causa valetudo: multos mor- 19
bos multa fercula fecerunt. Vide, quantum rerum per unam gulam transitarum permisceat luxuria, terrarum marisque vastatrix! necesse est itaque inter se tam diversa diffideant, et hausta male digerantur, aliis alio nitentibus. Nec mirum, quod inconstans variusque ex discordi cibo morbus est: et illa ex contrariis naturae partibus in eundem compulsa redundant. Inde 20
tam nullo aegrotamus genere, quam vivimus. Maximus ille medicorum, et huius scientiae conditor, feminis nec capillos defluere dixit, nec pedes laborare. Atqui hae iam et capillis destituuntur, et pedibus aegrae sunt. Non mutata feminarum natura, sed vita est. nam quum virorum licentiam aequaverint, corporum

d. *aut tellure versata.* Sic Erasmus. Nonnulli codd. Pint. et Grut. praestant *aut tellurem versantia.*

19. *multos morbos multa fercula f.*] Vide in hanc rem Plutarchi Quaeest. convival. VIII. c. 9. L. *et illa ex contrariis — redundant:* sensus est: non mirum est, quod illa tam contraria alimenta in unum cibum compulsata f. collecta fermentationem subeunt noxiam et nimio impetu venas implent.

20. *Inde tam nullo — vivimus.*] Inde fit, ut tam diversa et mixta perplexaque morborum genera sint, quam vivendi ratio nostra est discors

propter ciborum genera multiformia. *Maximus ille medicorum — laborare.* Hippocrates in iis scriptis, quae aetatem tulerunt, haec memoriae non prodidit. Similia tamen occurrunt in libro de natura Pueri p. 241 ed. Genev. 1657. fol.: Galenus quoque ad libr. VI Aphorism. notat, olim id ita fuisse Hippocratis aevo, quum moderate vicerent: at suo tempore propter intemperantiam victus et eunuchos et feminas saepe podagra laborare. Ceterum Aristoteles de Generat.

rat.

- 21 rum quoque virilium vitia aequaverunt. Non minus pervigilant, non minus potant, et oleo et mero viros provocant: aequae invitae ingestae visceribus per os reddunt, et vinum omne vomitu remetiuntur: aequae nivem rodunt, solatium stomachi aestuantis. Libidine vero, nec maribus quidem cedunt, pati natae. Dii illas deaeque male perdant! adeo perversum commentae genus impudicitiae, viros ineunt. Quid ergo mirandum est, maximum medicorum, ac naturae peritissimum, in mendacio prehendi, quum tot feminae podagrica calvaeque sint? Beneficium sexus sui vitiis perdiderunt: et quia feminam exuerunt, damnatae sunt morbis virilibus. Antiqui medici nesciebant dare cibum saepius, et vino fulcire venas cadentes: nesciebant sanguinem emittere, et diutinam aegrotationem balneo sudoribusque laxare: nesciebant crurum vinculo brachiorumque, latentem vim, et in medio sedentem, 23 ad extrema revocare. Non erat necesse circumspicere multa auxiliorum genera, quum essent periculorum pau-

rat. Animal. V, 3 (quem locum I. A. Fabricio et I. Gurlitto, viro amiciss. in Wiedeburg. humanist. Magazin. V p. 351 sq. debeo) causas affert, cur non nisi viri, numquam pueri, mulieres et eunuchi fiant calvi.

21. oleo] i. luctando. *remetiuntur* cf. de Provident. c. 3. Mos invaluit iste, medicis quamvis reluctantibus. Plin. 26. 3. Celsus 1, 3.

22. Antiqui medici — sanguinem emittere] illi paucarum periti herbarum §. 15. Lipsius ex ingenio in textum intruserat temere: *saniem emittere*

propter morem in balneis sudandi. *Vino fulcire cadentes venas* quod noster de Benef. III, 9 effert: cadentes venas vino refecisse, oblinendo putalavandoque. Sic Ovid. Pont. 1, 3: et iam deficiens sic ad tua verba, revixi, Vt solet infusa vena redire mero. Cf. Bentley ad Horat. Serm. II, 3, 154. *nesciebant* — *revocare* intelligam de suppuratione excitanda, quam imposito sinapi efficiebant et candentibus ferramentis, ut materia inutilis evocaretur, teste Celso IV, 2 p. 193. c. 22 p. 239.

paucissima. Nunc vero quam longe processerunt mala valetudinis? has ufuras voluptatum pendimus, ultra modum fasque concupitarum. Innumerabiles esse morbos non miraberis? coquos numera. Cessat omne studium: et liberalia professi, sine ulla frequentia, desertis angulis praesident. In rhetorum ac philosophorum scholis solitudo est: at quam celebres culinae sunt, quanta circa nepotum focos iuventus premit? Transeo 24 puerorum infelicium greges: quos post transacta convivia, aliae cubiculi contumeliae exspectant. Transeo agmina exoletorum, per nationes coloresque descripta, ut eadem omnibus levitas sit, eadem primae mensura lanuginis, eadem species capillorum, ne quis, cui rector est coma, crispulis misceatur. Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum, per quos signo dato ad inferendam coenam discurretur. Dii boni, quantum hominum unus venter exercet! Quid? tu illos 25 boletos, voluptarium venenum, nihil occulti operis iudicas facere, etiamsi praesentanei non furant? Quid? tu illam aestivam nivem non putas callum iecinoribus obducere? Quid? illa ostrea, inertissimam carnem, coeno saginatam, nihil existimas limosae gravitatis inferre? Quid? illud Sociorum garum, pretiosam malorum piscium faniem, non credis urere falsa tabe praecor-

e. non miraberis? Sic Erasim. et codd. palat. *Innumerabiles esse morbos miraris?* Muretus dedit propria auctoritate.

23. *Cessat omne studium — solitudo est.*] Cf. ad Ep. 76, 1. nepotum gulae famulorum.

24. *quos post transacta — exspectant*] ut aut patiantur, aut faciant obscuro. Faciant etiam, dico, ex Ep. 47, 5. L. *per nationes coloresque.* Ita

solent, atque item per aetates. vide de Brevit. vitae c. 12. L. alii exoletorum erant glabri laevesque, alii barba decori.

25. *Etiam si boleti, aestivae nix, ostrea, Sociorum garum,* ab inventoribus Sociis appellatum (Plin. 9, 17. 31, 7.) non statim

- 26 cordia? Quid? illa purulenta, et quae tantum non ab ipso igne in os transferuntur, iudicas sine noxa in ipsis visceribus extingui? Quam foedi atque pestilentes ructus sunt? quantum fastidium sui exhalantibus crapulam veterem? Scias putrescere fumta, non coqui. Memini fuisse quondam [in sermone nobilem patinam, in quam quidquid apud lautos solet diem ducere, properans in damnum suum popina congesserat:
- 27 veneriae spondylique, et ostrea eatenus circumcisa, qua eduntur, intervenientibus distinguebantur echinis: 8 torti desfrictique sine ullis ossibus nulli constraverant. Piget iam esse singula: coguntur in unum sapes. In coena fit, quod fieri debet saturo in ventre. Expecto iam, ut manducata ponantur. Quantulo autem hoc minus est, testas excerpere atque ossa, et dentium

f. in sermone omnes codd. et edd. At Muretus coniecturam Pintiani recepit: *quondam Aesopi n. p.* cuius meminit Plin. X, 51. XXX, 13 etc. Sed nihil mutandum est.

g. *torti desfrictique*, sc. ossibus extractis, legendum est, ut praebent nonnulli codd., non *distracti*, neque *disfricti*.
Reli-

statim noceant, mox tamen facient. *falsa tabe*, quia piscium putrescentium s. *malorum sanie* constabat garum, teste Plinio l. l.

26. *Memini fuisse quondam — patinam.*] Errant, qui nostrum de Aesopi patina, cuius meminit Plin. 10, 15. 35, 13. cogitasse putent: illa enim avium, haec piscium erat. *properans in damnum suum pop.* i. e. quo delicatior est conditura et ars coqui, eo celerior mors aderit eorum, in quorum usum cibi apparantur: ita popinae fama ad incitas redigetur.

27. Vides hic coenam e concharum diversis generibus et nullis, adeoque e piscibus marinis tam artificiose apparatus, ut omnes hi pisces, quamvis diversi saporis, tamen in unum eundemque saporem versi sint, atque partim natura partim conditura ac coctura ita *torti* i. molliti et mixti, ut nulla dentium opera indigerent convivae. Descriptionem autem accuratorem ab Apiciiis urbium maritimarum petas. Muretus laudat Rondeletium lib. II de testaceis c. 34.

tium opera coquum fungi? Grave est luxuriari per 28
singula: omnia semel, et in eundem saporem versa,
ponantur. Quare ego ad unam rem manum porrigam?
plura veniant simul: multorum ferculorum ornamenta
coëant et cohaereant. Sciant protinus hi, qui iacta-
tionem ex istis peti et gloriam aiebant, non ostendi
ista, sed conscientiae dari. Pariter sint, quae disponsi
solent, iure uno persusa: nihil interfit, ostrea echinis,
spondyli perturbati nullis concoctique ponantur. Non 29
esset confusior vomentium cibus. Quomodo ista per-
plexa sunt, sic ex istis non singulares morbi nascuntur,
sed inexplicabiles, diversi, multiformes: adversus quos
medicina armare se coepit multis generibus, multis
observationibus. Idem de philosophia dico. Fuit ali-
quando simplicior inter minora peccantes, et levi
quoque cura h remediabiles: adversum tantam morum
everfionem, omnia conanda. Et utinam sic denique 30
lues ista vinceretur! Non privatim solum, sed publice
furimus. Homicidia comescimus, et singulas caedes:
quid bella, et occisarum gentium gloriosum scelus?
Non avaritia, non crudelitas modum novit: et ista
quam-

Reliqua cudi iussi, quomodo Erasmi et ed. rom. habent, et plurimi codd. E Gronovii nota haec excerptam: nescio quid de *pituita* hic ingerere libros iam observavit Erasmus. Perplacet, quod in membranis invenimus et ex Pal. secundo annotavit Gruterus, *Piget essq iam pituitam singula*. Oportuit omnia simul misceri, ut fastidium gulae tanta copia pituitae satiaretur. — Acquiesco vulgata: *Piget iam esse* (i. e. comedere) *singula: coguntur in unum sapes.*

h. *remediabiles*. Sic membranae et quinque palat. cum edd. priscis. Gronovius probat. Compositum est ap. Senec. Ep. 114, 5. Plin. XI, 53. 28, 7 irremediabilis. Simplex habet Cassiodor. Varr. III, 14 remediabile bonum est in peccatum accelerata correctio.

28. *Sciant — dari*] pro- qui inde orientur. *Concocti i.*
pter morborum multitudinem, una cocti. L.

quamdiu furtim, et a singulis fiunt, minus noxia, minusque monstrosa sunt: ex senatusconsultis plebisque scitis saeva exercentur, et publice iubentur, vetita pri-
 31 vatim. Quae clam commissa capite luerent, eadem quia i paludati fecere, laudamus. Non pudet homines, mitissimum genus, gaudere sanguine alterno, bella gerere, gerendaque liberis tradere: quum inter se etiam mutis ac feris pax sit? Adversus tam potentem explicitumque late furorem operosior philosophia facta est, et tantum sibi virium sumit, quantum his, ad-
 32 versus quae parabatur, accesserat. Expeditum erat, obiurgare indulgentes mero, et petentes delicatiorum cibum. non erat animus ad frugalitatem magna vi reducendus, a qua paululum discesserat:

Nunc manibus rapidis opus est, nunc arte magistra.

^k Voluptas ab omni parte quaeritur: nullum intra se manet vitium. In avaritiam praeceptus luxuria est: honestatis oblivio invasit: nihil turpe est, cuius placet
 33 pretium. ^l Homo, sacra res, homini iam per lusum et iocum occiditur: et quem erudiri ad inferenda accipiendaque vulnera nefas erat, is iam nudus inermisque producitur: satisque spectaculi ex homine, mors est. In hac ergo morum perversitate desideratur solito
 vehe-

i. *paludati*. Sic Erasmus et codd. nonnulli. Muretus *palam* suffecit. *Paulatim* habent codd. alii.

k. *Voluptas ab omni parte q.* Pintian. codd. At Erasmi. et nonnulli codd. *Voluptas ex omni q.* Vnde Lipsius conii. *Voluptas ex homine q.*

l. *Homo, sacra res, homini*. Sic plurimi codd. Alii: *Homo, sacra res, homo*. Mox *ex homine* plurimi codd. Erasmus tenet: *in homine*.

31. *quum inter se — pax iam ad II de Ira 8, 2. Versus fit?]* Errasse nostrum declamatorio ardere abreptum monui est Virgil. Aen. VIII, 442.

33. *nudus — producitur]*

ut

vehementius aliquid, quod mala inveterata discutiat. Decretis agendum est, ut revellatur penitus falforum recepta persuasio. His si adiunxerimus praecepta. con- 34
solationes, adhortationes, poterunt valere: per se inefficaces sunt. Si volumus habere obligatos, et malis, quibus iam tenentur, avellere; discant quid malum, quid bonum sit: sciant, omnia, praeter virtutem, mutare nomen, modo mala fieri. modo bona. Quemadmodum primum militiae vinculum est religio; 35
et signorum amor, et defendendi nefas: tunc deinde facile cetera exiguntur mandanturque iusiurandum adactis: ita in his, quos velis ad beatam vitam perducere, prima fundamenta iacienda sunt, et insinuanda virtus. Huius quadam superstitione teneantur: hanc ament: cum hac vivere velint, sine hac nolint. Quid 36
ergo? non quidam sine institutione subtili evaserunt prohi, magnosque profectus affecuti sunt, dum nudis tantum praeceptis obsequuntur? Fateor: sed felix ingenium illis fuit, et salutaria in transitu rapuit. Nam ut dii immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi; et pars naturae eorum est, esse bonos: ita quidam ex hominibus egregiam fortiti indolem, in ea quae tradi solent, perveniunt sine longo magisterio; et honesta complexi sunt, quum primum audierunt: unde ista tam rapacia virtutis ingenia, vel ex se fer- 37
tilia. At illis aut hebetibus et obtusis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo animorum effricanda est. Ceterum ut illos in bonum pronos citius educit ad summa, et hos imbecilliores adiuvabit, malisque opinionibus extrahet, qui illis philosophiae placita tra-

P 2

dide:

ut solent meridiani gladiatores. cf. Ep. 7. L.

35. *Quemadmodum* — *adactis.*] Iuramenti religionem

intelligit, in quo haec ipsa de signis comprehensa. Vide militiam nostram lib. I. L.

- 38 diderit: quae quam sint necessaria, licet videas. Quaedam infident nobis quae nos ad alia pigros, ad alia temerarios faciunt. Nec haec audacia reprimi potest, nec illa inertia fuscitari, nisi causae eorum eximantur, falsa admiratio, falsa formido. Haec nos quamdiu possident, dicas licet: Hoc patri praestare debes, hoc liberis, hoc amicis, hoc hospitibus. tentantem avaritia retinebit. Sciet pro patria pugnandum esse: dissuadebit timor. Sciet pro amicis desudandum esse, ad extremum usque sudorem: sed deliciae vetabunt.
- 39 Sciet in uxorem gravissimum esse genus iniuriae, habere pellicem: sed illum libido in contraria impinget. Nihil ergo proderit dare praecepta, nisi prius amoveris obstantia praeceptis: non magis, quam proderit arma in conspectu posuisse, propiusque admovisse, nisi usurae manus expediuntur. Vt ad praecepta quae da-
- 40 mus, possit animus ire, solvendus est. Putemus aliquem facere, quod oportet. non faciet assidue, non faciet aequaliter: nescit enim quare faciat. Aliqua vel casu, vel exercitatione, exhibunt recta: sed non erit in manu regula, ad quam exigantur, cui credat recta esse quae fecit. Non promittet se talem in perpetuum, qui casu bonus est. Deinde, praestabunt tibi fortasse praecepta, ut quod oportet facias: non praestabunt, ut quemadmodum oportet: et si hoc non praestant,
- 41 ad virtutem non perducunt. Faciet quod oportet monitus. concedo. sed id parum est. quoniam quidem non

39. nisi usurae manus expediuntur] i. e. nisi manus, quae armis usurae sint, exp. Haec monuit Gronov. contra Gruterum, qui putavit, quia digitis numerarent veteres, quamdiu digitis occupabantur computando, non potuisse va-

care armis, eaque applicare corpori.

40. Deinde, praestabunt — oportet] Legaliter, sed non moraliter ages, nullo causarum respectu habito nec persuasionem motus.

41. quoniam quidem — in fa-

non in facto laus est, sed in eo quemadmodum fiat. Quid est coena sumtuosa flagitiosius, et equestrem censum consumente? quid tam dignum censoria nota, si quis, ut isti ganeones loquuntur, sibi haec et genio suo praestet? et toties tamen sestertio aditiales coenae frugalissimis viris constiterunt. Eadem res si gulae da-⁴² tur, turpis est: si honori, reprehensionem effugit. Non enim luxuria, sed impenſa solennis est. Mullum ingentis formae (quare autem non pondus adiicio, et aliquorum gulam irrito? quatuor pondo et ad semilibrum fuisse aiebant) Tiberius Caesar missum sibi, quum in macellum deferri et venire iussisset; Amici, inquit, omnia me fallunt, nisi istum mullum aut Apicius emerit, aut P. Octavius. Ultra spem illi coniectura processit. licitati⁴³ sunt: vicit Octavius, et ingentem consecutus est inter suos gloriam, quum quinque millibus HS emisset piscem, quem Caesar vendiderat, ne Apicius quidem emerat. Numerare tantum Octavio fuit turpe. nam

P 3

ille

facto — fiat] secundum Stoeae dogma, omnia praeter virtutem mutare nomen, modo mala fieri, modo bona fieri, prout iis utaris. Ita sumtuosissima coena luxuriae causa apparatus, *censoria nota* i. publica reprehensione cum ignominia digna est; at *coena aditialis*, epulum, quod in aditu et auspicio honorum dabatur, quamvis aequae sumtuosa, non reprehenditur. Verbo moneo, me antiquam ab omnibus codd. mss. confirmatam lectionem: *toties tamen sestertio aditiales* restituisse, eiectionis illis a Mureti ingenio profectis: *tricies t. s. a. Non enim luxuria — solennis est.*

Non enim luxuria, sed impenſa res pretium accipit.

42. Similem historiam capit Iuvenal. Sat. IV. *quatuor pondo et ad semilibrum*. Cf. Plin. N. H. IX, 17. qui ait: binas libras ponderis raro admodum exsuperare, nec in vivariis piscinisque crescere. *quinque millibus HS.*: hi 5000 sesterti efficiunt secundum Romé de l'Isle 250 thal. De *Apicio* cf. ad Consol. ad Helv. 10, 2.

43. *Numerare — turpe.*] Pretium magnum per se consideratum non turpitudinem habuit, luxuria dabat.

ille qui emerat, ut Tiberio mitteret, (quanquam illum quoque reprehenderim) admiratus est rem, qua
 44 putavit Caesarem dignum. Amico aegro aliquis affidet: probanus. at hoc si hereditatis causa facit, vultur est, cadaver expectat. Eadem et turpia sunt, et honesta: refert, quare, aut quemadmodum fiant. Omnia autem honesta fient, si honesto nos addixerimus, idque unum in rebus humanis bonum iudicaverimus, quaeque ex eo sunt: cetera, in diem bona sunt. Ergo infigi debet persuasio, ad totam pertinens
 45 vitam: hoc est, quod decretum voco. Qualis haec persuasio fuerit, talia erunt quae agentur, quae cogitabuntur: qualia autem haec fuerint, talis vita erit. In particulas suasisse, totum ordinanti parum est. M. Brutus in eo libro, quem *περὶ καθ'ἑαυτὸς* inscripsit, dat multa praecepta et parentibus et liberis et fratribus. haec nemo faciet quemadmodum debet, nisi habuerit quo referat. Proponamus oportet finem summi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat: veluti navigantibus ad aliquod sidus
 46 dirigendus est cursus. Vita sine proposito vaga est. Quod si utique proponendum est, incipiunt necessaria esse decreta. Illud, puto, concedes, nihil esse turpius dubio, et incerto ac timido, pedem modo referente, modo producente. Hoc in omnibus rebus accidet nobis: nisi eximantur, quae reprehendunt animos

44. *vultur* — *expectat.*] Haec de captatoribus testamentorum s. hereditatis in proverbium abiire. Cf. Erasmi Adag. 1 Chil. 7 Cent. 14.

45. *In particulas suasisse* — *est.*] Qui decretis eorum complectitur, ei parum est in particulas totius suasisse. *M. Bru-*

tus — *inscripsit.* Omnia scripta huius statoris libertatis interiere praeter epistolas. Cetera laudant Bayle Brute G. Fabric. Bibl. Graec. Vol. III p. 545. Saxe in Onomast. I. p. 170. Librum huncce citant et Charisius et Priticianus sub titulo: *de officiis.*

mos ac detinent, et conari totos vetant. Quomodo 47
sint dii colendi, solet praecipi. Accendere aliquem lu-
cernam sabbathis prohibeamus: quoniam nec lumine
dii egent, et ne homines quidem delectantur fuligine.
Vetemus salutationibus matutinis fungi, et foribus
assidere templorum: humana ambitio istis officiis capi-
tur. Deum colit, qui novit. Vetemus lintea et strigi-
les Iovi ferre, et speculum tenere Iunoni. Non quae-
rit ministros Deus: quidni? ipse humano generi mi-
nistret: ubique et omnibus praesto est. Audiat licet, 48
quemadmodum se gerere in sacrificiis debeat, quam
procul resilire a molestiis ac superstitionibus: nun-
quam satis profectum erit, nisi qualem debet Deum,
mente conceperit, omnia habentem, omnia tribuen-
tem, beneficia gratis dantem. Quae causa est diis
benefaciendi? natura. Errat, si quis putat illos nocere
velle: non possunt. nec accipere iniuriam queunt,

P 4

nec

m. quemadmodum se gerere in s. d. Gruterus ex Pal. notat,
servire in s., quod et Frobeniana: ex altero, *quem modum
servare*: idque probat. Suspicio reliquisse Senecam: *quem-
admodum servare in s.*, uti est in Tarvis. et Veneta. Serva-
re est observare etc. Gronov.

47. *Accendere aliquem —
sabbathis prohibeamus*] Lucernas
accendere in honorem Deo-
rum aut principum festis die-
bus mos apud Romanos: sed ut
apparet, paullatim iudaici ritus
invaluere, et Sabbathi diem
illa superstitione coluerunt.
Persius Sat. V, 179 sq. (ubi
cf. Casaubon. p. 465 sq.): ut,
quum Herodis venire dies
unctaeque fenestra Dispositae
pinguem nebulam vomuere lu-
cernae etc. *Vetemus saluta-
tionibus — Iunoni.* Augusti-

nus de Civit. Dei lib. VI a Li-
psio laudatus ait: „Sunt quae
Iunoni et Minervae capillos
disponant, longe a templo, non
tantum simulacro stantes, digi-
tos movent ornantium modo,
sunt quae speculum teneant.“
Saepe occurrunt etiam nunc in
monumentis antiquis specula,
et in pompa Isis ab Appuleio
descripta, Metamorph. XI p.
770 ubi vid. Colv. et Ouden-
dorp. nostri loci memores. Cf.
Böttiger griech. Vasengemälde
III p. 59.

- nec facere. Laedere etenim laedique, coniunctum est.
- 49 Summa illa ac pulcherrima omnium natura, quos periculo exemit, nec periculosos quidem fecit. Primus est deorum cultus, deos credere: deinde, reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem, sine qua
- 50 nulla maiestas est. Scire, illos esse qui praesident mundo, qui universa vi sua temperant, qui humani generis tutelam gerunt, interdum curiosi singulorum. Hi nec dant malum, nec habent: ceterum castigant quosdam, et coërcent, et irrogant poenas, et aliquando specie boni puniunt. Vis deos propitiare? bonus esto. Satis illos coluit, quisquis imitatus est.
- 51 Ecce altera quaestio, quomodo hominibus sit utendum. Quid agimus? quae damus praecepta? Ut parcat sanguini humano? quantulum est ei non nocere, cui debeas prodesse? Magna scilicet laus est, si homo mansuetus homini est. Praecipiemus ut naufrago manum porrigat, erranti viam monstret, cum esuriente
- 52 panem suum dividat? Quando omnia quae praestanda sunt ac vitanda, dicam, quum possim breviter hanc formulam humani officii tradere? Omne hoc quod vides, quo

48 — 51. Totus hic locus de Diis, quorum cultus decretis etiam niti debet, tam egregius est, ut non mirum sit, quod inde et multis aliis locis eiusmodi perperam inducerentur multi ad credendum. Senecae fuisse cum Paulo apostolo consuetudinem, unde haec et talia acceperit, nemine scilicet nisi Christiano homine digna. Tamen interdum curiosi singulorum — ceterum castigant quosdam — puniunt excidisse nostro nolles, quippe quae sa-

nior philosophia repudiat, quin etiam Stoa et ipsa; nisi postrema mitiges interpretatione, quam M. Anton. et Epictetus passim suppeditant. Ceterum e Platonis libris de Rep., in primis e libr. X de Legg. toto haec hausta videri possunt.

51 — 54. De usu et consuetudine cum hominibus. Sunt communes sententiae (*κοινὰ ἔννοια*,) quas et educatio et lectio poetarum epicorum et gnostic. animis iuvenilibus instillabat. Cf. Cic. de off. I, capp.

quo divina atque humana conclusa sunt, unum est: membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, quum ex iisdem et in eadem gigneret. Haec 53 nobis amorem indidit mutuum, et sociabiles fecit: illa aequum iustumque composuit: ex illius constitutione miserius est nocere, quam laedi: et illius imperio paratae sunt ad iuvandum manus. Iste versus et in pectore, et in ore fit:

Homo sum, humani nihil a me alienum puto.

⁹ Habeamus in commune, quod nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est: quae casura, nisi invicem obstarent, hoc ipso sustinetur. Post deos 54 hominesque dispiciamus, quomodo rebus sit utendum. In supervacuum praecepta iactabimus, nisi illud praecesserit, qualem de quaque re habere debeamus opinionem, de paupertate, de divitiis, de gloria, de ignominia, de patria, de exilio. Aestimemus singula, famam remotam: et quaeramus quid sint, non quid vocentur. Ad virtutes transeamus. praecipiet aliquis, ut prudentiam 55 magni aestimemus, ut fortitudinem complectamur: temperantiam amemus: iustitiam, si fieri potest, propius etiam quam ceteras, nobis applicemus. Sed nihil agetur, si ignoramus, quid sit virtus: una sit, an plures: separatae an annexae: an qui unam habet, et

P 5

cete-

n. *Habeamus in commune, quod n. f.* Pintianus em. *coeamus. in c. n. f.* Lipsius: *habeamus.* (sc. versus illum) *in c. quidem n. f.* Sed vulgata non est tentanda. cf. not.

capp. priorib. *formula humani officii* est decretum, *δόγμα*, stoicum, de quo vid. Lipsii *Physiol. stoic.* I, 8 et Casaubon. ad Persium p. 276 sqq. Versus est notissimus Terentii Heautontim. act. I. sc. I. 54. De

rebus, quas nec bonas nec malas esse statuebant, ut constat, Stoici.

55. *Unam et annexas virtutes* statuebant Stoici, ut saepe iam vidimus. Lipsii *Manud. stoic.* III, 4.

56 ceteras habeat: quomodo inter se differant. Non est
 necesse fabro de fabrica quaerere, quod eius initium,
 quis usus sit: non magis quam pantomimo, de arte
 saltandi. Omnes istae artes se sciunt: nihil deest. Non
 enim ad totam pertinent vitam: virtus et aliorum
 scientia est, et sui. discendum de ipsa est, ut ipsa
 voluntas discatur: actio recta non erit, nisi recta
 57 fuerit voluntas. ab hac enim est actio. Rursus, vo-
 luntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit:
 ab hoc enim est voluntas. Habitus porro animi non erit
 in optimo, nisi totius vitae leges perceperit, et quid
 de quoque iudicandum sit, exegerit, nisi res ad verum
 redegerit. Non contingit tranquillitas, nisi immuta-
 bile certumque iudicium adeptis: ceteri decidunt sub-
 inde, et reponuntur, et inter omissa appetitaque al-
 58 ternis fluctuantur. °Causa huius iactationis est, quod
 nihil liquet incertissimo regimine utentibus, fama. Si
 vis eadem semper velle, vera oportet velis. Ad ve-
 rum fine decretis non pervenitur: continent vitam.
 Bona et mala, honesta et turpia, iusta et iniusta, pia
 et impia, virtutes usque virtutum, rerum commoda-
 rum possessio, aestimatio ac dignitas, valetudo, vires,
 forma,

o. *Causa huius iactationis.* Libri fere, *causa* *iusque* *i.* aut,
causa *visque* *i.* quod probat Pintianus. Lipsius coni. *c.*
eiusce *i.*

56. *Omnes istae artes se sciunt*] Ambitus artium iis
 ipsis censetur et continetur:
 in se consummatae non opus
 habeat, ut aliud quid cognos-
 cant, quatenus sunt artes per
 se consideratae.

57. *Habitus animi*] ἔξις,
 quam nos barbare praedisposi-
 tionem vocamus. Stob. Eclog.

ph. Vol. II, 7 p. 299 Heer.
 ἔξις δὲ, κατ' ἄς πρὸς ταῦτά
 πως ἔχομεν, καὶ ἀφ' ὧν ἡ
 τούτων (δυνάμεων) ἐνέργεια
 εἶ ἢ κακῶς ἀποτελεῖται.

58. *rerum commodarum*]
 stoica phrasi res externas ita
 dici, quae vulgo bona, con-
 stat: commoda.

forma, sagacitas sensuum, haec omnia aestimatorem desiderant, quanti quidque in censum deferendum sit. Falleris enim, et pluris quaedam, quam sunt, putas: 59 adeoque falleris, ut quae maxima inter vos habentur, divitiae, gratia, potentia, sestertio nummo aestimanda sint. Hoc nescies, nisi constitutionem ipsam, qua ista inter se aestimantur, inspexeris. Quemadmodum folia virere per se non possunt; ramum desiderant, cui inhaereant, ex quo trahant succum; sic ista praecepta si sola sunt, marcent: infigi volunt sectae. Prae- 60 terea, non intelligunt hi qui decreta tollunt, eo ipso confirmari illa, quo tollantur. Quid enim dicunt? praeceptis fatis vitam explicari, superflua esse decreta sapientiae, id est, dogmata. Atqui hoc ipsum quod dicunt, decretum est: tam hercule, quam si nunc ego dicerem, recedendum esse a praeceptis supervacuis, et in haec sola studium conferendum: hoc ipso quo negarem curanda esse praecepta, praeciperem. Quaedam 61 admonitionem philosophiae desiderant, quaedam probationem: et quidem multa; quia involuta sunt, vixque summa diligentia ac summa subtilitate aperiuntur. Si probationes necessariae sunt; et decreta, quae veritatem argumentis colligunt. Quaedam aperta sunt, quaedam obscura. Aperta, quae sensu comprehenduntur, quae memoria: obscura, quae extra haec sunt. Ratio autem non impletur manifestis: maior eius pars pul-

59. *sestertia nummo*] Valer. minimo. Communis ita sermo et velut formula, in imaginario pretio aut nullo. Cf. Cuiac. lib. 19. Obsl. c. 31. L. Vide Bentley ad Horat. Serm. I, 4, 14, qui et nostri loci meminit. *constitutionem ipsam*, rationem internam, ex qua ista aestimatio fit. *sectae* i. decreto.

61. *et decreta — colligunt.*] principia voces: ut ratio decretorum et praeceptorum sit eadem, quae est Ethicae purae et applicatae. *aperta quae — memoria* i. quae sensu externo et interno comprehenduntur. *ratio — manifestis*: plura comprehendit quam ea, quae sensibus in memoriam perveniunt.

- 62 pulchriorque in occultis est. Occulta probationem exigunt, probatio non sine decretis est, necessaria ergo decreta sunt. Quae res communem sensum facit, eadem perfectam, certarum rerum persuasio: sine qua omnia in animo natant: necessaria ergo sunt decreta,
- 63 quae dant animis inflexibile iudicium. Denique quum monemus aliquem, ut amicum eodem habeat loco quo se, ut ex inimico cogitet posse fieri amicum, in illo amorem incitet, in hoc moderetur odium: adiicimus, iustum est et honestum. Iustum autem honestumque decretorum nostrorum continet ratio: ergo haec necessaria est, sine qua nec illa sunt. Sed utraque iungamus. namque et sine radice inutiles rami sunt; et ipsae radices his, quae genuere, adiuvantur. Quantum utilitatis manus habeant, nescire nulli licet: aperte iuvant: cor, illud quo manus vivunt, ex quo impetum sumunt, quo moventur, latet. Idem dicere de praeceptis possum; aperta sunt: decreta vero sapientiae in abdito. Sicut sanctiora sacrorum tantum initiati sciunt: ita in philosophia, arcana illa admissis re-
ceptisque in sacra ostenduntur: at praecepta, et alia
- 65 huiusmodi, profanis quoque nota sunt. Posidonius non tantum praeceptionem, (nihil enim nos hoc verbo uti prohibet) sed etiam suasionem, et consolationem, et exhortationem necessariam iudicat. His adiicit causarum

62. *Quae res — persuasio*] i. e. quod efficit, ut omnibus hominibus eadem sententia sit de rebus, id efficit quoque perfectum et evidentem conceptum: atqui hanc sententiam praestat persuasio de rebus, quae certae sunt.

63. *Iustum — ratio*] Decreta nituntur ratione, quae

iustum honestumque continet, ex iis systema principiorum exstruit.

65. *Posidonius* itaque et in his non solum pure praecipere, suadere etc. iubet, sed inquirere quoque in causas, unde haec omnia fieri nunc debent. Mox §. 66. *ethologiam* (*ἠθολογίαν*) cum *Lipho* scri-

farum inquisitionem, quam cur aetiologiam dicere non audeamus, cum Grammatici, custodes Latini sermonis, suo iure ita appellent, non video. Ait utilem 66 futuram esse descriptionem cuiusque virtutis. hanc Posidonius ethologiam vocat: quidam χαρακτηρισμὸν appellant, signa cuiusque virtutis et vitii ac notas redentem, quibus inter se similia discriminantur. Haec res eandem vim habet, quam praecipere. Nam qui praecipit, dicit: illa facies, si voles temperans esse. Qui describit, ait, Temperans est, qui facit illa, qui 67 illis abstinet. Quæris, quid intersit? alter præcepta virtutis dat, alter exemplar. Descriptiones has, et (ut publicanorum utar verbo) εἰκονισμοὺς ex usu esse confiteor. Proponamus laudanda: invenietur imitator. Putas utile, tibi dari argumenta, per quæ intelligas nobilem equum, ne fallaris emturus, ne operam perdas in ignavo? Quanto hoc utilius est, excellentis 68 animi notas esse, quas ex alio in se transferre permittitur?

*Continuo pecoris generosi pullus in arvis
 Altius ingreditur, et mollia crura reponit.
 Primus inire viam, et fluvios tentare minaces
 Audet, et ignoto sese committere ponto.
 Nec vanos horret strepitus: illi ardua cervix,
 Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga:
 Luxuriatque toris animosum pectus:
 — tum, si qua sonum procul arma dedere,
 Stare lævō nescit, micat auribus, et tremat artus,
 Collectumque premens volvit sub naribus ignem.*

Dum

scripsi, quum antea esset: aetiologiam. Exemplum illustre ex Antiquitate nobis præstant Theophrasti characteres, quibus praeluferant rhetores s. techno-

logi, e. c. Aristoteles: imitati sunt Angli de ethica exponentes, e nostratibus Gellertus al.

67. Εἰκονισμοὺς] descriptiones et laudationes eorum, quæ

69 Dum aliud agit Virgilius noster, descripsit virum fortem. Ego certe non aliam imaginem magno viro deriderim. si mihi Cato exprimendus inter fragores bellorum civilium impavidus, et primus incessens admotus iam exercitus Alpibus, civilique se bello ferens obvium: non alium illi assignaverim vultum, non alium habitum. altius certe nemo ingredi potuit, quam qui simul contra Caesarem Pompeiumque se sustulit, et aliis Caesarianas opes, aliis Pompeianas foventibus, utrumque provocavit, ostenditque aliquas esse reipublicae partes. Nam parum est in Catone, dicere: *Nec vanos horret strepitus*. Quidni, quum veros vicinosque non horreat? quum contra decem legiones. et Gallica auxilia, et mixta barbarica arma civilibus, vocem liberam mittat, et Rempublicam hortetur, ne pro libertate decidat, sed omnia experiatur, honestius in feritatem casura, quam itura? Quantum in illo vigoris ac spiritus, quantum in publica trepidatione fiduciae 70 est? Scit se unum esse, de cuius statu non agatur: non enim quaeri, an liber Cato, sed an inter liberos fit. Inde periculorum gladiatorumque contemptus. Libet admirantem invictam constantiam viri, inter publicas ruinas non labantis, dicere: *Luxuriamque toris animosum pectus*. Proderit non tantum quales esse soleant boni viri, dicere, formamque eorum et lineamenta deducere: quales fuerint narrare, et exponere Catonis illud ultimum ac fortissimum vulnus, per quod libertas

quae vendi aut collocari deberent, e. c. equorum, a publicanis i. redemptoribus reddituum publicorum propositas. Lexica graeca hac significatione ditari possunt. Versus sunt Virgilio Ge. III, 75 sq.

69. De *Catone* eadem facpius assert. Cf. de Provid. II, 6 sq. Ep. 24. 14, 11 sq. Idem laudat in *Catone* Vellei. Paterc. II, 49. Horat. II Carm. 11, 24 etc. Res notas

bertas *P*emisit animam: Laelii sapientiam, et cum suo ⁷² Scipione concordiam: alterius Catonis domi forisque egregia facta: Tuberonis ligneos lectulos, quum in publicum sternerentur, haedinasque pro stragulis pelles, et ante ipsius Iovis cellam proposita convivis vasa fictilia. quid aliud est, paupertatem in Capitolio consecrare? Vt nullum aliud factum eius habeam, quo illum Catonibus inferam, hoc parum credimus? ⁷³ Censura fuit illa, non coena. O quam ignorant homines cupidi gloriae, quid illa sit, aut quemadmodum petenda! Illo die populus Romanus multorum supellectilem spectavit, unius miratus est. Omnium illorum aurum argentumque fractum est, et millies conflatum: at omnibus seculis Tuberonis fictilia durabunt.

EPISTOLA XCVI.

Contra querulos scripta est haec epistola, in qua docetur, omnia a fato venire, quae decernuntur, non accidunt. Non parendum est Deo, sed assentiendum: et cavere velle incommodis omnibus est votum effeminatum, quod virum haud decet.

Tamen

p. emisit. Sic recte H. Stephanus *Epist. V. ad Dalecamp.* emendavit. Antea: *amisit.*

72. Q. Aelii Tuberonis] De eo Cicero in *Orat. pro Muraena* c. 36 haec habet: Fuit eodem et studio eruditus apud patres nostros et honestus homo et nobilis Q. Tubero. is, quum epulum Q. Maximus Africani patris sui nomine populo Rom. daret, rogatus est a Maximo, ut triclinium sterneret, quum esset Tubero eiusdem Africani fororis filius: atque ille homo

eruditissimus ac stoicus stravit pelliculis haedinis lectulos punicanos et exposuit vasa famia: quasi vero esset Diogenes Cynicus mortuus et non divini hominis Africani mors honestaretur! — graviter tulit populus Rom. hanc perversam sapientiam Tuberonis. Exscripsit Ciceronem *Valer. Maxim. VII, 5.*

Tamen tu indignaris aliquid, aut quereris, et non intelligis, nihil esse in istis mali, nisi hoc unum, quod indignaris, et quereris? Si me interrogas, nihil puto viro miserum, nisi aliquid esse in rerum natura putet miserum. Non feram me, quo die aliquid ferre non potero. Male valeo? pars fati est. Familia decubuit? foenus offendit? domus crepuit? damna, vulnera, labores, metus incurrerunt? Solet fieri. hoc parum est: debuit fieri. decernuntur ista, non accidunt. Si quid credis mihi, intimos affectus meos tibi quum maxime detego: in omnibus quae adversa videntur et dura, sic formatus sum. Non pareo Deo, sed assentior: ex animo illum, non quia necesse est, sequor. Nihil unquam mihi incidet, quod tristis incipiam, quod malo vultu: nullum tributum invitus conferam. Omnia autem ad quae gemimus, quae expavescimus, tributa vitae sunt. Horum, mi Lucili, nec speraveris immunitatem, nec petieris. Vesicae te dolor inquietavit: epulae fuerunt parum dulces: detrimenta continua. propius accedam; de capite timuisti. Quid! tu nesciebas haec te optare, quum optares senectutem? Omnia ista in longa vita sunt, quomodo in longa via et pulvis et lutum et pluvia. Sed volebam, inquis, vivere, carere tamen incommodis omnibus.

1. *Non feram me*] i. e. male mihi erit, de me querar et angar. L.

2. *Non pareo Deo* — *sequor.*] Stoica dogmata et praeccepta sunt, quae saepe iam vidimus. *De capite timuisti.* Refert haec Lipsius ad Ep. 24, ubi de iudicii eventu sollicitum fuisse Lucilium scribit noster. Ita non opus est, ut cum Gru-

tero statuamus, hanc et tres quatuor quae praecedunt lineas hiulcum quid habere: praesertim si non *epulae*, sed *epistolae* cum mss. nonnullis ap. Grut. legamus. Sensus esset: Epistolae parum dulces allatae sunt; quae detrimenta continua nunciant; quid, quod periculum capitis i. e. vitae tibi afferunt:

hus. Tam effeminata vox virum dedecet. Videris, quemadmodum hoc votum meum excipias: ego illud magno animo, non tantum bono facio. Neque dii, neque deae faciant, ut te fortuna in deliciis habeat! Ipse te interroga, si quis potestatem tibi Deus faciat, utrum velis vivere in macello, an in castris. Atqui vivere, mi Lucili, militare est. Itaque hi qui iactantur, et per operosa atque ardua sursum atque deorsum eunt, et expeditiones periculosissimas obeunt, fortes viri sunt, primoresque castrorum: isti quos ^apublica quies, aliis laborantibus, molliter habet, Turturillae sunt, tuti contumeliae causa.

EPISTOLA XCVII.

Lucilium de saeculi vitiiis questum refutat, et nunc docet et olim fuisse malos, exemplo a iudicio Clodiano, quod Clodius nummiis et adulteriis, idque Catonis tempore, corruerat, petito. Suo tamen tempore docet fuisse frugaliorem inventutem, et quamvis vitia erumpant, quoniam ad deteriora faciles sumus, vitae peccata delectant, et prava consuetudo iuvat; tamen Boni sensus animis subest, et bona conscientia, quae prodire vult et conspicere, quum nequitia ipsas tenebras timeat, nec latendi fiduciam;

a. *publica quies.* quidam libri *putrida*, alii *putida*. Sed illud tenendum et cum Lipsio ad publicam pacem referendum est:

3. *Atqui — militare est.*] cf. ad Ep. 51, 5. 59, 6 sq. *Turturillae* i. molles: sive vocem derives ab ave turture, sive, quod Lipsius probat, a Turturilla. In Excerptis pithoeanis est: *Turturilla, ita dicitur locus, in quo corruptelae fiebant, quod ibi turturi opera darentur, i. e. panem.* Vbi Lipsius

emendat: *i. e. ganeae*, et addit: Talia autem loca et homines tuti, non per honorem; sed contumeliam, et quia spernuntur. Gruter. ad h. l. et Taubmann. ad Plauti Bacch. I, 1, 35, quo Gesner in Thes. Stephan. h. v. nos ablegat, nihil extricant.

ciam, Epicuro monente, habeat. Nam mala facinora conscientia damnantur, atque etiam interno flagello aut morsu puniuntur.

Cf. Ep. 105 et Cicero De fin. I. 11.

Erras, mi Lucili, si existimas nostri seculi esse vitium, luxuriam et negligentiam boni moris, et alia, quae obiicit suis quisque temporibus. Hominum sunt ista, non temporum: nulla aetas vacavit a culpa. Et si aestimare licentiam cuiusque seculi incipias: pudet dicere nunquam apertius, quam coram Catone, peccatum est. Credat aliquis pecuniam esse versatam in eo iudicio, in quo reus erat Clodius ob id adulterium, quod cum Caesaris uxore in aperto commiserat, violatis religionibus eius sacrificii, quod pro populo fieri dicitur, sic submotis extra conspectum omnibus viris, ut picturae quoque masculorum animalium contegantur. Atqui dati iudicibus nummi sunt: et quod hac etiam nunc pactio turpius est, supra insuper matronarum

1. *quae obiicit — quisque temporibus.*] Notum est Heftiodeum Opp. et D. 157 sq. et Horat. in Art. poet. 173 in descriptione fenis: Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero, castigato censorque minorum. cf. Gatack. ad M. Anton. VII, 1.

2. *Credat aliquis etc.*] Fiebat hoc facinus a. u. 691. Vide Ciceron. Epp. ad Attic. I, 13. 14. 16. et Middleton's life of Ciceron ad h. ann. P. Clodius quaestor et senator, homo nobilis (Appii filius), disertus, audax, malorum propositorum executor, infamis etiam fororis stupro (Vellei. Pat. II, 45),

adulterium cum Pompeia, Iul. Caesaris uxore, in aperto i. e. adyto, in aedibus Pontificis max., ubi sacra Bonae Deae non adeunda viris (v. Tibull. I, 6, 22. Iuvenal. VI, 339. interpp. Cicer. Harusp. resp. 17) quae ad Phalli (Lingam vocant Orientales) religionem spectasse videntur, per virgines vestales incredibili cerimonia quotannis celebrabantur, commiserat, ut Seneca h. l. et Dio Cass. 37, 45 tradunt, s. commissurus erat teste Cicerone l. l.; sed detectus et accusatus est. *Atqui*, etiamsi hoc facinus horrendum esset, tamen — Quaeestio extra ordinem fuit. Quum enim

narum et adolescentulorum nobilium, salarii loco exacta sunt. Minus crimine, quam absolute, peccatum est. Adulterii reus, adulteria divisit: nec ante fuit de salute securus, quam similes sui iudices suos reddidit. Haec in eo iudicio facta sunt, in quo, si nihil aliud, Cato testimonium dixerat. Ipsa ponam verba Ciceronis, quia res fidem excedit: „Arcessivit ⁴ ad se, promisit, intercessit, dedit. Iam vero, o dii boni, rem perditam! etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.“ Non vacat de pretio queri, plus in accessionibus fuit. Vis feveri illius uxorem? dabo illam. Vis divitis? huius quoque tibi praestabo concubitum. ^a Adulterium nisi ⁵ feceris, damna. Illa formosa, quam desideras, veniet: illius tibi noctem promitto, nec differo: ^b intra comperendinationem fides promissi mei stabit. Plus est distribuere adulteria, quam facere: illud est, matribus

Q 2

fami-

a. *Adulterium nisi feceris, damna.* Ex uno cod. pal. sic optime restituit Grut., quocum consentit editio vetus. Erasmi ed.: *adulterium ubi feceris damna.*

b. *intra comperendinationem fides promissi m. st.* Ita alias legi notatum ad oram edit. Erasmi., quae habet: *intra comparandi f.*; quocum Mss. codd. consentiunt. Nullo sensu.

enim Pontifices, ad quos res delata fuerat, nefas esse decrevisset, Clodiani pertulerunt, ut non iudicio populi, sed praetoris et 56 iudicum ad id selectorum committeretur, a quibus absolutus est. *Catquem testimonium* contra Clodium dixisse, aliunde, opinor, non constat.

4. *Calvus*, quo nomine appellat M. Crassum Cicero Ep.

ad Attic. I, 16, unde verba sequentia petita sunt.

5. *intra comperendinationem*] i. e. priusquam in suffragia de me vocentur iudices: itaque, hac in causa, actione secunda i. comperendinatione admitta. Cf. Heineccii Anteq. rom. syntagm. IV, 18, 30. *matribus* — *denuntiare*, velut imperium in eas exercere et per minas ad alium mittere: quod

familiae denuntiare; hoc, illudere. Hi iudices Clodiani a senatu petierant praesidium, quod non erat nisi
 6 damnaturis necessarium: et impetraverant. „Itaque eleganter illis Catulus, absoluto reo: Quid vos, inquit, praesidium a nobis petebatis? an, ne nummi vobis eriperentur?“ Inter hoc tamen iocos, impune tulit ante iudicium adulter, in iudicio leno: qui damnationem peius effugit, quam meruit. Quidquam fuisse corruptius illis moribus credis, quibus libido non sacris inhiberi, non iudiciis poterat, quibus in ea ipsa quaestione, quae extra ordinem senatusconsulto
 7 Quarebatur, an post adulterium aliquis posset tutus esse: apparuit, sine adulterio tutum esse non posse. Hoc inter Pompeium et Caesarem, inter Ciceronem Catonemque commissum est: Catonem, inquam, illum, quo sedente negatur populus permisisse sibi postulare Florales iocos nudandarum meretricum. Credis spectasse tunc severius homines, quam iudicasse? Et sient, et facta sunt ista: et licentia urbium, aliquando
 8 disciplinâ metuque, nunquam sponte confidet. Non est itaque quod credas, nunc plurimum libidini permis-

quod plus est, quam per blanditias furrepere et illudere. L. Mox verba: *Itaque — eriperentur* habet Cicero l. l. *Inter hos — leno* i. Clodius etiam si adulter et leno esset, poena tamen non affectus est.

7. *Florales iocos*] Floralia Aprili exeunte celebrata, ut omnia bene deflorescerent, (Plin. 18, 29) in honorem Nymphae Chloridis, Ovid. Fast. V, 195. Lactant. I, 20, 10 de

falsa Relig.: Celebrantur illi Iudi cum omni lasciviâ convenientes memoriae meretricis. Nam praeter verborum licentiam, quibus obscenitas omnis effunditur, exuuntur etiam vestibus populo flagitante meretrices, quae tunc mimarum funguntur officio, et in conspectu populi usque ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur. Laudant Val. Max. II, 10; 8. Martial. I Epigr. 1.

missum esse, legibus minimum. Longe enim frugalius haec iuventus, quam illa, est, quum reus adulterium apud iudices negaret, iudices apud reum confiterentur: quum stuprum committeretur rei iudicandae causa: quum Clodius iisdem vitiis gratiosus quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipsa causae dictione. Credat hoc quisquam? qui damnabatur uno adulterio, absolutus est multis. Omne tempus Clodios, non omne Catones feret. Ad deteriora faciles sumus: quia nec dux potest, nec comes deesse: et res etiam ipsa sine duce, sine comite procedit: non praenuntius est tantum ad vitia, sed praeceptor. Et, quod plerisque inemendabiles facit, omnium aliarum artium peccata artificibus pudori sunt, offenduntque deerrantem: vitae peccata delectant. Non gaudet navigio gubernator everso, non gaudet aegro medicus elato, non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit: at contra, omnibus crimen suum voluptati est. Laetatur ille adulterio, in quod irritatus est ipsa difficultate: laetatur ille circumscriptione furtoque: nec ante illi culpa, quam culpa fortuna displicuit. Id prava consuetudine evenit. Alioqui ut scias, subesse animis, etiam in pessima abductis, boni sensum, nec ignorari turpe, sed negligi; omnes peccata dissimulant,

Q 3

lant,

c. non praenuntius est tantum ad vitia, sed praeceptor: e codd. sed τὸ praeceptum mutavi in praeceptor. Erasmus dederat: Non primum iter est tantum ad vitia sed praeceptum.

d. deerrantem: vitae p. d. Omnium fere codd. lectio est. Erasmus: dum errantem v. p. d. Muretus in ed. rom. ex ingenio: errantem in vitia p. d.

8. conciliaturas] Honesto nomine vocavit lenocinia. Conciliandi enim verbum proprie in (nequitia et) matrimonio dicitur. Ovid. Non me nupsisti conciliante seni. Muretus.

10. nec ante — displicuit.] i. e. non aliter culpa displicuit, quam si successus eventusque non placuit, ex voto non fuit. L.

lant, et quamvis feliciter cefferint, fructu illorum
 11 utuntur, ipsa subducunt. At bona conscientia prodire
 vult, et conspici: ipsas nequitia tenebras timet. Ele-
 ganter itaque ab Epicuro dictum puto: „Potest no-
 centi contingere ut lateat, latendi fides non potest.“
 Aut si hoc modo melius hunc explicari posse iudicas
 sensum: Ideo non prodest latere peccantibus, quia la-
 tendi etiam si felicitatem habent, fiduciam non habent.
 Ita est, tuta scelera esse possunt: secura non possunt.
 12 Hoc ego repugnare sectae nostrae, si sic expediatur,
 non iudico. quare? quia prima et maximam peccan-
 tium est poena, peccasse: nec ullum scelus, licet il-
 lud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac
 vindicet, impunitum est: quoniam sceleris, in scelere,
 supplicium est. Sed nihilominus et haec, et illa, se-
 cundae poenae premunt ac sequuntur: timere semper
 13 et expavescere, et securitati diffidere. Quare ego hoc
 supplicio nequitiam liberem? quare non semper illam
 in suspenso relinquam? Illic dissentiamus cum Epicuro,
 ubi dicit, nihil iustum esse natura, et crimina vitanda
 esse,

11. *Epicuro*] Servavit Diog.
 Laert. X, 151 p. 671 Amstel.
 ubi sententia rata 38 haecce
 est: οὐκ ἔστι τὸν λάτρα τι
 ποιῶντα ὧν συνέθεντο πρὸς
 ἀλλήλους, εἰς τὸ μὴ βλά-
 πτειν μηδὲ βλάπτεσθαι, πι-
 στεύειν ὅτι λήσει, καὶ μυριά-
 νης ἐπὶ τοῦ παρόντος λανθά-
 νη. μέχρι γὰρ καταστροφῆς
 ἀδελφον εἰ καὶ λήσει.

12. *Hoc ego repugnare se-*
ctae nostrae] Stoicae: quia
 Stoici peccatum ob ipsum fugi
 spernique volebant, ut virtu-

tem amari ob ipsam. At Epi-
 curei praemia et poenas in
 utrisque spectabant. Neque
 prorsus damno, ait S., neque
 pugnat nobiscum: quia, etsi
 in peccato malum est, tamen
 et poenae secundae adhaerent
 sequunturque; et earum adspe-
 ctu peccare etiam timeamus. L.
Sed nihilominus et haec suppli-
cia, et illa scelera.

13. *Illic dissentiamus*] Ti-
 mor assiduus facit, Epicurus
 ait, ut vitia et crimina vitanda
 esse censeamus. Consentit Se-
 neca, sed dissentit in eo, quod
 negat,

esse, quia vitari metus non possit. Hic consentiamus, mala facinora conscientia flagellari, et plurima illi tormentorum esse, eo quod perpetua illam sollicitudo urget ac verberat, quod sponforibus securitatis suae non potest credere. Hoc enim ipsum argumentum Epicuri est; natura nos a scelere abhorre, quod nulli non etiam inter tuta timor est. Multos fortuna liberat poenâ, metu neminem. quare? quia infixâ nobis eius rei averfatio est, quam natura damnavit. Ideo nunquam fides latendi fit etiam latentibus: quia coarguit illos conscientia, et ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium, trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa scelera legem et iudicem effugiunt, et scripta supplicia: nisi illa naturalia et gravia de praesentibus solverent, et in locum patientiae timor cederet.

EPISTOLA XCVIII.

Amicum hortatur, ut neminem felicem credat ex felicitate suspensum, ideoque ex iis quae fragilia sunt, nec in nostra potestate: sed illud, quod ex se ortum, fidele firmumque est, et in nostra potestate, sapientiam puta et virtutem, prosequatur. Neque tamen illa externa omnino aspernanda sunt, sed consideranda tanquam materia bonorum malorumque, prout iis aliquis utatur. Praeparandus itaque animus ad amissionem bonorum, et obfirmandus ad tolerandum: neque tamen ita, ut sit futuri anxius. Quidni? et alii tulerunt, et nos mala, quae terribilia videntur, non sunt, vincamus, inter exempla simus, et ipsam vitam,

Q 4

dum

negat, actionum nostrarum causam hanc esse primariam. Apud Diog. Laert. l. l. 36. 37 agit Epicurus de iniustitia, quam per se et natura malam esse negat, sed metu suspitionis, ne fortasse non lateat tallium facinorum vindices et

exactores. At contra Stoici ap. Ciceron. de finib. III, 21.

14. *in locum patientiae timor*] in locum poenarum, quae revera accidere debent, timor earum cederet, succederet, quae accidere possunt.

dum ea uti possis, non deseramus. Sic philosophum in opere discamus. — Ut iliter libri Senecae de Tranquillitate animi, de vita beata, et de constantia sap., una cum Consolationibus tribus conferentur.

Nunquam credideris felicem quemquam, ex felicitate suspensum. fragilibus innititur, qui adventitio laetus est: exhibit gaudium, quod intravit. At illud ex se ortum, fidele, firmumque est, et crescit, et ad extremum usque prosequitur: cetera, quorum admiratio est vulgo, in diem bona sunt. Quid ergo? non usui ac voluptati esse possunt? Quis negat? sed ita, si illa ex nobis pendent, non ex illis nos. Omnia quae fortunam intuentur, ita fructifera ac iucunda fiunt, si quis habens illa, se quoque habet, nec in rerum suarum potestate est. Errant enim, mi Lucili, qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribuere fortunam: materiam dat bonorum ac malorum, et initia rerum apud nos in malum bonumve exiturarum. Valentior enim omni fortuna animus est: in utramque partem ipse res suas ducit, beataeque ac miserae vitae sibi causa est. ^aMalus omnia in malum vertit, etiam
3 quae specie optimi venerant: rectus atque integer, corrigit prava fortunae; et dura atque aspera, ferendi
scien-

a. *Malus animus*: quinque codd. Grut. deest τὸ *animus*.

1. *Nunquam — suspensum.*] Contra Epicureos hoc dictum esse constat, quippe qui in felicitate acquirenda summum bonum et sapientiam collocavere, atque conscientiam rationis ad felicitatem ducentis virtutem nominaverunt: quum Stoici in uno honesto sapientiam et virtutem, cetera

in externis ponerent. Egregie iudicantem cf. Kantium in Critik der prakt. Vernunft p. 198 sq. ed. II.

2. *Errant*] fere omnes praeter Stoicos philosophi, atque de his rebus semper digladiati sunt invicem. Saepe iam monuimus.

3. *Rectus atque integer animus*]

scientiâ mollit: idemque et secunda grate excipit modesteque, et adversa constanter atque fortiter. Qui licet prudens sit, licet exacto faciat cuncta iudicio, licet nihil supra vires suas tentet: non contingit illi bonum integrum illud, et extra minas fortunæ positum, nisi certus adversus incerta est. Sive alios observare volueris (liberius enim inter aliena iudicium est) sive teipsum favore seposito; et senties hoc, et confiteberis, nil ex his optabilibus et caris utile esse, nisi te contra levitatem casus, rerumque casum sequentiam, instruxeris: nisi illud frequenter et sine querela, inter singula damna dixeris: Diis aliter visum est. Immo mehercule, ut carmen fortius ac iustius ^brepetam, quo animum tuum magis fulcias, hoc dicito, quoties aliquid aliter quam cogitabas evenerit: Dii melius! Sic composito nihil accidet. sic autem componetur, si, quid humanarum rerum varietas possit, cogitaverit, antequam senserit. Si et liberos, et coningem, atque patrimonium sic habuerit, tanquam non utique semper habiturus: et tanquam non futurus ob hoc inferior, si habere desierit. Calamitosus est animus futuri anxius, et ante miseras miser, qui sollicitus est,

Q 5

ut

b. *repetam.* nonnulli codd. *petam.*

mus] i. sapiens. Saepe a nostro describitur eodem modo, nec abludit Horat., e. c. Carm. II, 10. III, 29. al. Fortunam ludum ludere cum hominibus saepe crudelem, minari et malis hominum gaudere, nota est antiquitatis opinio vel ex Horatio Carm. III, 29, 49 sqq.

5. *carmen*] i. formulam. *Dii melius* providebunt. Formulam autem loquendi hanc:

Dii melius duint, Dii meliora ferant, Dii meliora, melius, plerumque explicare licet per: *εὐφήμει*, velut Cicero de senect. c. 14 interpretatur Sophoclis responsum ap. Platon. Vol. VI. p. 150 bip.; sed h. l. et aliis, quae Brissop. de formulis etc. collegit, suppleas: dabunt, eo sensu, quo Horatius Carm. II, 10, 17 cecinit: Non, si male nunc, et olim sic erit.

ut ea quibus delectatur, ad extremum usque permaneant. Nullo enim tempore conquiescet; et expectatione futuri, praesentia, quibus frui poterat, amittet. In aequo est autem amissio rei, et timor amittendae.

7 Nec ideo praecipio tibi negligentiam. Quin vero metuenda declina; et quidquid consilio prospici potest, prospice: quodcumque laesurum est, multo antequam accidat, speculari et advertere. In hoc ipsum tibi plurimum conferet fiducia, et ad tolerandum omnino obfirmata mens. Potest fortunam cavere, qui potest ferre; certe in tranquillo non tumultuatur: nil est nec miserius nec stultius, quam praetimere. quae ista de-

8 mentia est, malum suum antecedere? Denique, ut breviter includam quod sentio, et istos satageos, ac sibi molestos describam tibi: tam intemperantes in ipsis miseriis, quam sunt ante illas. Plus dolet quam necesse est, qui ante dolet quam necesse est. Eadem enim infirmitate dolorem non aestimat, qua non expectat. Eadem intemperantia fingit sibi perpetuam felicitatem, fingit sibi crescere debere quaecumque con-

9 tigerunt, non tantum durare: et oblitus huius petauri, quo humana iactantur, sibi uni fortuitorum constantiam spondet. Egregie itaque videtur mihi Metrodorus dixisse in ea Epistola, qua sororem, amissio optimae indolis filio, alloquitur: „Mortale est omne mortalium bonum.“ de his loquitur bonis, ad quae con-

8. *satageos*] anxios: a fatagendo, sicut abigei ab abigendo. Est ἀπαξ λεγόμενον. Eadem infirmitate — expectat dum veniat, i. e. aequae errat in nimis aestimando dolore, quam in expectando.

9. *et oblitus huius petauri*] Petaurum (πέταυρον, dor. et

aeol. i. q. μετέωρον, ut adeo male a veteribus grammaticis deducta sit vox a πρὸς τὸν ἀέρα πετᾶσθαι) machinatio quaedam proprie funambulorum, cuius ope corpora in altum vibrantur: hinc πέταυρον τῆς τύχης iac. o fortunae apud Plutarchum. *Metrodorus*, amicus

cus

concurritur. Nam illud verum bonum non moritur: certum est sempiternumque, sapientia et virtus: hoc unum contingit immortale mortalibus. Ceterum tam ¹⁰ improbi sunt, tamque obliti quo eant, quo illos finguli dies ^ctrahant, ut mirentur aliquid se amittere, amissuri uno die omnia. Quidquid est, cui dominus inscriberis, apud te est, tuum non est: nihil firmum infirmo, nihil fragili aeternum et invictum est. Tam necesse est perire quam perdere. et hoc ipsum, si intelligimus, solatium est, aequo animo perdere, quod ^dpereundum est. Quid ergo adversus has amissiones ¹¹ auxilii inveniemus? Hoc, ut memoria teneamus amissa, nec cum ipsis fructum excidere patiamur, quem ex illis percepimus. Habere, eripitur: habuisse, nunquam. Peringratus est, qui quum amiserit, pro accepto nihil debet. Rem nobis eripit casus, usum fructumque apud nos relinquit: quem nos iniquitate desiderii perdimus. Dic tibi, Ex istis quae terribilia vi- ¹² dentur, nihil est invictum. Singula vicere iam multi: ignem Mucius, crucem Regulus, venenum Socrates, exsilium Rutilius, mortem ferro adactam Cato: et nos vincamus aliquid. Rursus ista, quae ut speciosa et felicia trahunt vulgum, a multis et saepe contempta sunt.

Fabri.

c. *trahant*: ita plurimi codd. *turbant* vulgabatur. *trudant* Muretus ex Erasini et Pint. conl.
 d. *pereundum est*. Quinque palat. sic; recte, sensu poscente.

cus Epicuri notus, in ea epistola, quae nunc deperdita est, et cuius mentio non nisi h. l. sit: *alloquitur* consolatur. Ab Euripide (fragm. LXVIII. To. II. p. 485. ed. lipf.) hoc Metrodorum fuisse: *Θνητῶν δὲ θνητὸς ὄλβειται* notavit Muret. de his — *concurritur* de fortuitis, e. g. divitiis.

12. *Mucius*] Scaevola, *crucem Regulus*, vide de Provid. III, 5. Fuisse varietatem in hac re narranda, tum ex hoc loco, tum ex Floro II, 2 apparet. Addas iis, quos in nota ad 3 de Prov. 5 laudavi, Ruperti ad Sil. Ital. VI, 539 sq. De *Rutilio* cf. ad Consol. ad Marc. 22, 2. Athenae. IV, 19,

- Fabricius divitias imperator reiecit, censor notavit:
- 13 Tubero paupertatem et se dignam et Capitolio iudicavit, quum fictilibus in publica coena usus, ostendit, debere his hominem esse contentum, quibus dii etiam nunc uterentur. Honores repulit pater Sextius, qui ita natus, ut rempublicam deberet capeffere, latum clavum divo Iulio dante, non recepit. Intelligebat enim, quod dari posset, et eripi posse. Nos quoque aliquid
- 14 et ipsi faciamus animose: simus inter exempla. Quare deficimus? quare desperamus? quidquid fieri potuit, potest. Nos modo purgemus animum, sequamurque naturam, a qua aberranti cupiendum timendumque est, et fortuitis serviendum. Licet reverti in viam, licet in integrum restitui. Restituamur, ut possimus dolores, quocunque modo corpus invaserint, perferre, et fortunae dicere: Cum viro tibi negotium est, quare
- 15 re quem vincas. — His sermonibus, et his similibus, lenitur illa vis ulceris: quam opto mehercules mitigari, et aut sanari, aut stare, et cum ipso senescere. Sed securus de ipso sum. de nostro damno agitur, quibus senex egregius eripitur. Nam ipse vitae plenus est, cui adiici nihil desiderat sua causa, sed eorum qui-

13. Tubero] cf. ad Ep. 95, 72. fictilibus — utuntur. cf. Ep. 31 fin. Plin. 35, 46: in sacris quidem etiam inter has opes hodie fictilibus praelibatur simpuyvis. Cf. Heynius ad Tibull. I, 1, 38. Pater Sextius dignitatem senatoriam repudiavit et se ad philosophiae stoicae studium contulit. Is et filius celebres fuere primis sub imperatoribus rom. cf. ad Ep. 59, 6. Muretus laudat Plutarch. Vol. II p. 77. E. Frcf.

15. His sermonibus, et his similibus etc.] Abrupta haec esse quisvis intelligit. Quare Muretus ait: quum huius senis nullam in superioribus mentionem fecerit Seneca, facile adducor, ut putem, multa huius epistolae principio desiderari. At Stephanus Epist. ad Dalechamp. 27 crediderit potius, huius ipsius epistolae finem desiderari, et principium alius, ad quam pertinent: *His sermonibus* etc.

quibus utilis est. Liberaliter facit, quod vivit. Alius 16
iam hos cruciatus finisset: hic tam turpe putat mor-
tem fugere, quam ad mortem confugere. Quid ergo?
non, si suadebit res, exibat? Quidni exeat? si nemo
iam eo uti poterit? si nihil aliud, quam dolori ope-
ram dabit? Hoc est, mi Lucili, philosophiam e in
opere discere, et ad verum exerceri: videre quid ho- 17
mo prudens animi habeat contra mortem, contra do-
lorem: quum illa accedat, hic premat. Quid facien-
dum sit, a faciente discendum est. Adhuc argumentis
actum est, an possit aliquis dolori resistere, an mors
magnos quoque animos admota submittere. Quid opus
est verbis? in rem praesentem eamus. nec mors illum
contra dolorem facit fortiolem, nec dolor contra mor-
tem. contra utrumque sibi fidit: nec spe mortis pa-
tienter dolet, nec taedio doloris libenter moritur.
hunc fert, illam expectat.

EPISTOLA XCIX.

*Cum amico epistolam communicat Marullo scriptam, quum is filium
parvulum amisisset morte. Magis obiurgat Marullum quam conso-
latur, quoniam molliter iacturam ferre dicebatur. Quum filius in-
certae spei decesserit parvulus, quid faceret M., si amicum amisisset?
Causae doloris non sunt conquirendae, sed magis gaudendum eo,
quod habuisset mortuum, quam moerendum, quod amisisset: do-
lor est cum ingratus tum supervacuus. Deinde omnes sequamur,
quos amisimus, nos oportet. Mors ex omnibus rebus certissima est.
Nec lugendum, quod puer decessit. Vita enim et per se conside-
rata et immenso comparata brevissima est. Accedit, quod vita
nec bonum nec malum est; sed plus timeri poterat, ut spes egre-
gias impleveret, si consideraveris, qualis aetas sit. Atqui naturae
tributum solvas: quod Stoeae praecipis haudquaquam adversatur;
sed absit omnis ostentatio doloris: omnia ad rationem revocanda
sunt.*

e. in opere discere. Sic plurimi codd. at quidam in opus
ducere, item bene, propter sequentia: in rem praesentem
eamus.

sunt. Deinde memoria mortui celebranda, saepius de eo cogitandum est, ut omnis acerbitas tristitiae abeat: neque tristitiae indulgendum est, quidquid contra dicat Metrodorus, voluptatibus aliquam cognatam esse tristitiae.

Cf. Senecae tres Consolationes.

Epistolam, quam scripsi Marullo, quum filium parvulum amisset, et diceretur molliter ferre, misi tibi. In qua non sum morem solitum secutus, nec putavi leniter illum debere tractari, quum obiurgatione esset quam consolatione dignior. Afflicto enim, et magnum vulnus male ferenti, paulisper cedendum est: exfatiet se, aut certe primum impetum effundat. Hi qui sibi lugere sumserunt, protinus castigentur, et discant, 2 quasdam etiam lacrimarum ineptias esse. — Solatia expectas? convicia accipe. tam molliter tu fers mortem filii? quid faceres, si amicum perdidisses? Decesit filius incertae spei, parvulus: pusillum temporis periit. Causas doloris conquirimus, et de fortuna etiam iniqui queri volumus: quasi non sit iustas querendi 3 causas praebitura. At mehercule satis mihi iam videbaris animi habere, etiam adversus solida mala, nedum ad istas umbras malorum, quibus ingemiscunt homines moris causa. Quod damnorum omnium maximum est, si amicum perdidisses, danda opera erat, ut magis gauderes quod habueras, quam moereris quod amiseras. Sed plerique non computant, quanta 4 perceperint, quantumve gavisi sint. Hoc habet inter reliqua mala dolor, quod non supervacuum tantum, sed

1. *Epistolam — misi tibi.*] Sequitur inde a §. 2. De Marullo molliter ferente i. luctui nimis indulgente, nihil amplius constat. *Hi qui sibi lugere sumserunt*, qui luctui decita opera indulgent,

2. *Solatia expectas?* etc.] Hic ego incipere ipsam epistolam ad Marullum (vel, ut alii libri, *Marillum*) opinor, et totam deinceps ad finem perni. L.

fed ingratus est. Ergo quod habuisti talem amicum, periit opera? tot annis, tanta coniunctione vitae, tam familiari studiorum societate, nihil actum est? ^a Cum amico effers amicitiam? et quid doles amisisse, si habuisse non prodest? Mihi crede, magna pars ex illis, quos amavimus, licet ipsos casus abstulerit, apud nos manet. Nostrum est quod praeteriit tempus: nec quid- 5 quam est loco tutiore, quam quod fuit. Ingrati adversus percepta, spe futuri, sumus: quasi non quod futurum est, si modo successerit nobis, cito in praeterita transiturum sit. Anguste fructus rerum determinat, qui tantum praesentibus laetus est. et futura et praeterita delectant: haec, expectatione; illa, memoria. sed alterum pendet, et non fieri potest: alterum non potest non fuisse. Quis ergo furor est, certissimo ex- 6 cidere? Acquiescamus his quae iam hausimus: si modo non perforato animo hauriebamus, et transmittente quidquid acceperat. Innumerabilia sunt exempla eorum, qui liberos iuvenes sine lacrimis extulerint: qui in senatum, aut in aliquod publicum officium a rogo redierint, et statim aliud egerint: nec immerito. Nam primum, supervacuum est dolere, si nihil dolendo proficias: deinde iniquum est queri de eo, quod uni ac- 7 cidit,

a. *Cum amico effers amicitiam?* Cum Stephano Prood. II, c. 4.; interpunctione mutata, Interrog. notam posui.

5. *Nostrum est — fuit.*] Stoicum dogma s. praeceptum erat: ne futuro turberis, τὰ μέλλοντα μὴ παρασάτω. M. Antonin. VII, 8. Epict. Diss. III, 24. Affine est, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, εὖ θέσθαι, Hemsterhus. ad Lucian. III p. 365 sq. Deinde cum no-

stro convenit: olim meminisse iuvabit. Cf. Epist. 1.

6. *perforato animo*] Bene haec extulit noster, respiciens fortasse ad fabulam satis notam de Danaidibus, quarum dolia pertusis fundis omnia transfere haurita. Ovid. Heroid. XIV. *Innumerabilia sunt exempla eorum*, cf. Valer. Max. V, 10.

cidit, et omnibus restat. Deinde, desiderii stulta con-
 questio est, ubi minimum interest inter amissum et
 desiderantem. Eo itaque aequiore animo esse debemus,
 quod quos amissimus, sequimur. Respice celeritatem
 rapidissimi temporis: cogita brevitatem huius spatii,
 per quod citatissimi currimus: observa hunc comita-
 tum generis humani, eodem tendentis, minimis inter-
 vallis distinctum, etiam ubi maxima videntur: quem
 8 putas periisse, praemissus est. Quid autem dementius,
 quam quum idem tibi iter emetiendum sit, flere eum
 qui anteceffit? Flet aliquis factum, quod non ignora-
 vit futurum? aut si mortem in homine non cogitavit,
 sibi imposuit. Flet aliquis factum, quod aiebat non
 posse non fieri? quisquis aliquem queritur mortuum
 esse, queritur hominem fuisse. Omnes eadem condi-
 9 tio devinxit: cui nasci contingit, mori restat. Inter-
 vallis distinguimur, exitu aequamur. Hoc quod inter
 primum diem et ultimum iacet, varium, et incertum
 est. si molestias aestimas, etiam puero longum: si ve-
 locitatem, etiam seni angustum. Nil non lubricum et
 fallax, et omni tempestate mobilius. Iactantur cuncta,
 et in contrarium transeunt, iubente fortuna: et in
 tanta volutatione rerum humanarum, nil cuiquam,
 10 nisi mors, certum. Tamen de eo queruntur omnes,
 in quo uno nemo decipitur. Sed puer deceffit. Non-
 dum dico melius agi cum eo, qui vita defungitur: ad
 eum transeamus, qui consenuit: quantulo vincit infan-
 tem? Propone profundi temporis vastitatem, et uni-
 versum complectere: deinde hoc quod aetatem voca-
 mus humanam, compara immenso: videbis, quam exi-
 11 guum sit, quod optamus, quod extendimus. Ex hoc
 quantum lacrimae, quantum sollicitudines occupant,
 quan-

11. *Sed quis — reverti li-* vit. cf. *Consolat. ad Mare;*
cet.] sc. ad Deum, unde mana- 22)

quantum mors, antequam veniat, optata: quantum valetudo, quantum timor, quantum teneri aut rudes aut inutiles anni? dimidium ex hoc edormitur. Adice labores, luctus, pericula: et intelliges, etiam in longissima vita minimum esse quod vivitur. Sed quis tibi concedat, non melius se habere eum, cui cito reverti licet, cui ante lassitudinem peractum est iter? Vita, ¹² nec bonum nec malum est: boni ac mali locus est. Ita nihil perdidit ille, nisi ^baleam in damnum certiorum. Potuit evadere modestus ac prudens, potuit sub cura tua in meliora formari: sed (quod iustius timetur) potuit fieri pluribus similis. Adspice illos iuvenes, quos ex nobilissimis domibus in arenam luxuria proiecit: adspice illos, qui suam alienamque libidinem exercent, mutuo impudici; quorum nullus sine ebrietate, nullus sine aliquo insigni flagitio dies exit: plus timeri quam sperari potuisse, manifestum erit. Non ¹³ debes itaque causas doloris arcessere, nec levia incommoda indignando cumulare. Non hortor, ut nitaris et urgeas: non tam male de te iudico, ut tibi adversus haec totam putem virtutem advocandam. Non est dolor iste, sed morsus: tu illum dolorem facis. Sine dubio multum philosophia profecit, si puerum, nutrici adhuc quam patri notiozem, animo fortiter desideras. Quid? nunc ergo duritiam suadeo, et ¹⁴ in funere ipso erigere vultum volo, et animum ne contrahi quidem patior? Minime. inhumanitas est ista, non

b. *aleam in damnum certiorum.* Sic Pint. libri. Erasmus rel.: *nisi aleam. In damnum certius potuit evadere.* Sed sensus est: alea ea certior est in damnum, quae etsi aliquando Venerem exhibeat, plures tamen habere solet subsultantes canes.

12. *Adspice — proiecit.*] cf. ad Ep. 87, 8.

non virtus, funera suorum iisdem oculis quibus ipsos videre, nec commoveri ad primam familiarium ^cdivisionem. Puta autem me vetare: quaedam non sunt sui iuris. Excidunt etiam retinentibus lacrimae, et animum profusae levant. Quid ergo est? permittamus illis cadere, non imperemus. fluant quantum affectus
 15 eiecerit, non quantum poscet imitatio. Nihil vero moerori adiciamus, nec illum ad alienum augeamus exemplum. Plus ostentatio doloris exigit, quam dolor. quotusquisque sibi tristis est? Clarius, quum audiuntur, gemunt: et taciti quietique, dum secretum est; quum aliquos viderint, in fletus novos excitantur. Tum capiti suo manus ingerunt, quod potuerant facere, nullo prohibente, liberius: tunc mortem com-
 16 precantur sibi, tunc lectulo devolvuntur. Sine spectatore cessat dolor. Sequitur nos, ut in aliis rebus, ita in hac quoque hoc vitium, ad plurimum exempla componi; nec quid oporteat, sed quid soleat, adspicere. A natura discimus: populo nos damus, nullius rei bono auctori, et in hac re, sicut in omnibus, inconstantissimo. Videt aliquem fortem in luctu suo? impium vocat, et efferatum. Videt aliquem collabentem, et corpori affusum: effeminatum ait, et ener-
 17 vem. Omnia itaque ad rationem revocanda sunt. Stultius

c. *divisionem.* ita Erasmi. et unus pal. Ceteri: *divulsionem.*

14. *Putat autem me vetare — iuris.*] Non sunt libera: imperio alieno aguntur. quo? naturae. L. *animum profusae levant:* apud Senecam patrem X Controv. 1: Plerumque omnis dolor per lacrimas effluit. L.

15. *Clarius, quum audiuntur, gemunt*] Ut Gelliam facere ait Martialis Epigr. I, 34: Amissum non flet, quum sola est, Gellia patrem. Si quis adest, iussae profiliunt lacrimae. Verum autem est, quod subiicitur: Ille dolet vere, qui sine teste dolet.

tius vero nihil est, quam famam captare tristitiae, et lacrimas approbare: quas iudico sapienti viro alias permittas cadere, alias vi sua latas. Dicam quid interfuit, Quum primum nos nuntius acerbi funeris perculit, quum tenemus corpus e complexu nostro in ignem transiturum, lacrimas naturalis necessitas exprimit: et spiritus ictu doloris impulsus, quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus adiacentem humorem perpremit et expellit. Hae lacrimae per elisionem 18 cadunt, nolentibus nobis. Aliae sunt, quibus exitum damus, quum memoria eorum quos amisimus retractatur: et inest quiddam dulce tristitiae: quum occurrunt sermones eorum iucundi, conversatio hilaris, officiosa pietas, tunc oculi velut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis vincimur. Non est itaque, quod lacrimas propter circumstantes affidentesque aut contineas, aut exprimas: nec cessant, nec fluunt unquam tam turpiter, quam finguntur. Eant sua sponte: ire 19 autem possunt placidis atque compositis. Saepe salva sapientis auctoritate fluxerunt, tanto temperamento, ut illis nec humanitas, nec dignitas desset. Licet, inquam, naturae obsequi, gravitate servata. Vidi ego in funere suorum verendos, in quorum ore amor eminebat, remota omni lugentium scena. Nihil erat, nisi quod veris dabatur affectibus. Est aliquis et dolendi decor. hic sapienti servandus est: et quemadmodum in ceteris rebus, ita et in lacrimis aliquid sat est. Impruden- 20 tium ut gaudia, sic dolores exundavere. Aeque animo excipe necessaria. Quid incredibile, quid novum evenit? [quam multis cum maxime funus locatur?]

R 2

d quam

18. *nec fluunt — finguntur*] omnium turpissimae habendae sunt lacrimae, quae fictae sunt.

19. *lugentium scena*] i. apparatu et specie, nullo fuce adhibito. Hinc scena et pompa coniunguntur e. c. Cic. Orat. III, 45.

d quam multis vitalia emuntur? quam multi post luctum tuum lugent? Quoties cogitaveris puerum fuisse, cogita et hominem, cui nihil certi promittatur, quem fortuna non utique perducit ad senectutem: unde vi-
 21 sum est, dimittit. Ceterum de illo frequenter loquere, et memoriam eius, quantum potes, celebra: quae ad te saepius revertetur, si erit sine acerbitate ventura. Nemo enim libenter tristi conversatur, nedum tristitiae. Si quos sermones eius, si quos quamvis parvalli iocos cum voluptate audieras, saepius repete: potuisse illum implere spes tuas, quas paterna mente conceperas, audacter affirma. Oblivisci quidem suorum, ac memoriam cum corporibus efferre, et effusissime flere,
 22 meminisse parcissime, inhumani animi est. Sic aves, sic ferae foetus suos diligunt: quarum concitatus est amor, et paene rabidus, sed cum amissis totus extinguitur. Hoc prudentem virum non decet: meminisse perseveret, lugere desinat. Illud nullo modo probo, quod ait Metrodorus, esse aliquam cognatam tristitiae volu-

d. *quam multis vitalia emuntur?* Sic plurimi codd. Alii, q. multi v. *emittunt*. Erasmus coniecit: *eruntur*, quod Gronovius explicat, satis contorte de aegrotis, qui a medicis curantur, ac confert Consol. ad Marc. c. 22, 1 Adiice incendia rel. Wernsdorf ad Poet. Min. Lat. Vol. III p. 311 τὸ *emuntur* probat, a quo Schefferi codd., teste Heinio in Adversariis p. 457, *quam multi vitalia emunt* praestantes haud multum abluunt. Sed τὸ *quam multis cum maxime funus locatur* glossematicis loco habeo, et uncinis inclusi.

20. *quam multis vitalia emuntur*] i. e. torus s. lectus feralis et funebria, quibus cadavera efferrentur. *Vitalia* rariore hoc significato occurrit etiam ap. Petron. c. 77 ubi verba sunt: Interim Stiche profer vitalia, in quibus volo me efferri. Paene idem valent haec, quae significant praee-

dentia: *quam multis cum maxime funus locatur* sc. libitinaris, quae tamen explicationis loco margini appicta deinceps a librario ignaro in textum admessa videntur. Sensum recte perspexit Wernsdorf. ad Poet. min. lat. Vol. III p. 311, at autologiam neglexit.

voluptatem: hanc ipsam captandam in eiusmodi tempore. * Ipsa Metrodori verba subscripsi: Μιχθεῖσα ἡδονῆ ἀηδέλα τις γὰρ ἐστὶ, σοι μὲν ζητητέη κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν: de quibus non dubito, quid sis sensurus. Quid **23** enim turpius, quam captare in ipso luctu voluptatem, immo per luctum: et inter lacrimas quoque, quod iuuet, quaerere? Hi sunt qui nobis obiiciunt nimium rigorem, et infamant praecepta nostra duritiâ, quod dicamus dolorem in animum aut admittendum non esse, aut cito expellendum. Vtrum tandem est aut incredibilius, aut inhumanius, non sentire amisso amico dolorem, an voluptatem in ipso dolore aucupari? Nos quod praecipimus honestum est: quum aliquid **24** lacrimarum affectus effuderit, et, ut ita dicam, de-

R 3

spu-

c. Omnes fere codd. vel lacunam h. l., ut in graecis fit, habuere, vel tam corrupte et obscure praestiterunt verba graeca, ut viri doctissimi, Sylburg. Gruter. al. se inde expedire non possent. Dubito an sincera Metrodori verba teneamus. Quae enim ex iis argumentatur Seneca, cogunt nos colligere, et luctus et lacrimarum meminisse in iis Metrodorum. Quorum tamen in codd. neque vola neque vestigium.

22. *Ipsa Metrodori verba subscripsi*] Verba haec: (nam voluptas quaedam mixta est tristitiae, quae hoc tempore tibi quaerenda est) desumpta sunt ex Metrodori epistola ad sororem, quam de morte filii consolabatur. cf. Ep. 38, 9. Nisi fallor, (nam quum verba Metrodori sincera non habere videamur, nec certo definire possumus) Seneca non satis iustus in Metrodorum fuerit, quippe quem non diversam sententiam ab ea protulisse putem, quam noster §. 18 ipse attulit: et inest quiddam dulce tristitiae rel.

Sed hae sectae consuerant sic in se invicem invehi, ut quaque occasione data vel levissima abuterentur. Ita una τῆς ἡδονῆς, voluptatis (propr. felicitatis) mentio eandem iram concitare Stoicis rigidis solebat, quam et nostrâ memoriâ felicitatis s. Eudaemonismi, quem vocant, mentionem interdum iusto rigidioribus Criticae philosophiae affectis iisdemque virtutis propugnatoribus fortissimis excitare memini.

23. *Hi sunt etc.*] cf. de Constant. Sap. cap. 3, 1. not.

spumaverit, non esse tradendum animum dolori. Quid tu dicis? miscendam ipsi dolori voluptatem? Sic consolamur crustulo pueros, sic infantium fletum infuso lacte comescimus. Ne illo quidem tempore, quo filius ardet, aut amicus exspirat, cessare pateris voluptatem, 25 sed ipsum vis titillare moerorem. Vtrum honestius dolor ab animo submovetur, an voluptas ad dolorem quoque admittitur? admittitur, dico? captatur, et quidem ex ipso? Est aliqua, inquit, voluptas cognata tristitiae. Illud nobis licet dicere: vobis quidem non licet. Vnum bonum nostis, voluptatem; unum malum, dolorem. Quae potest inter bonum, et malum, esse cognatio? Sed puta esse. nunc potissimum eruitur, et ipsum dolorem scrutamur, an aliquid habeat 26 iucundum circa se, et voluptarium? Quaedam remedia aliis partibus corporis salutaria, velut foeda et indecora adhiberi aliis nequeunt: et quod alibi prodesset sine damno verecundiae, id fit inhonestum loco vulneris. Non te pudet luctum voluptate sanare? severius ista plaga curanda est. illud potius admone, nullum mali sensum ad eum qui perit, pervenire: nam si pervenit, non perit. Nulla, inquam, cum res laedit, qui nullus est: vivit, si laeditur. Vtrum putas 27 illi mala esse, quod nullus est, an quod est adhuc aliquis? Atqui nec ex eo potest ei tormentum esse, quod non est: quis enim nullius sensus est? nec ex eo quod est: effugit enim maximum mortis incommodum, non esse. Illud quoque dicamus ei, qui deflet, ac

25. *Est aliqua, inquit Metrodorus — tristitiae.*] Ovidius consentit: Est quaedam flere voluptas. Expletur lacrimis, egeriturque dolor. Martius. *Sed puta esse — voluptarium?* Sed fac vel maxime

cognitionem hanc esse, num hoc luctus tempore eam patefacimus et in dolorem inquiremus, an habeat voluptatem circa se? Moneo, ne quis putet, nostrum h. l. disquisitionem promittere non praestitam.

ac desiderat in aetate prima raptum: Omnes quantum 28
 ad brevitatem aevi, si universo compares, et iuvenes
 et senes in aequo sumus. Minus enim ad nos ex om-
 ni aetate venit, quam quod minimum esse quis dixe-
 rit: quoniam quidem minimum aliqua pars est; hoc
 quod vivimus, proximum nihilo est: et tamen (o de-
 mentiam nostram!) late disponitur. Haec tibi scripsi, 29
 non tanquam expectaturus esses remedium a me tam
 ferum: liquet enim mihi te locutum tecum, quidquid
 lecturus es: sed ut castigarem illam exiguam moram,
 qua a te recessisti: et in reliquum exhortarer, contra
 fortunam tollereres animos, et omnia eius tela, non
 tanquam possent venire, sed tanquam utique essent ven-
 tura, prospiceres.

EPISTOLA C.

Fabianum Papirium philosophum, quem Seneca audiverat docentem et declamantem, defendit ab amici reprehensione. Compositionem is accusaverat: effundi verba, non fingi. Negat noster hanc censuram, quum Fabianus non negligens, sed securus in oratione nec sine cura fuerit, non absimilis optimis sermonis latini auctoribus. Sed etiamsi censura ista non usquequaque iniusta fuerit, tamen id praecipue egisse Fabianum consistendum est, ut omnia quae composuerit animis scripserit, non auribus, ad profectum tendant et ad bonam mentem.

Fabiani Papirii libros, qui inscribuntur ^a Civilium, legisse te cupidissime, scribis: sed non respondisse expectationi tuae. deinde, oblitus de philosopho agi,

R 4

com-

a. *Civilium*. Ita plurimi codd. Alii *artium civ.*; alii *artium et vilium*, quidam *artium iulium*, denique *archinilium*. Vnde Lipsius,

1. *Fabiani Papirii*] Cf. Ep. 11, 3. 40, 11. 52, 10. 58, 4. Consolat. ad Marc. 23, 3. not. Nat. Qu. III, 27 ubi magna huius

compositionem eius accusas. Puta esse quod dicis: et effundi verba, non fingi. Primum, habet ista res suam gratiam, et est decor proprius orationis leniter lapsae. Multum enim interesse existimo, utrum exciderit, an fluxerit. Nunc in hoc quoque, quod dicturus sum, ingens differentia est. Fabianus mihi non effundere videtur orationem, sed fundere; adeo larga est, et sine perturbatione, non sine cursu tamen, veniens. Illud plane fatetur et praefert, non esse se tractatam, nec diu tortam. Sed ita, ut vis, esse credamus: mores ille, non verba composuit; et animis scripsit ista, non auribus. Praeterea, ipso dicente non vacasset tibi partes intueri: adeo te summa rapi-

puif-

Lipsius, qui remotiorem et graec. vocem subodorabatur, suspicatus est: *αιτιων φυσικων*. Scripsit certe Pap., et citatur eo titulo a Charisio: *Causarum naturalium*. Civilia tamen Nat. Quaest. l. l. in not. quoque laudantur. Mox *effundi verba, non fingi* Erasmus et unus pal.; alii et pint. eff. v. n. *fingi*. probante Pintiano. Sed *fingi* praestat: est enim solenne de cura, et opponitur negligentiae in compositione. Ita τῶ *effundere* opponitur *fundere*. cf. Ep. 40, 2.

huius viri laus celebratur. Scripta eius omnia perierunt. Seneca quoque pater totum virum describit et genus eloquii, de quo hic censura occurrit: imo requirit in eo, quae filius excusat et tuetur. Vide sis Controv. II praef. *Civilia* interpretor *πολιτικὰ*, in quibus de Republica egisse videtur Platonis, Aristotelis, Zenonis rel. more. *leniter lapsae*, quam Ep. 52, 11 inoffensam ac molliter lapsam vocat: alias fluens. cf. I. Chr. Th. Ernesti Lexicon Technol. lat. rhet. p. 176 sq.

2. *Fabianus — veniens.*]

Idem Pater Seneca l. l.: Num-

quam inopiâ verbi substitit, sed velocissimo cursu ac facillimo omnes res beata (i. uber) circumfluebat oratio. Addit, verba velut iniussa fluxisse, ideoque *non tractata nec diu torta*, nulla arte adhibita varie verba transferendi, immutandi, inflectendi rel. *Praeterea — relata*. Spectant huc Patris Senecae verba: quotiens incidebat aliqua materia, quae convicium saeculi reciperet, inspirabat magno magis quam acri animo. *ad manum relata*, in manum sumpta et relecta.

puisset: et fere quae impetu placent, minus praestant ad manum relata. Sed illud quoque multum est, primo ad spectu oculos occupasse: etiam si contemplatio diligens inventura est, quod arguat. Si me interrogas, maior ille est qui iudicium abstulit, quam qui meruit. Et scio hunc tutiorem esse: scio audacius sibi de futuro promittere. Oratio sollicita philosophum non decet. Vbi tandem erit fortis et constans, ubi periculum sui faciet, qui timet verba? Fabianus non erat negligens in oratione, sed securus: itaque nihil invenies fordidum. Electa verba sunt, non captata: nec huius seculi more contra naturam suam posita et inversa; splendida tamen, quamvis fumantur e medio: sensus honestos et magnificos habent, non coactos in sententiam, sed altius ductos. Videbimus, quid parum recisum sit, quid parum structum, quid non huius recentis politurae: quum circumspexeris omnia, nul-

R 5

las

3. *Si me interrogas — abstulit*] in dicendo rapuit, veluti invitum traxit inventorum et excogitatorum apta expositione adeoque tractatione. *quam qui meruit*, quod cura dictionis et fingendi studio, saepe etiam opprimendo, irruendo, oppugnando fieri solet. Vt Ernestii verbis in Lexico laud. p. 398, qui hoc elegans Senecae acumen comparavit cum illis Quintil. X, 1, 110 Ciceronem laudantis: cui tanta umquam iucunditas affuit, ut ipsa illa, quae extorquet, impetrare eum credas, et quum transversum vi sua iudicem ferat, tamen ille non rapi videatur, sed sequi. Lipsius addit:

Plus illic ingenii et ignis, hic curae et intentionis. *Oratio sollicita* i. anxie timens, captans, nimis poliens. Cf. Ernestii Lexicon h. v.

4. *nec huius seculi more — inversa*] cf. Ep. 114. et Io. Nic. Funccii de imminente lat. ling. senectute (Marburgi 1736. 4.). *Videbimus — inanes*. Fortasse respexit Seneca patris sui iudicium: „Saepe minus quam audienti sat est, eloquitur: et in summa eius ae simplicissima facultate dicendi antiquorum tamen vitiorum remanent vestigia. Quaedam tam subito desinunt, ut non brevissima sint, sed abrupta.“

- 5 las videbis angustias inanes. Desit sane varietas marmorum, et concisura aquarum cubiculis interfluentium, et ^b pauperis cella, et quidquid aliud luxuria, non contenta decore simplici, miscet: quod dici solet, domus recta est. Adiice nunc, quod de compositione non constat. Quidam illam volunt esse ex horrido comtam: quidam usque eo aspera gaudent, ut etiam quae mollius casus explicuit, ex industria dissipent, et clausulas abrumpant, ne ad expectatum respondeant.
- 6 Lege Ciceronem. compositio eius una est: pedem servat, curata, lenta, et sine infamia mollis. At contra, Pollionis Afinii salebrosa et exfiliens, et ubi minime expectes, relictura. Denique apud Ciceronem omnia desinunt: apud Pollionem cadunt: exceptis paucissimis, quae ad certum modum, et ad unum
- 7 exemplar, adstricta sunt. Humilia praeterea tibi videri dicis omnia, et parum erecta: quo vitio carere eum iudico. Non sunt humilia illa, sed placida, et ad animi tenorem quietum compositumque formata, nec depressa,

b. *pauperis cella*. Erasmus al. pro supposititiis haec habuere. Sed bene habet. cf. not.

5. *concisura*] divisio aquarum per minutos canales in coenationibus praefertim aestivis. cf. de Tranq. an. 1, 5. Provid. 3, 9. not. Lipsio assentior de distincta coenatione aut cubiculo, quod pauperis cellam dicerent, ubi certis diebus velut tenuem et pauperem victum imitarentur ditiores. Cf. Ep. 18, 4 not. *domus recta est* i. sine vitio ac mendo. Sic recta coena, recte vivere, recte convivari, rectiora servitia apud

Sueton. Iul. 47 ubi vide Graev. Oudendorp et Ernesti.

6. *pedem servat*] i. mensuram et numerum. *Pollionis Afinii*. Idem iudicant de eo Quint. X, 1, 113 aliique. Ceterum notissimus esse debet hic amicus Virgilii, Horatii, Augusti, cuius scripta diversi generis omnia periire, ex Horat. Carm. II, 1. Virgil. Ecl. IV. et VIII. Vide Heynium ad Eclog. III, 84. post Manutium ad Cic. Epist. fam. X, 31.

pressa, sed plana. Deest illis oratorius vigor, stimu-
 lique quos quaeris, et subiti ictus sententiarum: ° sed
 totum corpus vide; quamvis non sit contum, hone-
 stum est. Non habet oratio eius, sed debet dignita-
 tem. Affer quem Fabiano possis praeponere. Dic Ci-
 ceronem, cuius libri ad philosophiam pertinentes,
 pacne totidem sunt, quot Fabiani. Cedam, sed non
 statim pusillum est, si quid maximo minus est. Dic
 Asinium Pollionem. Cedam. et respondeamus: In re
 tanta eminere est, et post duos esse. Nomina adhuc
 Livium. Scripsit enim et dialogos, quos non magis
 philosophiae annumerare possis, quam historiae: et
 ex professo philosophiam continentes libros. Huic
 quoque dabo locum: vide tamen, quam multos ante-
 cedat, qui a tribus vincitur, et tribus eloquentissimis.
 Sed non praestat omnia. non est fortis oratio eius,
 quamvis elata sit: non est violenta, nec torrens,
 quamvis effusa sit: non est perspicua, sed pura. Desi-
 deres,

c. *sed totum corpus vide; quamvis non sit contum.* Erasmus sequor. Mox debet dignitatem omnium codd. lectio est proba: i. e. non repraesentat quidem dignitatem, sed saepius audita saepius lecta exhibitura est. Lipsius legi vult: *dabit.*

7. *Deest illis etc.*] In eandem sententiam M. Ann. Seneca l. l.: „Deerat illi oratorium robur et ille pugnatorius mucro: splendor vero velut voluntarius non elaboratae orationis aderat.“ *stimulique — et ictus sententiarum* sunt Cicero aculei, *κέντρον* comico Eupolidi de Pericle ap. Plin. Epp. I, 20, de vi orationis altius in animos auditorum descendente, pungente, et velu-

ti acriter expugnante persuasio-
 nem atque assensum. Cf. Ernesti Lexic. lat. s. v. aculeus et Ei. Lexic. gr. sub voce *κέντρον*.

8. *Nomina — libros*] Dialogos et libros philosophicos Livii periisse constat. Cf. Schottum ad Aurel. Victor. Epitom. c. 48 p. 598 a).

9. *non est perspicua, sed pura*] h. e. non nimis ornate translucida est, sed nativam
 sim-

deres, inquires, contra vitia aliquid aspere dici, contra pericula animose, contra fortunam superbe, contra ambitionem contumeliose. Volo luxuriam obiurgari, libidinem traduci, impotentiam frangi: fit aliquid oratorie acre, tragice grande, comice exile. Vis illum affidere pufillae rei, verbis? Ille rerum se magnitudini addixit: eloquentiam, velut umbram, non hoc agens, contrahit. Non erunt sine dubio singula circumspecta, nec in se collecta, nec omne verbum exhibitabit ac punget: fateor: exhibunt multa, nec ferient, et interdum otiosa praeterlabetur oratio: sed multum erit in omnibus ^d lucis et ingens sine taedio spatium. Denique illud praestabit, ut liqueat tibi, illum sensisse quae scripsit. Intelliges actum hoc, ut tu scires quid illi placeret; non ut ille placeret tibi. Ad profectum omnia tendunt, et ad bonam mentem: non quaeritur ¹² plausus. Talia esse scripta eius, non dubito, etiamsi magis reminiscor quam teneo: haeretque mihi color eorum, non ex recenti conversatione familiariter, sed summatim, ut solet ex vetere notitia. Quum audirem certe illum, talia mihi videbantur: non solida, sed plena, quae adolescentem indolis bonae attollerent, et ad imitationem sui vocarent, sine desperatione vincendi.

d. *Lucis.* ita codd. Pint. Antea: *locis.*

simplicitatem habet. Cf. Ernesti f. v. purus. Lipsius non est perspicua de obscuritate intelligere mavult, parum attentus, opinor, ad oppositionem, quam sed pura exhibet.

11. *Sed multum erit in omnibus lucis — spatium.*] Multa lux adest, omnia clara et aperta sunt, et percurrere,

perlegere potes omnia sine taedio, quod ex obscuritate etc. oriri solet. Lipsius intelligit *lucis* de splendore et dignitate.

12. *haeretque mihi color eorum*] i. generalis orationis notio et species. Alio modo τῶν color usi sunt rhetores. vide Ernesti Lexic. lat. h. voce.

di. quae mihi adhortatio videtur efficacissima. Detteret enim, qui imitandi cupiditatem modo fecit, spem abstulit. Ceterum verbis abundabat, sine commendatione partium singularum, in univcrsum magnificus.

EPISTOLA CI.

Subita amici cuiusdam morte ansam sumit docendi, nihil fidendum aut spondendum nobis esse, quum omnia sint incerta, ideoque vitam bonam non esse differendam, sed singulos dies singulas vitas putandas, neque ita vivendum, ut futuri aviditate mortisque metu corripiamur. Ita Maecenatis votum exagitat, qui omnia mala in carmine quodam dixerat se perpeti quam mori male.

Omnis dies, omnis hora, quam nihil finis ostendit, et aliquo argumento recenti admonet fragilitatis oblitos, quum aeterna meditates respicere cogit ad mortem. Quid sibi istud principium velit, quaeris? Senecionem Cornelium, equitem Romanum splendidum et officiosum, noveras: ex tenui principio se ipse promoverat, et iam illi declivis erat cursus ad cetera. Facilius enim crescit dignitas, quam incipit. Pecunia quoque circa paupertatem ^a plurimam moram habet, dum ex illa ereptat. Hic etiam Senecio divitiis imminabat, ad quas illum duae res ducebant efficacissimae, et

a. *plurimam moram* b. ita editio rom. at Erasmus et omnes codd. *plurimum amorem* b. Nullo sensu.

1. *Senecionem Cornelium* que paupertati diu adhaerescit, ex hoc uno loco novimus. *splendidus* epitheton ordinis equestris: *officiosus* salutationibus, deductionibus etc. dum crescat et deinceps ex ea, velut e nido angustiore ereptet. Muretus laudat Plutarch. An

2. *Pecunia — ereptat*] i. e. pecunia diu exigua est adco- que paupertati diu adhaerescit, Vol. XII p. 109 Hutt., de Lampide Demosthenis aequali, nauclero

et quaerendi, et custodiendi scientia: quarum vel altera locupletem facere potuisset. Hic homo summae frugalitatis, non minus patrimonii quam corporis diligens, quum me ex consuetudine mane vidisset, quum per totum diem amico graviter affecto, et sine spe iacenti, usque in noctem assedisset, quum hilaris coenasset, genere valetudinis praecipiti abreptus, anginâ, vix compressum arctatis faucibus spiritum traxit in lucem. Intra paucissimas ergo horas, postquam omnibus erat sani ac valentis officiis functus, decessit. Ille qui et ^b terra et mari pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quaestus, accesserat; in ipso actu bene cedentium rerum, in ipso procurrentis pecuniae impetu, raptus est.

Inferre nunc, Meliboe, puros, pone ordine vites.

Quam stultum est aetatem disponere? ne craftino quidem dominamur. O quanta dementia est, spes longas inchoantium! Emam, aedificabo, credam, exigam, hono-

b. *terra et mari.* Ita Grut. quinque. Ante: *mari et t.*

clero ditissimo, qui interrogatus, quomodo tantas opes sibi parasset? respondit: Parvas quidem magno, magnas parvo labore.

3. *quum me ex consuetudine mane vidisset*] salutandi gratia: summo enim loco constitutus erat Seneca, qui Senecioni divitiis inhianti utilissimus esse poterat. Multus autem hic erat in augenda pecunia negotiis, mercatura, praediis emendis, vendendis etc. *ad publica vectigalia conducenda.* cf.

Graev. ad Cicer. Verr. III lib. c. 38.

4. Versus est Virgil. Ecl. I, 74: ironice dictum est: quid iuvat nunc tot tantisque laboribus districtum anhelasse et divitias captasse? *Quam stultum est — inchoantium?* Similia habes Ep. 13 extr. 23 fin. cf. Mitscherlich. ad Horat. I, 4, 15 quem locum fortasse in animo habuit noster.

5. *Emam — credam*] mutuum dabo, usuras *exigam*, ut Alphius foenerator ap. Horat.

honores geram, tum demum lassam et plenam senectutem in otium referam. Omnia, mihi crede, etiam felicibus dubia sunt. Nihil sibi quisquam de futuro debet promittere: id quoque quod tenetur, per manus exit, et ipsam quam premimus horam, casus incidit. Volvitur tempus, rata quidem lege, sed per obscurum: quid autem ad me, an naturae certum sit, quod mihi incertum est? Navigationes longas, et pererratis 6 litoribus alienis, feros in patriam reditus proponimus, militiam, et castrensiū laborum tarda manupretia, procurationes, officiorumque per officia processus: quum interim ad latus mors est. quae quoniam nunquam cogitatur, nisi aliena, nobis subinde ingeruntur mortalitatis exempla, non diutius, quam dum miramur, haesura. Quid autem est stultius, quam mirari 7 id ullo die factum, quod omni potest fieri? Stat quidem terminus nobis, ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit: sed nemo scit nostrū, quam prope versetur. Sic itaque formemus animum, tanquam ad extrema ventum sit: nihil differamus, quotidie cum vita paria faciamus. ^cMaximum vitae vitium est, quod 8 imper-

c. *Maximum vitae vitium est, quod imperfecta semper est, quod etiam aliquid ex illa differtur.* Sic Erasmi. al. Nonnulli codd. etiam, alii quod in aliquid, ex quo Pintian. quod in aliud ex alio. Lipsii codex in margine: quod meum aliquid, explicat: fruar tota. manum iniiciam, nihil incerto tempori reservem. Fortasse erat *quum imp. semper est, quod* etc.

rat. Epod. II. Similis est Horat. I. Serm. 1, 28. et egregia parabola ap. Evangel. Luc. XII, 16 — 20 ubi cf. Paulum. *Nihil sibi* — incidit. Horat. Carm. I, 11, 7 Dum loquimur, fugerit invida aetas.

6. *tarda manupretia*] *ἄξι- ποδοσία*. Nam promotiones

castrenses gradatim fiebant, nec magna, nisi in extremis, praemia. Iuvenal. XIV, 197: Ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus Adferat. L. *procurationes* provinciarum.

7. *quotidie cum vita paria faciamus*] sc. nomina; tanquam nihil sit residui. non illa nobis,

imperfecta semper est, quod etiam aliquid ex illa differtur. qui quotidie vitae suae summam manum imposuit, non indiget tempore. Ex hac autem indigentia timor nascitur, et cupiditas futuri, exedens animum. Nihil est miserius ^ddubitatione venientium, quorsum evadant. Quantum sit illud quod restat, aut quale, non collecta mens inexplicabili formidine agitur.

9 Quomodo effugiemus hanc volutationem? uno, si vita nostra non prominebit, si in se colligetur. Ille enim ex futuro suspenditur, cui irritum est praesens. Vbi vero quidquid mihi debui, redditum est, ubi stabilita mens scit, nihil interesse inter diem et seculum: quidquid deinceps dierum rerumque venturum est, ex alto prospicit, et cum multo risu seriem temporum cogitat. Quid enim varietas mobilitasque casuum perturbabit, si certus sit adversus incerta? Ideo, mi Lucili, propera vivere: et singulos dies, singulas vitas puta. Qui hoc modo se aptavit, cui vita sua quotidie fuit tota, securus est. In spe viventibus, proximum quodque tempus elabitur: subitque aviditas, et miserrimum atque

d. *dubitatione venientium*. Ita plurimi codd. Alii *dub. vehementer irruentium*. Ex illo coni. Pint. *volventium* s. *volutantium* propter sequens: quomodo effugiemus hanc volutationem? ex hoc Grut. coni. sive *verentium* sive *vehementer haerentium*. Mox *non collecta mens inexplicabili formidine agitur* ex Pint. coni. reposui, quum codd. negatione careant. Lipsio placuit: *quale collectu, mens inexpl.* Gronovio: *aut quale coniectantes inexpl. f. a.* Mox scripti: *aptavit* loco: *aptabit*, Stephanum Epist. ad Dalechamp. 22 sequutus.

nobis, non nos illi obligemur. Cf. Ep. 19, 9 *qui quotidie vitae suae — imposuit* i. e. extremam, ultimam vitae operam praestitit. Sic Ep. 12, 4 *potatio extrema*, quae ebrietati summam manum imponit, i. finit. Cete-

rum laudata epistola conferri meretur.

9. *stabilita mens*] collecta in se. Pertinent huc Horatiana illa Carm. III, 29, 41 sq. ubi Mitscherlich. et Döring amiciss. Senecae memores fuerunt, quos videas.

atque miserrima omnia efficiens, metus mortis. Inde illud Maecenatis turpissimum votum: quo et debilitatem non recusat, et deformitatem, et novissime acutam crucem, dummodo inter haec mala spiritus pro-rogetur.

*e Debilem facito manu,
Debilem pede, coxa:
Tuber adstrue gibberum,
Lubricos quate dentes.
Vita dum supereſt, bene eſt.
Hanc mihi, vel acuta
Si ſedeam cruce, ſuſtine.*

11

Quod miserrimum erat, si incidisset, optatur: et tan- 12
quam vita petitur supplicii mora. Contemptissimum pu-
tarem, si vivere vellet usque ad crucem. Tu vero,
inquit, me debiles licet, dum spiritus in corpore
fracto

e. Hos versus pro Ithyphallicis habito Bern. Briffon. formul. I in aliquem Glyconiorum versuum hunc ordinem redegit. Ultimus versus: *Si sedeam cruce, sustine* ex antiq. codd. restitutus est a Pint. Pronuncies: *Si sedam*. recte enim Io. Garlittus amiciff. in human. Magaz. V p. 353 syllabas monet eo, ea, ua etc. contrahi solere: cf. Poetica maior Giesfens. p. 159. Salmasii al. coniecturas affert Meibom. Maecenas p. 151 sqq.

10. *Maecenatis*] Parum amico animo in Maec. fuisse Senecam constat. Saepius enim eum carpsit cum propter lasciviam vitae, tum propter luxuriam styli. Vide de Provid. 3, 9. Ep. 92. 114. Praeter Meibomii librum: Maecenas. Lugd. Bat. 1653. 4. laudantur quoque Les recherches sur la vie de Mécène p. Mr. Souchay. In scriptis eius fuere etiam carmina, unde hi versus desumpti
Vol. III.

esse videntur, in quos S. acerbissime invehitur. Meibomius tamen p. 154 excusat Maecenatem scholae Epicuri, quam Maecenas sectabatur, dogmatibus, in quibus et illud laudat ap. Diog. Laert. X, 119 τὸν σοφὸν καὶ πηρωθέντα τὰς ὀψείας μεδέξαι τοῦ βίου. Enimvero multo iustior defensio Maecenatis contra Senecam a natura poeseos utique lyricae peti posset: quam tamen angu-
S
stia

fracto et inutili maneat: depraves licet, dum monstroso et distorto temporis aliquid accedat: suffigas licet, et acutam fessuro crucem subdas. Est tanti, vulnus suum premere, et patibulo pendere destriatum, dum differat id quod est in malis optimum, supplicii
 13 finem! Est tanti, habere animam, ut agam! Quid huic optes, nisi deos faciles? quid sibi vult ista carminis effeminati turpitudine? quid timoris dementissimi pactio? quid tam foeda vitae mendicatio? Huic putas unquam recitasse Virgilium,

Vsque adeone mori miserum est?

Optat ultima malorum: et quae pati gravissimum est, extendi ac sustineri cupit. qua mercede? scilicet vitae
 14 longioris. Quid autem huius vivere est? diu mori. Invenitur aliquis, qui malit inter supplicia tabescere, et

f. *distorto* nonnulli palat. at editio vetus *deserto*. margo cod. Col. *discerpto*.

g. *Est tanti* sc. pretii. Paulus tamen ad Matth. 27, 42 p. 748 ed. 1. emendat: *Est contentus*.

stia huius loci non capit. Versus 6 et 7 disquisitionibus Ge. Calixti, Theologi olim helmstad. doctissimi, lucem acceperunt, probatis Salmasio al., et nuper Paulo ad Matth. XXVII, 32. (Vol. III p. 745 sqq. ed. 1.) Demonstravit autem, praeter arrectarium stipitem ipsius crucis et eius antennam, cui manus infingerentur, fuisse in medio stipitis palum quendam, instar fedilis, acutum, cui suspendendus insideret et velut inequitaret ac defunctus putresceret. Cf. Meibom. c. 24 p. 152 sq. Quominus Io. Gurlicto ami-

ciff. in Wiedeburg. humanist. Magaz. V p. 353. de poena fervorum ἡ σφόδρα dicta, palo per corpus adacto, explicanti assentiri possum, impediunt sequentia verba: *et acutam fessuro crucem subdas. Est tanti — finem*. num haec tantam aestimationem merentur? *agam* sc. animam. *Deos faciles* in eius vota: meruit exaudiri. Ceterum similia laudat Lipsius ex Hom. Odyss. λ, 488. Eurip. Iphig. A. 1218 sqq. Mox Virgilii versus est Aen. XII. 646.

et perire membratim, et toties per fillicidia amittere animam, quam semel exhalare? Invenitur qui velit adactus ad illud infelix lignum, iam debilis, iam prae-
 vus, et in foedum scapularum ac pectoris tuber eli-
 fus, cui multae moriendi causae etiam citra crucem
 fuerant, trahere animam tot tormenta tracturam?
 Nega nunc magnum beneficium esse naturae, quod ¹⁵
 necesse est mori! Multi peiora pacisci adhuc parati
 sunt: etiam amicum prodere, ut diutius vivant: et
 liberos ad stuprum manu sua tradere, ut contingat
 lucem videre, tot consciam scelerum. Excutienda vi-
 tae cupido est: discendumque, nihil interesse quando
 patiaris quod quandoque patiendum est: quam bene vi-
 vas referre, non quamdiu: saepe autem in hoc esse
 bene, ne diu.

EPISTOLA CII.

*Occupato in cogitatione de aeternitate animarum sibi supervenisse narrat epistolam Lucilii, in qua obiicit Senecae, quod non sol-
 verit obiectionem adversariorum, claritatem idcirco bonum non
 esse posse, quod ex distantibus constet. Quod quia non ad mo-
 res s. Ethicam pertineat, se distulisse profitetur. Iam quum do-
 ctrinam Stoicorum de corporibus praemisisset, accedit ad proba-
 tionem dogmatis, claritatem esse bonum: ac primum quidem,
 laudare dignos esse actionem honestam. Deinde, quae unus bo-
 nus vir indicat bona, ea omnes viri boni indicent oportet: quan-
 doquidem veritatis una vis, una facies est. Tum non est bo-
 num ex distantibus constans; laus enim non vox est, quae bo-
 num non est, sed sententia: aliud enim est laus, aliud lau-
 datio quae vocem exigit. Laus autem iudicii continetur, atque
 refertur ad animum, non ad verba. Claritas itaque laus est bo-
 norum, quae sine voce contingere potest, quum gloria et fama
 vocem desiderent et multorum iudiciis censeantur. Laus est et
 laudati et laudantis. Sed fatius est, in immensum mentem suam
 extendere, quam his disputationibus operam dare. Magna autem
 et generosa res humanus animus, cuius patria est mundus, cuius
 cogitationi omne tempus patet ad divina nati et aliquando sub-
 volaturi.*

Quomodo molestus est iucundum somnium videnti, qui excitat: aufert enim voluptatem, etiam si falsam, effectum tamen verae habentem: sic epistola tua mihi fecit iniuriam. revocavit enim me cogitationi ^a aptae traditum, et iturum, si licuisset, ulterius. Iuvabat de aeternitate animarum quaerere, immo mehercule credere. credebam enim me facile opinionibus magnorum virorum, rem gratissimam promittentium magis, ² quam probantium. Dabam me spei tantae. iam eram fastidio mihi, iam reliquias aetatis infractae contemnebam, in immensum illud tempus, et in possessionem omnis aevi transiturus: quum subito experrectus sum, epistola tua accepta, et tam bellum somnium perdidit. ³ quod repetam, si te dimisero, et redimam. ^b Negas me epistola prima totam quaestionem explicuisse, in qua probare conabar id quod nostris placet, claritatem quae

a. *aptae* i. invicem nexae. Lipsius em. *altae*. Mox *credebam enim me facile*. Sic omnes fere codd. et vetustae edd. Antea sine: *me*.

b. *Negas me epistola prima — in qua probare conabar*. Ita codd. plurimi et edd. vetustae fere omnes. Alii *neget, negat — conabaris*.

1. *Iuvabat de aeternitate — probantium.*] Saepe iam vidimus, nutare nostrum super hac re, et velle magis quam credere. Egit de hoc Lipsius in *Physiol. stoic.* III, 11. Cf. Conzii *Abhandlungen* supra laud. p. 90 sqq. Ceterum idem passus est quod Cicero *Tusc. Qu. I, 11*: nescio quomodo, dum lego, assentior: quum posui librum et mecum ipse de immortalitate animarum coepi cogitare, assensio omnis illa elabatur.

3. *Negas me epistola prima — conabar.*] Lipsius de epistola Senecae intelligit, quam ipse observavit non extare. Fortasse *epistola prima* est prior tuae epistolae pars, in qua Lucilius explicare voluit etc. Ita referas ad *negas τὰ*: *id enim me non solvisse*. Sed vide Var. *Lect. ex distantibus* i. quorum partes separatae sunt. *Quod interrogas — alterius*: i. e. ad eandem quaestionem pertinet, sed in altera disciplina, i. e. in Logica tractatur.

quae post mortem contingit, bonum esse. Id enim me non solvisse, quod opponitur nobis: Nullum, inquit, bonum ex distantibus: hoc autem ex distantibus constat. Quod interrogas, mi Lucili, eiusdem quaestionis est, loci alterius: et ideo non hoc tantum, sed alia quoque eodem pertinentia, distuleram. Quaedam enim, ut scis, moralibus rationalia immixta sunt. Itaque illam partem ^crectam et ad mores pertinentem tractavi: Numquid stultum sit ac supervacuum, ultra extremum diem curas transmittere? An cadant bona nostra nobiscum, nihilque sit eius qui nullus est? An ex eo, quod quum erit, sensuri non sumus, antequam sit, aliquis fructus percipi aut peti possit? Haec autem omnia ad mores spectant: itaque suo loco posita sunt. At quae a dialecticis contra hanc opinionem dicuntur, segreganda fuerunt, et ideo seposita sunt. Nunc quia omnia exigis, omnia quae dicunt persequar, deinde singulis occurram. At, nisi aliquid praedixero, intelligi non poterunt quae refellentur. Quid est, quod praedicere velim? Quaedam continua esse corpora, ut hominem: quaedam composita, ut navem, domum, omnia denique quorum diversae partes iuncturâ in

S 3

unum

c. *rectam et e* codd. pal. et edit. veteri recepi. Antea: *recta ad.* Mox *An ex eo, quod quum erit, sensuri non sumus, antequam sit, aliquis.* Cum Gronovio trium Mss. lectionem dedi.

4. *An ex eo — possit*] i. e. an ex fama postuma, quam quum habebimus, sensuri non sumus, quippe mortui, antequam sit et existat postuma fama, sive antequam mortuis nobis sit superstes, nunc statim aliquis fructus percipiatur. Gronov.

6. Vides hic subtilem Stoeae divisionem corporum adumbratam, sed non plene explicatam. Attigit post Lipsii *Physiol.* II, 4. Tiedemann *System* II init. Etsi res non usquequaque clara sit, quoniam fontes primarii exaruerunt, tamen patet: primum voci *σῶμα*, *corpus*

unum sunt coactae: quaedam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tanquam exercitus, populus, senatus. Illi enim, per quos ista corpora efficiuntur, iure aut officio cohaerent, naturâ diducti et singuli sunt. Quid est, quod etiam nunc praedicere
 7 velim? Nullum bonum putamus esse, quod ex distantibus constat. uno enim spiritu unum bonum contineri ac regi debet, unum esse unius boni principale. Hoc si quando desideraveris, per se probatur: ^dinterim ponendum fuit, quia inde nostra tela mittuntur. Dicitis,
 8 inquit, nullum bonum ex distantibus esse: Claritas autem ista, bonorum virorum secunda opinio est. Nam quomodo fama non est unius sermo, nec infamia unius mala existimatio: sic nec claritas, uni bono placuisse. Consentire in hoc plures insignes et praestantes viri debent, ut claritas sit. Haec autem ex iudiciis plurimum efficitur, id est, distantium. ergo non est bonum. Claritas, inquit, laus est a bonis bono reddita:
 9 laus

d. *interim ponendum fuit, quia inde nostra tela mittuntur.* Vulgata erat: *quia in nostra tela m.* unde fecit Lipsius quod recepi. *quo nostra tela nitatur* coni. Erasmi. recepit Muretus.

pus novam vim tribui a Stoicis, quippe qui cum omne id, quod quid efficit, tum actiones ita appellant: deinde omnes res vocarunt corporalia, 1) quae quin vere existent nemo dubitat; 2) quae sensuum praesidio cognoscuntur; 3) omnia solida. Iureconsultos rom. etiam hanc doctrinam de corporibus eorumque partibus recepisse notum est: cf. Gatacker ad M. Antonin. VII, 13. p. 264.

7. Nexus sententiarum continetur, quod virtutes, vi-

tia, alia, adeoque bonum in eorum numero esse, statuebant Stoici. cf. Tidemann l. l. p. 14 sqq. *uno enim — principale* quae una vi, sola virtute reguntur, corpora continua, τὰ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως πραγματοποιόμενα ait Sext. Emp. adv. Phys. I. c. 2. *unus spiritus* est principium dirigens: *principale* i. e. primarium principium, respectu utique pratico.

8 — 11. Obiectiones adversariorum, bonum non esse claritatem.

laus oratio: oratio vox est, aliquid significans: vox autem, licet virorum sit bonorum, bonum non est. Neque enim quidquid vir bonus facit, bonum est. nam et plaudit, et fibilat: sed nec plausum quisquam, nec fibilum, licet omnia eius admiretur et laudet, bonum dicit, non magis quam sternutamentum aut tussim. Ergo claritas bonum non est. Ad summam, dicite no- 10 bis, utrum laudantis, an laudati bonum sit? Si laudantis bonum esse dicitis, tam ridiculam rem facitis, quam si affirmetis meum esse, quod alius bene valeat. Sed laudare dignos, honesta actio est: ita laudantis bonum est, cuius actio est, non nostrum qui laudamur. at- qui hoc quaerebatur. — Respondebo nunc singulis cur- 11 sim. Primum, an sit aliquid ex distantibus bonum, etiam nunc quaeritur, et pars utraque sententias habet. Deinde, claritas desiderat multa suffragia: potest et unius boni viri iudicio esse contenta. Nam omnes 12 bonos bonus unus iudicat. Quid ergo? inquit; et fama erit unius hominis existimatio, et infamia unius, malignus sermo? Gloriam quoque, inquit, latius famam intelligo: consensum enim multorum exigit. Diversa horum conditio est, et illius. Quare? quia si de me bene vir bonus sentit, eodem loco sum, quo, si

S 4

om-

11. *Primum—habet.*] Nihil nobis uberius restat ex hisce disputationibus, nec quidquam earum sciremus, nisi Seneca nobis servatus esset. Patet tamen, adhuc sub iudice litem fuisse; itaque nec ipse quidquam definire audent. *unius boni viri*, quasi in abstracto cogitati, sapientis, cui non gloriam sed claritatem tribuebant, sicut cum non *ἔνδοξον* sed *ἐὐπλεῆ* esse dicebant, pro-

bante Lipsio ex Philone iudaeo super verbis Evigilavit Noe.

12. *Nam omnes bonos — iudicat*] quasi loco omnium. Eandem sententiam prodidit Apost. Paulus in Epist. I. ad Corinth. II, 15, 16, ubi *πνευματικὸς* i. bonus, sensu stoico, omnia iudicare dicitur, a nemine autem (*ψυχικῶ*, stulto, *ἀπαιδεύτῳ*, *ιδιώτῃ*) iudicari posse.

omnes boni idem sentirent. omnes enim si me cogno-
 13 verint, idem sentient. Par illis idemque iudicium est:
 aequè vero ^e insiditur ab his, qui diffidere non possunt.
 Ita pro eò est, ac si omnes idem sentiant: quia aliud
 sentire non possunt. Ad gloriam et famam, non est
 satis unius opinio. Illic idem potest unius sententia,
 quod omnium: quia omnium si perrogetur, una erit:
 hic diversa dissimilium iudicia sunt, dissimiles affectus:
 14 dubia omnia invenias, levia, suspecta. Putas tu posse
 sententiam unam omnium esse? non est unius una.
 Illis placet verum: veritatis una vis, una facies est:
 apud hos falsa sunt, quibus assentiuntur. Nunquam
 15 autem falsis constantia est: variantur et dissident. Sed
 laus, inquit, nihil aliud quam vox est: vox autem
 bonum non est. Quum dicunt claritatem laudem esse
 bonorum a bonis redditam: iam non ad vocem refe-
 runt, sed ad sententiam. Licet enim vir bonus taceat,
 sed aliquem iudicet dignum laude, laudatus est. Prae-
 terea, aliud est laus, aliud laudatio. Haec et vocem
 exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed lau-
 16 dationem, cuius officium oratione constat. Quum di-
 cimus aliquem laude dignum, non verba illi benigna
 hominum, sed iudicia promittimus. Ergo laus etiam
 taciti est bene sentientis, ac bonum virum apud se
 laudantis. Deinde, ut dixi, ad animum refertur laus,
 non ad verba; quae conceptam laudem egerunt, et in
 noti-

e. *insiditur*. Sic Erasim. i. aequè viam illam veritatis omnes
 boni premunt. Alii *insiditur*, *inspicitur*, *prospicitur*, *insidi-*
scitur. Muretus: *aequè vero sentitur ab his qui d. n. p.*

13. *Perrogetur*] vox Cu-
 riae, quum Consul omnium
 sententias ordine exquirat. L.

14. *non est unius una.*]
 Nam variant, et nemo, sapiente
 excepto, sibi constat. L.

15. En subtilitatem admo-
 dum arbitrariam! Interdum
 laus et laudatio synonyma fue-
 re. Apud Liv. VIII, 40 laudes
 funebres occurrunt.

notitiam plurium emittunt. Laudat, qui laudandum esse iudicat. Quum Tragicus ille apud nos ait: Magnificum esse laudari a laudato viro; laude digno, ait. Et quum aequè antiquus poëta ait: Laus alit artes; 17 non laudationem dicit, quae corrumpit artes. nihil enim aequè et eloquentiam, et omne aliud studium auribus deditum vitiavit, quam popularis assensio. Fama utique vocem desiderat, claritas non. potest enim citra vocem contingere, contenta iudicio: plena est, non tantum inter tacentes, sed etiam inter reclamantes. Quid intersit inter claritatem et gloriam, dicam. 18 Gloria multorum iudiciis constat, claritas bonorum. Cuius, inquit, bonum est claritas, id est, laus bono a bonis reddita? utrum laudati, an laudantis? Vtriusque: meum qui laudor, quia natura me amantem omnium genuit; et bene fecisse gaudeo, et gratos me invenisse virtutum interpretes laetor. Hoc plurium bonum est, quod grati sunt, sed et meum. Ita enim animo compositus sum, ut aliorum bonum meum iudicem, utique eorum, quibus ipse sum boni causa. Est 19 illud laudantium bonum: virtute enim geritur: omnis autem virtutis actio bonum est. Hoc contingere illis non potuisset, nisi ego talis essem. Itaque utriusque bonum est, merito laudari, tam mehercule, quam bene iudicasse, iudicantis bonum est, et eius, secundum quem iudicatum est. Numquid dubitas, quin iustitia

S 5

et

16. Quum Tragicus ille etc.] *Cn. Naevium*, qui tempore Scipionis mai. vixit Romae, respici putat Lipsius. Tragediis et Comoediis scribendis bello punico I. celebris fuit. Laudat haec a Seneca adducta etiam Cicero Epist. ad Div. V, 12 nr. 25. 15, 6. Quis aequè

antiquus poeta fuerit, non constat.

18. Cuius, inquit — Vtriusque rel.] Nam bonum omne id est, quod prodest, nec ab utilitate distat, s. quod semper et sine mutatione iis, qui ratione praediti sunt, prodest. Cf. Tiedemann System II p. 35 sqq.

et habentis bonum fit, et eius cui debitum solvit? Merentem laudare, iustitia est: igitur utriusque bonum
 20 est. Cavillatoribus istis abunde responderimus. Sed non debuit hoc nobis esse propositum, arguta differere, et philosophiam in has angustias ex sua maiestate detrudere. Quanto fatius est, ire aperta via et recta, quam sibi ipsi flexus disponere, quos cum magna molestia debeas relegere? neque enim quidquam aliud istae disputationes sunt, quam inter se perite captan-
 21 tium lusus. Dic potius, quam naturale fit, in immensum mentem suam extendere. Magna et generosa res est humanus animus: nullos sibi poni nisi communes et cum Deo terminos patitur. Primum, humilem non accipit patriam: Ephesum aut Alexandriam, aut si quod est etiam nunc frequentius incolis, latius tectis solum. Illi patria est, quodcunque suprema et uni-
 22 versa circuitu suo cingit: hoc omne convexum, intra quod iacent maria cum terris, intra quod aër humanis divina fecernens etiam coniungit, intra quod disposita tot numina in actus suos excubant. Deinde, arctam aetatem sibi dari non finit. Omnes, inquit, anni mei sunt. nullum seculum magnis ingeniis clusum est, nullum non cogitationi pervium tempus. Quum venerit dies ille qui mixtum hoc divini humane fecernat, corpus hoc, ubi inveni, relinquam:
 ipse

21. *Dic potius, quam naturale fit*] i. e. quantopere necessarium sit naturam et rationis leges sequi. *nullos sibi poni — patitur.* De hac necessitudine inter Deos et bonos multi sunt Stoici, imprimis Seneca: e. c. De Tranq. an. 8. De Provident. 1. Ep. 53, 11

not. 66 etc. Epictet. Enchirid. c. 15.

22. *fecernens etiam coniungit*] Nam super aerem coelum statim excipit, ubi Dii, i. e. aeterni ignes. Idemque coniungit, quia terram cum coelo medius interiectus nectit. *L. disposita tot numina* i. genii, daemones.

ipse me diis reddam. nec nunc sine illis sum, sed gra- 23
 vi terrenoque detineor. Per has mortalis aevi moras,
 illi meliori vitae longiorique proluditur. Quemadmo-
 dum novem mensibus nos tenet maternus uterus, et
 praeparat non sibi, sed illi loco in quem videmur
 emitti, iam idonei spiritum trahere, et in aperto du-
 rare: sic per hoc spatium, quod ab infantia patet in
 senectutem, in alium naturae ^fmaturescimus partum.
 Alia origo nos exspectat, alius rerum status. Non- 24
 dum coelum, nisi ex intervallo, pati possumus. Pro-
 inde intrepidus horam illam decretoriam prospice: non
 est animo suprema, sed corpori. Quidquid circa te
 iacet rerum, tanquam hōspitalis loci sarcinas specta:
 transeundum est. Excudit redeuntem natura, sicut in-
 trantem. Non licet plus efferre, quam intuleris: im-
 mo etiam ex eo, quod in vitam attulisti, pars magna
 ponenda est. Detrahetur tibi haec circumiecta, no- 25
 vissimum velamentum tui, cutis: detrahetur caro et
 suffusus sanguis, discurrensque per totum: detraherentur
 ossa

f. *maturescimus p.* Scripti plures: *naturae sumus aut finis.*
 Pintiani coniecturam sequor.

23. *sed gravi terrenoque]*
 Omnes quos novimus Stoicos
 corpus cum vinculis custodia-
 que ad exemplum Platonis al.
 comparasse, notum est. cf. Se-
 nec. Consol. ad Helv., ad
 Marc. passim, Ep. 65, 16. *pro-*
luditur i. praeluditur. cf. Gro-
 nov. ad Senec. trag. Hercul.
 fur. 222. *quemadmodum —*
partum. Eandem sententiam
 pulchram ap. Indiae sapien-
 tes, quos Brahmanas vocabant
 (nunc Brahminos dicunt) vi-
 guisse, patet e Megasthene Stra-

bonis XV p. 822, quam Lipsius
 hic laudat et perperam ab iis
 ad Graecos manasse statuit,
 quem potius a Zoroastre in In-
 diam profecta videri debeat.
 Cf. Buhlii amiciss. Lehrbuch
 der Gesch. der Philos. I. p.
 97 sqq.

24. *decretoriam]* *αἰτιώμενη*,
 iudiciale. Cf. ad I de Clem.
 14, 1. excudit *redeuntem*, in-
 quirat in te, utrum aliena te-
 cum afferas, nihil enim prae-
 ter animum apportabis.

ossa nervique, firmamenta fluidorum ac labentium. Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, aeterni natalis est. Depone onus! quid cunctaris, tanquam non prius quoque, relicto, in quo latebas, corpore, 26 exieris? Haeres et reluctaris: tum quoque magno nifu matris expulsus es. Gemis, ploras: et hoc ipsum flere, nascentis est. Sed tunc debebat ignosci. rudis et imperitus omnium veneras: ex maternorum viscerum calido mollique fomento emissum, afflavit aura liberior. Deinde offendit durae manus tactus: tenerque adhuc, et nullius rei gnarus obstupuisti inter ignota. Nunc tibi non est novum, separari ab eo, cuius ante 27 mitte, et istud corpus inhabitatum diu, pone. Scindetur, obruetur, abolebitur. Quid contristaris? ita solet fieri. Pereunt semper velamenta nascentium. Quid ista sic diligis, quasi tua? istis opertus es. Veniet qui te revelet dies, et ex contubernio foedi atque olidi ventris educat. § Hinc nunc quoque tu quantum potes, subvola: utique etiam necessariis, quae cohaerebunt, alienus. Iam hinc, altius aliquid sublimiusque meditare. Aliquando naturae tibi arcana reteguntur, discutietur ista caligo, et lux undique clara per-

g. *Hinc nunc quoque tu quantum potes, subvola: utique etiam necessariis, quae cohaerebunt, alienus.* Sic Lipsius. Magna et intricata varietas lectionis et emendationum est. Vulgata olim: *subvolutaris quae nisi etiam necessariis coh.* Vnde Pint.: *subvola: ab aliis nisi quae etiam necess.* At mss. pal. et Gronovii: *subvolutaris qui utique necessariisque cohaerebit.* Hinc Gronov. fecit: *Hinc nunc quoque tu, quantum potes, subvola: caris quoque necessariisque cohaere, ut alienus.* Manum abstinco.

25. *aeterni natalis est*] Physiol. III, 12. L. Cf. Conz. l. l.
 facit ad immortalitatem animi, sensu quodam suo Stoicis creditam, et ambigue creditam. 27. *Aliquando — reteguntur*] Hoc Stoici agere volebant.

percutiet. Imaginare tecum, quantus ille sit fulgor, 28
 tot fideribus inter se lumen miscentibus. Nulla fere-
 num umbra turbabit: aequaliter splendet omne coeli
 latus: dies et nox, aëris infimi vices sunt. Tunc in
 tenebris vixisse dices, quum totam lucem totus ad-
 spexeris: quam nunc, per angustissimas oculorum vias,
 obscure intueris, et tamen admiraris tam procul. Quid 29
 tibi videbitur divina lux, quum illam suo loco videris?
 Haec cogitatio nihil sordidum animo subsidere finit, ni-
 hil humile, nihil crudele. Deos omnium rerum esse
 testes ait, illis nos approbari, illis in futurum parari
 iubet, et aeternitatem proponere; quam qui mente
 concepit, nullos horret exercitus, non terretur tuba,
 nullis ad timorem minis agitur. Quidni non timeat, 30
 qui mori sperat? si is quoque, qui tamdiu animum
 iudicat manere, quamdiu retinetur corporis vinculo;
 exsolutum, statim spargi; id agit, ut etiam post mor-
 tem utilis esse possit. Quamvis enim ipse ereptus sit
 oculis, tamen

*Multa viri virtus animo, multusque recurſat
 Gentis honos.*

Cogita, quantum nobis exempla bona praesint: h scies
 magnorum virorum non minus praesentia esse utilem
 memoriam.

*h. scies magnorum virorum non minus praesentia esse utilem me-
 moriam. Erasmus sequor.*

bant. Animum astris sociatum,
 illa et naturam rerum totam
 contemplari: quod ipsum et
 Deus illis erat. Cicero (in
 fragm. ex Hortensio): Vna igitur
 erimus beati cognitione

Naturae et scientia: quae sola
 etiam Deorum est vita laudan-
 da. Cf. Lipsii Physiol. III, 24.
 30. Versus sunt Virgilio Aen.
 IV init. *Quidni non timeat.
 Cur ille timore agatur? —*

EPISTOLA CIII.

Non ista circumspicienda et devitanda esse monet, quae forsan evenient, sed ea pericula, quae homini ab homine imminet, quippe quae subito sint. In qua cautione tamen semper cogitandum est, quid sit hominis officium: alterum intueri ne laedaris, alterum ne laedas, uti philosophum docet.

Quid ista circumspicis, quae tibi possunt fortasse evenire, sed possunt et non evenire? ^aincidentium dico ruinam. Aliqua nobis incidunt, non infidiantur: illa potius vide, illa devita, quae nos observant, quae captant ^bpares. Sunt casus, etiam si graves, naufragium facere, vehiculo everti: ab homine homini quotidianum periculum. Adversus hoc te expedi, hoc intentis oculis intueri. Nullum enim malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempestat minatur, antequam surgat: crepant aedificia, antequam corruant: praenuntiat fumus incendium: subita est ex homine perniciēs, et eo diligentius tegitur, quo propius accedit. Erras, si istorum tibi qui occurrunt vultibus credis, hominum effigies habent, animos ferarum: nisi quod illarum perniciosior est primus incurfus, quos transire non ^cqueunt. Nunquam enim illas ad nocendum nisi necessitas iniicit: aut fame,

a. *incidentium dico ruinam. Aliqua nobis incidunt.* Ita codd. et edd. b. *pares. Sunt casus.* Ita omnes codd. et edd. Pintian. emend. *captant. Rari s.* c. *queunt.* Ita codd. pars: alii *quaerunt.* Intelligo de feris. Mox *iniicit* omnium fere codd. et edd. lectio est. *inigit* Lipsii est.

1. *quae captant pares*] Explicatio Senecae mox sequitur: ab homine homini quotidianum periculum. Lipsius affert notam in Plauto (Asinar. II, 3, 88 ubi cf. Taubmann) paroemiam: Homo homini lupus. Contrario tamen sensu dicitur homo homini deus. Cf. Erasmi Adag. Chil. I. Centur. I. nr. 69. 70.

2. *Erras — queunt.*] Egregia sunt, quae in eandem sententiam leguntur in Arriani Diff. Epict. I, 3.

me, aut timore coguntur ad pugnam: homini perdere hominem libet. Tu tamen ita cogita, quod ex homine periculum sit, ut cogites, quod sit hominis officium. Alterum intueri, ne laedaris; alterum, ne laedas. Commodis omnium laeteris; movearis incommodis: et memineris quae praestare debeas, quae cavere. Sic vivendo quid consequeris? non, ut ne no-⁴ ceant; sed ne fallant. Quantum autem potes, in philosophiam secede. illa te ^dvisu suo proteget: in huius sacrario eris aut tutus, aut tutior. Non arietant inter se, nisi in eodem ambulantes. ^eQuid autem? ipsam philosophiam non debebis iactare. multis fuit periculi causa, insolenter tractata, et contumaciter. Vitia tibi detrahat, non alii exprobrat: non abhorreat a publicis moribus: nec hoc agat, ut quidquid non facit, damnare videatur. Licet sapere sine pompa, sine invidia.

EPISTOLA CIV.

Scripta est haec epistola e villa Senecae, Nomentano haud procul Roma sito, quo se receperat ex urbe, ut febrem surrepentem fugeret, vel invita uxore Paullina, cuius ut curam et caritatem in se laudat, ita eius amore duci se fatetur, ut valetudini suae consulat. Loci quidem mutatione hac se refectum ac recreatum narrat, sed potissimum hoc animo tribuit. Nam peregrinatio per se omnem valetudinem non restituit, nec prodesse potest, nisi animus mutetur, emendetur, affectus cupiditatesque reciduntur. Quibus demum factis omnia loca ac status invabunt et proderunt ad vana et pericula domanda. Tunc exemplis vitiorum relictis ad meliores transeundum peregrinatione pulcherrima, ad priscos et eos magnos viros, Zenonem, Socratem, Catonem rel. quos cogitatione intueri atque imitari oportet, non ut scite loquaris, sed ut animum potius indures, adversus minas fortunae erigas et in opere sis. Ita vitia tolluntur, virtutes inseruntur.

In

d. visu i. vi videndi, cavendi ne tibi noceant. Ita plurimi codd. et edd. Alii *nisu*. Erasmi. coni. *sinu*. e. *Quid autem?* Sic plurimi codd. et Erasmi.

In Nomentanum meum fugi, quid putas? urbem? immo febrem, et quidem surrepentem. Iam manum mihi iniecerat: protinus itaque parari vehiculum iussi, Paullina mea retinente. Medicus initia esse dicebat, motis venis, sed incertis, et naturalem turbantibus modum. Exire perseveravi. Illud mihi in ore erat domini mei Gallionis: qui quum in Achaia febrem habere coepisset, protinus navem adscendit, clamitans, non corporis esse, sed loci morbum. Hoc ego Paulinae meae dixi, quae mihi valetudinem meam commendat. Nam quum sciam spiritum illius in meo verti: incipio, ut illi consulam, mihi consulere: et quum me fortiorem senectus ad multa reddiderit, hoc beneficium aetatis amitto. Venit enim mihi in mentem, in hoc sene et adolescentem esse, cui parcitur. Itaque quoniam ego ab illa non impetro, ut me fortius amet: impetrat illa a me, ut me diligentius amem.

Indul-

1. *In Nomentanum*] ubi praedium eius et vineae. Infra Ep. 110, 1 et Columella III, 3. L. Sita erat haec villa duobus fere milliaribus germanicis (70 stadiis) a Roma in Sabinis iuxta urbem cognominem, quo ducebat porta et via nomentana. cf. Adler p. 60. *domini mei Gallionis*, fratris maximi natu M. Ann. Novati, qui a L. Gallione adoptatus post Caligulae excessum Iunii Annaei Gallionis nomen accepit, cui libros de ira et de vita beata adscriptis noster. Post nostri Senecae mortem propria se manu interfecit, Eusebio ad ann. 818 narrante: cf. Dio Cass.

62, 25. Meminit eius Tacit. Ann. 15, 73. An sit ille Gallio, qui Actor. Apostol. 18, 12 memoratur proconsul *Achaiae* i. Graeciae, adhuc incertum est. Ceterum de more, patres atque fratres grandiores natu per honorem et blanditias *dominos* appellandi, egit Lipsius in Exkursu P. ad Taciti Annal. II.

2. *spiritum*] i. e. vitam. Sic Philippus medicus Regi Alexandro M. ap. Curt. III, 6, 10 ait: Rex, semper quidem spiritus meus ex te pependit. *Itaque quoniam — amem*. i. Nimis temere et indulgenter illa me amat, nec impetro, ut robu-

Indulgendum est enim honestis affectibus: et interdum 3
 etiam si premunt causae, spiritus in honorem suorum
 vel cum tormento revocandus, et in ipso ore reti-
 nendus est; quum bono viro vivendum, sit non quam-
 diu iuvat, sed quamdiu oportet. Ille qui non uxo-
 rem, non amicum tanti putat, ut diutius in vita com-
 moretur, qui perseverat mori, delicatus est. Hoc quo-
 que imperet sibi animus, ubi utilitas suorum exigit,
 nec tantum, si vult mori, sed si coepit, intermittat,
 et suis se commodet. Ingentis animi est, aliena causa 4
 ad vitam reverti: quod magni viri saepe fecerunt. Sed
 hoc quoque summae humanitatis existimo, senectutem
 suam, cuius maximus fructus est securior sui tutela,
 et vitae usus animosior, attentius conservare, si scias
 alicui tuorum esse dulce, utile, optabile. Habet prae-
 terea in se non mediocre ista res: gaudium, et mercedem.
 quid enim iucundius, quam uxori tam carum esse, ut
 propter hoc tibi carior fias? Potest itaque Paullina 5
 mea non tantum suum mihi timorem imputare, sed
 etiam meum. Quæris ergo, quomodo mihi consilium
 pro-

robustius: ad omnia mala mea
 collabitur: *fortiter amare* i.
 fevero quodam amore, habes
 de Provid. II, 4.

3. *quum bono viro* — *opor-
 tet.*] Seneca de Benefic. II, 18
 sapientes quidquid oportet iu-
 vat i. e. quidquid opportunum
 et *εὐκαιρὸν* est. Nam Cicero
 ita videtur reddere; ubi Cato
 Stoicus apud eum de fin. III,
 18 differit: at saepe officium
 est sapientis, desciscere a vita,
 quum sit beatissimus, si id op-
 portune facere possit. Et paul-
 lo ante: Rectam affectionem;
Vol. III.

sive τὸ *κατόρθωμα* ponit in
 opportunitate. sic enim ap-
 pellare se *εὐκαιρῖαν*. L.

4. *Ingentis animi* — *fecerunt.*] Ipse noster exemplo
 est Ep. 78 init.: ad summam
 maciem deductus saepe impe-
 tum cepi abrumpendae vitae:
 patris me indulgentissimi senec-
 tus retinuit.

5. *Potest itaque Paulli-
 na* — *meum.*] Acute. Potest
 non solum hoc in expensis mi-
 hi ferre, quod pro me timeat,
 sed et quod ego. Nam eius
 timor meum trahit, imò gi-
 gnit,

profectionis cesserit? Vt primum gravitatem urbis excessi, et illum odorem culinarum fumantium, quae motae quidquid pestiferi vaporis obruerant, cum pulvere effundunt, protinus mutatam valetudinem sensi.

6 Quantum deinde adiectum putas viribus, postquam vineas attigi? In pascuum emissus, cibum meum invasi. Repetivi ergo iam me. non permanfit marcor ille corporis dubii, et male cogitantis: incipio toto animo studere. Non multum ad hoc locus confert, nisi se sibi praestet animus, qui secretum et in occupationibus mediis, si volet, habebit. At ille qui regiones eligit, et otium captat, ubique quo distringatur inveniet. Nam Socratem quaerenti cuidam, quod nihil sibi peregrinationes profuissent, respondisse ferunt: Non immerito hoc tibi evenit: tecum enim peregrinabar. O quam bene cum quibusdam ageretur, si a se aberrarent! Nunc ^aprimum seipfos sollicitant, cor-

rum-

a. *primum*. Sic Erasim. et omnes pal. Alii: *primi*.

gnit. L. *illum odorem culinarum f.* cf. Ep. 64, 1. not. *obruerant* i. coniderant, texerant. *vineas*. Nomentana enim regio vineis erat implera. Columella III, 3, ubi et Senecae sui coevi praediorum meminit. Diligentem autem vinearum fossorem se fuisse affirmat Seneca Nat. Quaest. III, 7 init.

6. *nisi se sibi praestet animus*] i. e. conlervet incolumem ac firmum. *male cogitantis* i. aegre c.

7. *At ille* etc.] Saepe haec iam inculcata vidimus a nostro, inprimis de Tranquill. an. c. 2,

11 sqq. Ep. 28. Digna est quae conferatur Horatii Epistola I, 11 ad Bullat., ubi obiter moneo mihi legendum videri vers. 6: At Lebedum — viarum: Scis — furentem, quae verba Bullatii responsum continent: ne quae in hominem *μισανθρωπότητων* cadunt, poetae festivissimo in mentem venire potuisse credamus. Addas Hor. Carm. II, 16, 18 sqq. III, 1, 37. 5, 55. Quae de Socrate narrat, aliunde non constant: sed conveniunt cum Socratis moribus et ingenio. cf. Plato Vol. I p. 120. bip.

rumpunt, territant. Quid prodest mare traicere, et urbes mutare? si vis ista, quibus urgeris, efugere, non alibi sis oportet, sed alius. Puta venisse te Athenas, puta Rhodon: elige arbitrio tuo civitatem: quid ad rem pertinet, quos illa mores habeat? tuos aseres. Divitias iudicabis bonum? torquebit te paupertas, et 9 (quod est miserrimum) falsa. Quamvis enim multum possideas, tamen quia aliquis plus habet, tanto tibi videberis defici, quanto vinceris. Honores iudicabis bonum? male te habebit ille consul factus, ille etiam refectus: ringeris, quoties aliquem in fastis saepius legeris. Tantus erit ambitionis furor, ut nemo tibi post te videatur, si aliquis ante te fuerit. Maximum malum 10 iudicabis mortem: quum in illa nihil sit mali, nisi, quod ante ipsam est, timeri. Exterrebunt te non tantum pericula, sed suspiciones: vanis semper agitaberis. Quid enim proderit,

— *evasisse tot urbes*

Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes?

Ipsa pax timores subministrabit. ne tutis quidem habebitur fides, consternata semel mente: quae ubi consuetudinem pavoris improvidi fecit, etiam ad tutelam salutis suae inhabilis est. Non enim vitat, sed fugit: 11 magis autem periculis patemur averfi. Gravissimum iudicabis malum, aliquem ex his quos amabis amittere: quum interim hoc tam ineptum erit, quam flere, quod arboribus amoenis et domum tuam ornantibus

T 2

decia

8. *Quid prodest — alius.*] Sic Horat. Ep. I, 11, 25 — nam si ratio et prudentia curas, Non locus effusi late maris arbiter aufert: Coelum, non animum mutant qui trans mare currunt — quod petis hic est,

Est Viubris: animus si te non deficit aequus.

10. *quum in illa — timeri*] i. e. quum in morte nullum malum sit praeter timorem, qui antecedit —. Versus sunt Virgilii Aen. III, 282 sqq.

decidant folia. ^bQuidquid te delectat, aequè vide, ut videris dum virent. utique aliud alio die casus excu-
 12 tiet. sed quemadmodum frondium iactura facilis est, quia renascuntur: sic istorum quos amas, quosque oblectamenta vitae putas esse. damnum: quia reparantur, etiam si non renascantur. Sed non erunt iidem! Ne tu quidem idem eris. omnis dies, omnis hora te mutat: sed in aliis rapina facilius apparet: hic latet, quia non
 13 ex aperto fit. Alii auferuntur: at ipsi nobis furto subducimur. Horum nihil cogitabis, nec remedia vulneribus ^coppones, sed ipse tibi ferēs sollicitudinum causas, alia sperando, alia desperando? ^dSi sapias, alterum alteri misceas: nec speraveris sine desperatione, nec desperaveris sine spe. Quid per se prodesse peregrinatio cuiquam potuit? Non voluptates illa temperavit, non cupiditates refrænavit, non iras repressit, non indomitos amoris impetus fregit, nulla denique animo mala eduxit, non iudicium dedit, non excussit errorem: sed, ut puerum ignota mirantem, ad breve tempus rerum aliqua novitate detinuit. Ceterum inconstantiam mentis, quae cum maxime aegra est, lae-
 14 cessit, mobiliorem leviolemque reddit ipsa iactatio.
 Ita-

b. *Quidquid te delectat, aequè vide, ut videris dum virent.* Sic refinxī locum, quem omnes interpp. nodum Deo dignum vindice habent, e codd. In scriptis est: *videres, videris, videt* aut *viret*. Lipsius coniecturam Erasmi praetulit: *Quidquid te delectat, aequè viget, ut videras dum vireret.* Sensus est: quidquid te delectat, eodem oculo considera, quo considerare soles illa folia. Imago nota est ex Il. Hom. §, 146. Horat. Art. Poet. 60.

c. *oppones.* Ita omnes codd. et Erasim. Sed editio rom. ex Pint. coniectura appones.

d. *Si sapias, alterum alteri misceas.* Ita recte coni. Pint. una membrana firmante. Nullus sensus erat antea: *Si satis.*

13. *Quid per se prodesse — tione[m] corpori sanando: cuius potuit]* sc. ad animum emendandum. Nam hoc Seneca dedit multique dederunt da- non negat, prodesse peregrina- buntque.

Itaque quae petierant cupidissime loca, cupidius dese- 15
runt, et avium modo transvolant. citiusque quam ve-
nerant, abeunt. Peregrinatio notitiam dabit gentium,
novas tibi montium formas ostendet, inusitata spatia
camporum, et irriguas perennibus aquis valles, et
alicuius fluminis sub observatione naturam: sive, ut
Nilus, aestivo incremento tumet; sive, ut Tigris, eri-
pitur ex oculis, et acto per occulta cursu, integrae
magnitudini redditur; sive, ut Maeander, poëtarum 16
omnium exercitatio et ludus, implicatur crebris anfra-
ctibus, et saepe in vicinum alveo suo admotus, ante-
quam sibi influat, flectitur; ceterum neque meliorem
faciet, neque saniores. Inter studia versandum est,
et inter auctores sapientiae, ut quaesita discamus,
nondum inventa quaeramus. Sic eximendus animus ex
miserrima servitute in libertatem asseritur. Quamdiu 17
quidem nescieris, quid fugiendum, quid petendum,
quid necessarium, quid supervacuum, quid iustum,
quid honestum sit: non erit hoc peregrinari, sed er-
rare. Nullam tibi opem feret iste discursus: peregrini-
aris enim cum affectibus tuis, et mala te tua sequun-
tur. Vtinam quidem sequerentur! longius abessent:
nunc fers illa, non ducis. Itaque ubique te premunt,
et paribus incommodis urunt. Medicina aegro, non 18
regio, quaerenda est. Fregit aliquis crus, aut extorsit
articulum? non vehiculum navemque conscendit, sed

T 3

advo-

15. *sub observatione*] i. si observaveris. Quae hic de *Nilo, Tigride et Maeandro* narrantur, nota sunt et firman-
tur a Geographis et iis, qui recentioribus temporibus illas regiones adiere. Cf. Büsching To. XI praef. quamquam hic p. 198 ubi de Tigride egit, cursum

per occulta actum non memoraverit, quem tamen Dionys. Perieg. 987 sq. ubi cf. Eustath. attigisse non oblitus est.

16. *nondum inventa quaeramus.*] Nam veteres philosophos, ait, multa sibi quaerenda reliquisse. Cf. Ep. 45, 3 sqq.

advocat medicum, ut fracta pars iungatur, ut luxata in locum reponatur. Quid ergo? animum tot locis fractum et extortum credis locorum mutatione posse sanari? maius est istud malum, quam ut gestatione curetur. Peregrinatio non facit medicum, non oratorum: nulla ars ioco discitur. Quid ergo? Sapientia rerum omnium maxima in itinere colligetur? Nullum, mihi crede, iter est, quod te extra cupiditates, extra iras, extra metus sistat: aut si quod esset, agmine facto, gens illuc humana pergeret. Tamdiu ista urgebunt mala, macerabuntque per terras ac maria vagum, quamdiu malorum gestaris causas. Fugam tibi non prodesse miraris? tecum sunt quae fugis. Te igitur emenda, ^e onera tibi detrahe et desideria: saltem
 20 intra modum contine. Omnem ex animo erade nequitiam. si vis peregrinationes habere iucundas, tuum comitem sana. Haerebit tibi avaritia, quamdiu avaro fordidoque convixeris: haerebit tumor, quamdiu cum superbo conversaberis: nunquam saevitiam in tortoris contubernio pones: incendunt libidines tuas adulterorum sodalitia. Si velis vitiis exui, longe a vitiorum
 21 exemplis recedendum est. Avarus, corruptor, saevus, fraudulentus, multum nocituri si prope a te fuissent, intra

e. onera tibi detrahe et desideria: saltem intra modum contine. Sic editio rom. al. Abeunt tamen codd. et Erasim., qui habent: *emenda desid. intra saltem m. c.*, unde Pintianus fecit: *Aut amanda (i. abige, expelle), aut intra modum saltem contine.* Sed illud *emenda* repetitioni librariorum debetur.

18. *quam ut gestatione curetur*] in effectu, iuccussione: quae sollenniter olim usurpata, humoribus detrahendis, meatibus referendis, calori excitando. Scripsi epistolam ad Ortelium super ea tota re, Cen-

Miscell. III, 11. L. Conferri meretur Böttigeri Sabina, ubi egregie, ut solet, de hac re egit.

21. Sumtum est hoc praecceptum ex eo, quod Zenoni quaerenti, quomodo optime victu-

intra te sunt. Ad meliores transi, cum Catonibus vive, cum Laelio, cum Tuberone: quod si convivere etiam Graecis iuvat, cum Socrate, cum Zenone versare. Alter te docebit mori, si necesse erit: alter, antequam necesse erit. Vive cum Chryssippo, cum Posidonio. Hi tibi tradent divinorum humanorumque notitiam. hi iubebunt in opere esse: nec tantum scite loqui, et in oblectationem audientium verba iactare, sed animum indurare, et adversus minas erigere. Unus est enim huius vitae fluctuantis et turbidae portus, eventura contemnere, stare fidenter, aperte tela fortunae adverso pectore excipere, non latitantem, nec tergiversantem. Magnanimos nos natura produxit: et ut quibusdam animalibus ferum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam pavidum, ita nobis gloriosum et excelsum spiritum, quaerentem ubi honestissime, non ubi tutissime vivat; simillimum mundo: quem quantum mortalibus passibus licet, sequitur aemulaturque. Profert se, laudari et adspici credit. Dominus omnium

T 4

est,

f. *aperte*. Ita legendum contendit ex uno suorum Pint.: at reliqui codd. et edd. *ad portum*, unde Lipsius *ad portam* vel *ac promptum*, Pontanus *ad provam*: Gronov. *ac rectum*, qui confert Ep. 37, 2. De Provid. c. 2 et 3. Triller obsf. crit. III, 6 p. 179. *adaptum* i. e. nudum, liberum, *exsertum*. Equidem *ad portum* retineam, i. e. in isto animi statu firmo eventura contemnendi. Locum tamen nondum persanatum puto.

victurus esset, responsum oraculo dicitur: *εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς*: quo ille accepto totum se ad legendos veterum libros contulit. E Diogene Laert. VII, 2 notavit Muretus. *Alter*, Socrates, qui mortem, si advenerit, aequo animo ferre docet, *alter*, Zeno Cittieus conditor Stoeae, qui sine

morbo sibi manus intulit, et id fas iusque esse, inter dogmata prodiderat. Vide Manud. in philos. stoic. III, 22. L.

23. *mundo*] i. e. coelo atque aetheri. Nam et hoc mundus et e coelo noster spiritus, ut Stoici docent. L. *Profert se, laudari et adspici credit* i. e. ita agit, ut illi, qui in ope-

24 est, supra omnia est. itaque nulli se rei submittit: nihil illi videtur grave, nihil asperum, quod virum incurvet.

Terribiles visu formas, letumque labosque:

minime quidem, si quis rectis oculis intueri illa possit, et tenebras perrumpere. Multa per noctem habitata terrori dies vertit ad risum.

Terribiles visu formae, letumque labosque,

25 egregie Virgilius noster. Non re dixit terribiles esse, sed visu: id est, videri, non esse. Quid, inquam, in istis est tam formidabile, quam fama vulgavit? Quid est, obsecro te, Lucili, cur timeat laborem vir, mortem homo? Totiens mihi occurrunt isti, qui non putant fieri posse quidquid facere non possunt, et aiunt nos loqui maiora, quam quae natura humana sustineat. At quanto ego de illis melius existimo? ipsi quoque
26 haec possunt facere, sed nolunt. Denique quem unquam ista destituere tentantem? cui non faciora apparuere in actu? Non quia difficilia sunt, non aude-

mus:

opere laudibus et conspectu eorum, quos reverentur, aut quibus se venditant, animentur: existimat, sibi theatrum esse, et in se plurimorum oculos converfos. Gronov. Verfus Virgil. est Aen. VI, 277.

25. Agit de sapiente stoico, quem ut virtutis imaginem vivam proposuisse Stoaе conditores constat, quo virtutem, quum conspici non possit, ea dignitate commendarent, quae hominum animos in se convertere atque allicere queat. Quod

quidem dogma quum saepenumero impugnaretur tamquam res imaginaria et humanitatis viribus altior, summopere annisi sunt Stoici docere, hominem illud virtutis fastigium attingere posse, quod Herculem (Epictet. Diss. II, 16. III, 24), Socratem, Zenonem, Diogenem, Catonem, Tuberonem al. consequutos esse monstravere. Caeterum haec ita dicta sunt, ut paene nostra memoria ab amico et defensore Ethices, quam Philosophia critica docet, prolata esse putaveris.

mus: sed quia non audemus, difficilia sunt. Si tamen exemplum desideratis, accipite Socratem perpeffitium fenem, per omnia aspera iactatum; ^g invictum tamen et paupertate, quam graviozem illi domestica onera faciebant, et laboribus, quos militares quoque pertulit, ^h et quibus ille domi exercitus, sive uxorem eius spectes moribus feram, lingua petulantem, sive liberos indociles, et matri quam patri similiores. Sic fere ²⁷ aut in bello fuit, aut in tyrannide, aut in libertate, bellis ac tyrannis faeviore. Viginti et septem annis pugnatum est: post finita arma, triginta tyrannis noxae dedita est civitas, ex quibus plerique inimici erant. Novissima damnatio est sub gravissimis hominibus impleta, obiecta est et religionum violatio, et iuventutis corruptela, quam immittere in deos, in patres, in rempublicam dictus est: post haec carcer, et venenum. Haec usque eo animum Socratis non move- ²⁸ runt, ut ne vultum quidem moverint. Illam mirabilem laudem, et singularem, usque ad extremum servavit: non hilariorem quisquam, non tristiozem Socratem vidit: aequalis fuit in tanta inaequalitate fortunae.

T 5

Vis

g. *invictum tamen* omnium codd. et edd. lectio est. Pint. ex uno mss. *invictum, fame et paup.* Aliquid vitii maioris, ait Gruter., latet, quod non ego nunc detego. At equidem locum pro sano habeo.

h. *et quibus ille domi exercitus, sive uxorem eius spectes* etc. Sic omnes fere codd. et edd.; praeterquam quod alii: *quibus ille domi exercitus, sive uxorem, sine et*: alii etiam *sine et: sive in uxorem. τὰ et, et spectes* Muretus ex ingenio invenit, et mox *sub gravissimis criminibus*. Editio vetus habet: *quosque variis domuit exercitus*. Mihi totus hic locus: *et quibus — similiores* non a Seneca esse videtur.

26. *Socratem perpeffitium fenem*] Ita eum vocat quoque Ep. 53, 6, qui multa perpeffus est. Cf. de Ira II, 6. Epictet.

Diff. II, 25 p. 290 Schweigh. ed. Meiners Geschichte der Wiss. II p. 346 sqq.

29 Vis alterum exemplum? accipe hunc M. Catonem recentiorem, cum quo et infestius fortuna egit, et pertinacius. Cui quum omnibus locis obstitisset, novissime et in morte: ostendit tamen virum fortem posse invita fortuna vivere, invita mori. Tota illi aetas aut in armis est exacta civilibus, aut ⁱ in aetate concipiente iam civile bellum. Et hunc licet dicas non minus, quam Socratem, in servitute vixisse: nisi forte Cn. Pompeium, et Caesarem, et Crassum putas libertatis
 30 socios fuisse. Nemo mutatum Catonem, toties mutata republica, vidit: eundem se in omni statu praestitit. In praetura, in repulsa, in accusatione, in provincia, in concione, in exercitu, in morte, denique in illa reipublicae trepidatione, quum illinc Caesar effet decem legionibus pugnacissimis subnixus, ^k totis externarum gentium praesidiis; hinc Cn. Pompeius, satis unus adversus omnia. Quum alii ad Caesarem inclinarent, alii ad Pompeium, solus Cato fecit aliquas et reipublicae
 31 partes. Si animo complecti volueris illius imaginem temporis, videbis illinc plebem et omnem erectum ad res novas vulgum: hinc optimates et equestrem ordinem, quidquid erat in civitate sancti et lecti: duos
 in

i. *in aetate.* Membranæ cum Tarvisina edit. *intacta*, unde Gron. emend. *in pace*.

k. *totis.* sic omnes codd. et edd. praeter unam rom., quam aliae postea sequutae sunt: *tot.* Male Pint. inerti voluit ordinem verborum: hinc Cn. Pompeius *totis ext. g. praef.*: at Seneca statim addit: satis unus adversus omnia. Caesaris autem copias externis militibus constituisse notum est: contra Pompeius tunc solus erat Romae.

29. De M. Catone exstat egregia vitae descriptio Plutarchi. Cf. Cicero p. Mur. 29. Sallust. Catil. 54. Senec. de Benef. II, 20, et Garvius ad Cic. de Offic. I p. 214 sq. Vi-

tas C. Iul. Caesaris, Cn. Pompeii magni, et Crassi Plutarch. quoque descriptit. Versus est Virgil. Aen. I, 458 ubi nunc vulgatur *Atridas*: sed cf. ibi Heynius.

in medio relictos, Rempubicam et Catonem. Mira-
beris, inquam, quum animadverteris

Atridem, Priamumque, et saevum ambobus Achillem.

Vtrumque enim improbat, utrumque exarmat. Hanc 32
fert de utroque sententiam. Ait se, si Caesar vicerit,
moriturum: si Pompeius, exsulaturum. Quid habebat
quod timeret, qui ea sibi et victo et victori consti-
tuerat, quae constituta esse ab hostibus iratissimis pote-
rant? Periiit itaque ex decreto suo. Vides posse homi-
nes labores pati? per medias Africae solitudines pedes
duxit exercitum. Vides posse tolerare sitim? et in 33
collibus arenibus, sine ullis impedimentis victi exer-
citus reliquias trahens, inopiam humoris loricatus tu-
lit: et quoties aquae fuerat occasio, novissimus bibit.
Vides honorem et notam posse contemni? eodem quo
repulsus est die, in comitio pila lusit. Vides posse
non timeri potentiam superiorum? et Pompeium et
Caesarem, quorum nemo alterum offendere audebat,
nisi ut alterum demereretur, simul provocavit. Vides 34
tam mortem posse contemni quam exilium? et exi-
lium sibi indixit et mortem, et interim bellum.
Possumus itaque adversus ista tantum habere animi;
libeat modo subducere iugo collum. In primis autem
respuendae sunt voluptates: enervant, et effeminant,
et

1. *respuendae*. Sic Erasmi, editio vet. et Muretus. Lipsius
dederat *despuendae*.

32. *per medias Africae so-
litudines — exercitum.*] A Cy-
renis in Mauritaniam contem-
dit. Plutarchus in vita et ma-
xime Lucanus Pharsal. lib. IX
graphice iter atque eius incom-
moda exsequitur. L.

33. *novissimus bibit.*] Lu-
can. IX, 591: — Vltimus
haustor aquae. cum tandem
fonte reperto Indiga conatur.
laticis potare iuventus, Stat dum
lixa bibit. *pila lusit.* cf. Ep.
71, 8.

et multum petunt. multum autem a fortuna petendum est. Deinde spernendae opes: auctoramenta sunt servitutum. Aurum et argentum, et quidquid aliud felices domos onerat, relinquatur. non potest gratis consistere libertas. Hanc si magno aestimas, omnia parvo aestimanda sunt.

EPISTOLA CV.

Ad securitatem conservandam dat praecepta amico suo. Suadet ei, ut ea omnia consideret, quae hominem in hominis perniciem instigent. Haud dubie respexit in his exsequendis ad tempora sua, sed tam caute, ut nihil certo desinat, semper limites, quos migrare nefas sit, observet, et ea moneat, quae cuique possint esse usui. Amicus, ad quem haec epistola missa est, Lucilius, fuit homo mediocris fortunae et haud semel metuit sibi insidias nescio a quo; et qui procurationem Siciliae in tempus aliquod reliquisse videtur, ut amicos et res suas inviseret.

Quae observanda tibi sint, ut tutior vivas, dicam. Tu tamen sic audias censeo ista praecepta, quomodo si tibi praeciperem, qua ratione bonam valetudinem in Ardeatino tuereris. Considera, quae sint quae hominem in perniciem hominis instigent: invenies spem, invi-

a. in Ardeatino. ita Erasmus et, ut videtur, Pint. qui tacet. Quidam tamen libri mss. adiiciunt: *sine metu erroris*: quae tamen verba a studioso quodam explicationis causa margini appicta et deinceps in textum invecta esse, cum Erasmo et Grutero credam.

34. *auctoramenta servitutum*] Sic Cicero de Off. I, 42: est enim illis (mercenariis) ipsa merces auctoramentum (praemium) servitutis.

1. *Tu tamen — tuereris*] i. e. summa amicitiae fiducia audies mea praecepta. In Ar-

deatino. erat igitur villa, praedium, quo amicus secesserat. Ardeatium autem ager. qui duobus fere milliar. germ. (70 stad.) a mari distabat, parum sanus habebatur. Strabo V, 3, 5 p. 156 ed. lipf. vocat proinde eam et adjacentem regionem

Latii

invidiam, odium, metum, contemptum. Ex omnibus 2
 istis, adeo levissimum est contemptus, ut multi in illo
 remedii causa delituerint. Quem quis contemnit, cal-
 cat sine dubio, sed tranfit. Nemo homini contempto
 pertinaciter, nemo diligenter nocet. Etiam in acie
 iacens praeteritur: cum stante pugnatur. Spem impro- 3
 borum vitabis, si nihil habueris, quod cupiditatem alie-
 nam et improbam irritet, si nihil insigne possederis.
 Concupiscuntur enim insignia, etiam si parum nota
 sunt. Sic vero invidiam effugies, si te non ingesseris
 oculis, si bona tua non iactaveris, si scieris in sinu
 gaudere. Odium autem ex offensa sic vitabis, nemi- 4
 nem laceffendo gratuito: a quo te sensus communis
 tuebitur. fuit enim hoc multis periculosum. Quidam
 odium habuerunt, nec inimicum. Illud, ne timearis,
 praestabit tibi et fortunae mediocritas, et ingenii le-
 nitas: quum te esse homines scient, quem offendere
 sine

Latii *ελώδη και νοσεράν* (pa-
 lustrem et morbis expositam).
 Propter belli clades et vastationes non satis culta fuisse videtur haec regio.

2. *ut multi in illo — delituerint*] Exemplo est Brutus olim ille liberator Romae a regibus, qui contemptu tutus esse, ubi in iure parum praesidii esset, statuit. Liv. I, 56. Ipse noster contemptu tutus fuit sub imperat. Caligula, quem a consilio Senecae interficiendi reflexit meretricula persuasione, Senecam phthisi laborantem mox moriturum esse, referente Dione Cassio 59, 19.

3. *etiam si parum nota sunt*] etiam si indoles et natura insi-

gnium vera incognita sit, quippe quae molestis plenae possessorem magis premere quam recreare solent: sed specie falsa plerumque ducuntur homines. *in sinu gaudere* i. clam g. Tibull. IV, 13, 8: qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu! ubi Broukhuf. et Vulp. proverbialem locutionis usum illustrant.

4. *Quidam odium — inimicum.*] Etsi neminem offensus, atque ideo nullum sibi inimicum fecissent, tamen in odium incurrerunt. Sic ex invidia odium oriri potest: exemplo sit Aristides iustus, Athenis eo uno nomine in exitium eiectus, qui cuique vel e Corn. Nepote notus est.

sine periculo possint. Reconciliatio tua et facilis fit, et certa. Timeri autem tam domi molestum est, 5 quam foris: tam a fervis, quam a liberis. Nulli non ad nocendum satis virium est. Adice nunc, quod, qui timetur, timet. nemo potuit terribilis esse secure. Contemptus superest: cuius modum in sua potestate habet, qui illum sibi adiunxit, qui contemnitur, quia voluit, non quia debuit. Huius incommodum et artes bonae discutiunt, et amicitiae eorum, qui apud aliquem potentem potentes sunt. quibus applicari expediet, non implicari: ne pluris remedium, quam periculum constet. Nihil tamen aequè proderit, quam quiescere, et minimum cum aliis loqui, plurimum fecum. Est quaedam dulcedo sermonis, quae irrepit, et blanditur, et non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit. Nemo, quod audierit, tacebit: nemo, quantum audierit, loquetur. Qui rem non tacuerit, 7 non tacebit auctorem. Habet unusquisque aliquem, cui tantum credit, quantum ipsi creditum est: ut garrulitatem suam custodiat, et contentus sit unius auribus, populum faciet. Sic quod modo secretum erat, rumor est. Securitatis magna portio est, nihil iniqui facere. 8 Confusam vitam et perturbatam impotentes agunt: tantum metuunt, quantum nocent: nec ullo tempore vacant.

5. *Huius incommodum rel.]* Suadet, ut qui contemptu tutari se velint, tum philosophiae studio se dedant, tum in clientelam et tutelam potentium veniant: qua de re verbum *applicare* proprium esse solet. Cf. Gronovii Obsl. I, 9 p. 65 ed. lips.

6. Taciturnitas utique Neonis aetate virtus erat, quae vel maxime commendari et

observari debebat, delatoribus imprimis tunc temporis, vigentibus et grassantibus.

7. *populum faciet]* qui uni vulgat secretum, vulgat plerumque omnibus. Laudat Plutarchus de Garrulitate p. 110 Vol. X. c. 10 Hutt. e poeta nescio quo: *καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν. ἔνα, Πύθουτ' ἀν ἄστοι πάντες.*

cant. Trepidant enim, quum fecerunt, haerent, conscientia aliud agere non patitur, ac subinde ^b respicere ad se cogit. Dat poenas, quisquis exspectat: quisquis autem meruit, exspectat. Tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securum. putat enim se, etiamsi non reprehenditur, posse deprehendi: et inter fomnos movetur, et quoties alicuius scelus loquitur, de suo cogitat. Non fatis illi oblitteratum videtur, non fatis tectum. Nocens habuit aliquando latendi fortunam: nunquam fiduciam.

EPISTOLA CVI.

Amico, qui quaesiverat, bonum an corpus sit, respondet secundum disciplinam Stoeae: bonum esse corpus, quoniam faciat: idcirco affectus, virtutes morbosque animorum esse corpora. Tandem monet, esse argutias haece disputationes, quae non faciant bonos sed doctos, ideoque supervacuis esse adnumerandas.

Singularis hic locus naturalis Philosophiae de Corporibus saepenumero Stoeae adversariis ansam videndi praebuit, uti v. c. videre licet e Plutarchi libro de Stoicorum Repugnantibus (Vol. XIII Hutt.). Recte quidem observat Tiedemann (System der stoischen Philos. II, 15 sqq.) post Lipsium in Physiol. Stoic. II, 4. sq., ortum suum duxisse ex divisione omnium rerum in duas classes, quarum altera omnes eas complectebatur, quae efficiant aliquid aut moveri queant: has omnes σώματα, vi vocabuli a communi usu deflecta ac philosophia in materialismum, quem vocant, conversa, vocaverunt: altera incorporales res tenuit, ἀσώματα, effatum (τὸ λεκτόν), vacuum spatium, locum, tempus.

Cf. Tiedemanni Geist der spek. Philos. II, 434 sqq.

Tar-

b. *respicere.* Membranae cum edd. respondere, non respicere. Probat Gronov. Intelligit Seneca conscientiam suggerentem: quid feci? quid fiet? quid patiar?

9. *Tutum aliqua res rel.] lateat, latendi fides non potest.*
 Cf. Ep. 97, 11, ubi similia occurrunt, et dictum Epicuri: Cf. Wytttenbach. ad Plutarch. de Sera Numinis Vindicta p. 59.
 Potest nocenti contingere, ut

Tardius rescribo ad epistolas tuas. non quia districtus occupationibus sum: hanc excusationem cave audias: vaco, et omnes qui volunt, vacant. Neminem res sequuntur: ipsi illas amplexantur, et argumentum esse felicitatis occupationem putant. Quid ergo fuit, quare non protinus rescriberem ^aei, de quo quaerebas?

2 Veniebat in contextum operis mei: scis enim me moralem philosophiam velle complecti, et omnes ad eam pertinentes quaestiones explicare. Itaque dubitavi, utrum differrem te, an, donec suus isti rei veniret locus, ius tibi extra ordinem dicerem: humanius visum est, tam longe venientem non detinere. Itaque et hoc ex illa serie rerum cohaerentium excerpam, et si qua erunt huiusmodi, non quaerenti tibi ultro mittam. Quae sint haec, interrogas? Quae scire magis iuvat, quam prodest: sicut hoc, de quo quaeris, ^bbonum an corpus sit. Bonum prodest: facit enim: quod facit, corpus est: bonum agitat animum, et quodammodo format et continet: quae ergo propria sunt corporis, ea corporis bona sunt: corpora ergo sunt, et quae

a. ei. Sic plurimi codd. et Erasmi. probante Gronov.; qui laudat M. Senecae praef. III Excerpt. Illius orationes non legunt nisi eas, quibus Celsius rescripsit. Muretus ex uno Pint. cod. restituit; *tibi*, quam lectionem et editio vet. habet.

b. *bonum an c.* Ita omnes codd. et edd. praeter Muret., qui habet *an bonum c.*

2. *scis enim me moralem philosophiam — explicare.*] Hos Moraliū libros a Lactantio II, 3 et alibi citatos, quos et noster Ep. 109, 14 commemorat, periisse constat. Spectat autem haec quaestio, aliacque eiusdem argumenti ad moralem philosophiam; quippe

quae de bono et malo exponere debet. *tam longe venientem* sc. ex Sicilia.

4. *Bonum prodest*] Haec est Boni definitio stoica. Prodest autem, quatenus ad virtutem nos evehit s. moralem hominis statum consummat, ideoque *facit*, actionibus se monstrat, indi.

quae animi sunt. nam et hic corpus est. bonum hominis necesse est corpus sit, quum ipse corporalis. Mentior, nisi et quae alunt illud, et quae valetudinem eius vel custodiunt vel restitunt, corpora sunt: ergo et bonum eius corpus est. Non puto te dubitaturum, an affectus corpora sint, ut aliud quoque, de quo non quaeris, infulciam: tanquam ira, amor, tristitia. si dubitas, vide an vultum nobis mutant, an frontem adstringant, an faciem diffundant, an ruborem evocent, an fugent sanguinem. Quid ergo? tam manifestas corpori notas credis imprimi, nisi a corpore? Si affectus corpora sunt, et morbi animorum, et avaritia, crudelitas, indurata vitia, et in statum inemendabilem adducta: ergo et malitia, et species eius omnes, malignitas, invidia, superbia. Ergo et bona. primum quia contraria istis sunt: deinde, quia eadem tibi indicia praestabunt. An non vides, quantum oculis det vigorem fortitudo? quantam intentionem

indicat. Cf. Tiedemanni System. II, 34 sq. Nos quidem enuntiaremus haec sic fere: Omnia quae corpori, quod agitant moventque, propria sunt, ea cum eius bona, tum vero etiam ipsa corpora sunt. Atqui animus quippe faciens est corpus. Ergo bona, quae eundem agitant, eique propria sunt, etiam corpora sunt. Cf. Ep. 117 inquit.

5. *an frontem adstringant*] propter iram: tollennis loquendi formula est, frontem contrahere, adducere: cf. Wernsdorf. ad Poet. Min. Lat. IV p. 260: eadem ratione usi sunt

Graeci, τὰς ὀφρῶς ἀνασπᾶν, ἀνάγειν rel. vide Hensterhuf. ad Aristoph. Flut. p. 255 et ad Lucian. II, 457 bip. unde sua hausit Bach. ad Xenoph. Sympos. III, 10. *an faciem diffundant, διαχύωσι*, laetam reddant, exporrigant frontem. Video nunc Trillerum utriusque linguae peritissimum olim medicum in Obs. crit. III, 12 p. 202 199. eadem ratione exposuisse hunc locum, mihi-que otium fecisse.

6. *nisi a corpore*] imprimantur? Ergo et bona corpora sunt. Locus Lucretii est I, 305. cf. Aul. Gell. V, 15.

nem prudentia? quantam modestiam et quietem reverentia? quantam serenitatem laetitia? quantum rigorem severitas? quantam remissionem veritas? Corpora ergo sunt, quae colorem habitumque corporum mutant, quae in illis regnum suum exercent. Omnes autem quas retuli virtutes, bona sunt, et quidquid ex illis est. Numquid est dubium, an id quo quid tangi potest, corpus sit?

Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.

9 ut ait Lucretius. Omnia autem ista quae dixi, non mutant corpus, nisi tangerent: ergo corpora sunt. Etiamnunc, cui tanta vis est, ut impellat et cogat et retineat et iubeat, corpus est. Quid ergo? Non timor retinet? non audacia impellit? non fortitudo immittit, et impetum dat? non moderatio refrænat et revocat? 10 non gaudium extollit? non tristitia adducit? Denique quidquid facimus, aut malitiae aut virtutis gerimus imperio: quod imperat corpori, corpus est: quod vim corpori affert, corpus. Bonum corporis corporale est: bonum hominis, et corporis bonum est: itaque corporale est. Quoniam, ut voluisti, morem gessi tibi, nunc ipse dicam mihi, quod dicturum esse te 11 video. Latrunculis ludimus: in supervacuis subtilitas teri-

9. *Etiamnunc*] i. e. praeterea. Saepe hoc sensu occurrit ap. Senecam, e. c. de Benef. V, 6. 10. 12. Ep. 109, 8. 117, 3.

11. *Latrunculis ludimus*] Ludus erat, cui alii nostrum Tocategli, Aus und ein, alii ludum scaccorum et Damil-

dium assimilant. Vide ad de Tranq. An. c. 14, 4: et cf. Wernsdorf. ad Poet. m. l. To. IV. Excurs. XI p. 406. et Barthelémy Voyage du jeune Anach. II chap. 20. Saepe aurem nostrum Dialecticam impugnare, quin totum genus istud exturbandum iudicare, iam

teritur. non faciunt bonos ista, sed doctos. Apertior res est, sapere: immo simplicior. paucis opus est ad mentem bonam literis. Sed nos ut cetera in supervacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam. Quemadmodum omnium rerum, sic literarum quoque intemperantia laboramus: non vitae, sed scholae discimus.

EPISTOLA CVII.

Amicum de fuga servorum suorum sollicitum consolatur. Monet autem talibus rebus offendi, et de iis queri ridiculum esse, quippe quae quotidie accidant ex lege et conditione vitae atque naturae omnia sapientissime ordnantis. Quare contra omnes et maiores calamitates praeparatur animus, quandoquidem ea effugere non licet. Contemnendae proinde sunt, futura saepe cogitando et praesumendo quae et maiora esse possunt, quam accidere solent. Quidni enim minus malum accidere potuisset, quam fuga servorum, quae multis accidit? Iam vero nihil eorum miremur, ad quae nati sumus omnes: nam omnia mutationibus exposita sunt, et Deo auctore proveniunt, quem non obiurgantes comitari debemus, sed impigre atque alacriter obtemperantes.

Vbi illa prudentia tua? ubi in dispiciendis rebus subtilitas? ubi magnitudo? Tam pusilla te angunt? servi occupationes tuas occasionem fugae putaverunt. Si amici deciperent, (habeant enim sane nomen, quod illis Epicurus noster imposuit, ^aet vocentur) quota

V 2

pars:

a. et vocentur. Sic Erasim. et omnes codd. atque edd. At Pintian. coni. et ita voc. Mox editionem rom. insistentem Pint. con-

iam vidimus, e. c. Ep. 45. 48. 71. 82. 88. 89. 113. Cautiorem se praestitit Epictetus, qui duabus diff. (I, 7. et 8) utilitatem huius artis tuitus est.

non vitae, sed scholae discimus. Similiter queritur Epictet. Enchirid. c. 51.

1. *Epicurus noster*] qui amicitiam mirum in modum coluit,

- pars abesset rebus tuis? Desunt illi, qui et operam tuam conterebant, et te aliis molestum esse credebant.
- 2 Nihil horum insolitum, nihil inexpectatum est. Offendi rebus istis tam ridiculum est, quam queri, quod spargaris in publico, aut inquineris in luto. Eadem vitae conditio est, quae balnei, turbae, itineris: quaedam intermittentur, quaedam incident. Non est delicata res, vivere. Longam viam ingressus es: et labaris oportet, et arietes, et cadas, et lasseris, et exclames, O mors! id est, ^b metiaris. Alio loco comitem relinques, alio efferes, alio timebis. Per eiusmodi offensas emetiendum est confragosum hoc
- 3 iter. Mori me vult? praeparetur animus contra omnia.

coniecturae vestigiis sequi placuit: *quota pars abesset rebus tuis? Desunt illi, qui et operam etc.* Vulgata Erasini erat: *quo turpius non omnibus sit rebus tuis. Desunt illi etc.* quae sensu carent.

- b. *metiaris.* nonnullae membranae, prob. Lipsio et toto sententiarum nexu poscente. Antea: *mentiaris*, pravo sensu. Universam enim vitae calamitatem illa nunc reposita voce bene complectitur, quam modo per partes exsequutus erat.

luit, ideoque non solum a coaevis suis affectis, sed a posteris quoque magni fiebat. cf. Baylii Diction. Epicure, not. D. Stoici contra solos sapientes inter se amicos esse dixere: reliquos magis focios appellavere, et utilitate quadam iunctos quam amicos, notante Lipsio. cf. Ep. 9. *Nostrium* autem appellat ideo, quod magni eum fecit. Si amici, ait, te deciperent, iacturam ampliolem faceres, quam nunc, quum servi te deferant, tibi nec fideles nec amici.

2. *quaedam intermittentur*] i. quaedam te non petent, te transibunt. Ita intermissa pars a flumine, intermissa moenia, intermissus locus custodiis etc. neglectum denotant, Lexicographis Stephano et Schellero non praetermissum. *Non est delicata* i. mollis inersque. *Metiaris* sc. viam: oportet sis in peregrinatione, quacum vita saepe comparatur. cf. Garaack. ad M. Anton. II, 11. 17. *alio efferes* mortuum.

3. *Mori me vult?*] i. e. iter ad mortem me ducit? *Praepare-*

nia. Sciat se venisse, ubi patiatul fulmen; sciat se venisse, ubi

*Luctus et ultrices posuere cubilia curae,
Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus.*

In hoc contubernio vita degenda est. Effugere ista non potes, contemnere potes: contemnes autem, si saepe cogitaveris, et futura praesumeris. Nemo non 4 fortius ad id cui se diu composuerat, accessit, et duris quoque, si praemeditata erant, obstitit. At contra imparatus, etiam levissima expavit. Id agendum est, ne quid nobis inopinatum sit: et quia omnia novitate graviora sunt, haec cogitatio assidua praestabit, ut nulli sis malo tiro. Servi te reliquerunt! Alium com- 5 pilaverunt, alium accusaverunt, alium occiderunt, alium prodiderunt, alium calcaverunt, alium veneno, alium criminatione petierunt. Quidquid dixeris, multis accidit. Deinceps quae multa et varia sunt, in nos diriguntur. Quaedam in nos fixa sunt, quaedam vibrant, et cum maxime veniunt, quaedam ad alios perventura nos fringunt. Nihil miremur eorum, ad 6 quae nati sumus: quae ideo nulli querenda, quia paria sunt omnibus. Ita dico, paria sunt, nam etiam
V 3 quod

paretur — *omnia.* cf. Ep. 18. Horat. Carm. II, 10, 13 et 14: Sperat infestis, metuit secundis Alteram fortem bene praeparatum Pectus. Versus sunt Virgil. Aen. VI, 274. 275. *Sciat* — *fulmen.* More suo ex omnibus periculis unum eligit, fulmen, quo icti homines interdum interimuntur. Lipsius tamen ait, se ex hac lectione nihil concinnare.

5. *Quaedam in nos fixa sunt* rel.] Imagine arcus et sagittarum utitur: quaedam sagittae iam inhaerescunt nobis, quaedam in eo sunt, ut nos petant, quaedam paene transvolant. Et hic corruptelam nescio quam subodoratur Lipsius.

6. Vides hic et sqq. doctrinam stoicam de libertate coniunctam cum illa de providentia, nixamque discrimine notiffi-

quod effugit aliquis, pati potuit. Aequum, autem ius est. non quo omnes usi sunt, sed quod omnibus latum est. Imperetur aequitas animo, et sine querela mortalitatis tributa pendamus. Hiems frigora adducit: algendum est. aestas calores refert: aestuandum est. 7 intemperies coeli valetudinem tentat: aegrotandum est. Et fera nobis loco occurret, et homo perniciosior feris omnibus. Aliud aqua, aliud ignis eripiet. Hanc rerum conditionem mutare non possumus: id possumus, magnum lumere animum, et viro bono dignum, quo fortiter fortuita patiamur, et naturae con- 8 sentiamus. Natura autem hoc, quod vides, regnum mutationibus temperat. Nubilo serena succedunt: turbantur maria, quum quieverunt: flant invicem venti: noctem dies sequitur: pars coeli confurgit, pars mergitur: contrariis rerum aeternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptandus est: hanc sequatur, huic pareat; et quaecunque fiunt, debuisse fieri putet: 9 nec velit obiurgare naturam. Optimum est pati, quod emendare non possis: et Deum, quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione comitari. Malus miles est,

tissimo rerum, quae in nostra potestate non sunt (necessitatem naturalem vocaremus) et quae in ea sunt: τὰ μὲν ἔστιν ἐφ' ἡμῶν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῶν, Epictet. Enchir. I. Diss. IV, 1. et 12. Etsi in tota hac sententiarum stoicarum serie nunc facile deprehenduntur, quae non satis coeant et recte impugnentur, tamen ita istas comparatas esse agnoscas, ut tum discrimine inter hominem, quatenus e sensibus pendet, et inter rationalem animum, tum

inter regnum rationis et apparitionum mundi sensualis probe ab iis iam animadverso, in eodem tramite incederent Stoici, qui conditorem Philosophiae criticae ad rectiorem de libertate doctrinam perducat. Cf. Kantii Critik der prakt. Vernunft I, 1, 3. Ei. Critik der reinen Vernunft p. 538 — 558. Ita dico, paria sunt: quatenus fieri possunt: possibilitate casuum continetur paritas. Aequum — latum est i. e. leges naturae omnibus homini- bus

est, qui imperatorem gemens sequitur. Quare impigri atque alacres excipiamus imperia, nec deseramus hunc operis pulcherrimi cursum, cui quidquid patimur, in-textum est: et sic alloquamur Iovem, cuius gubernaculo moles ista dirigitur, quemadmodum Cleanthes nos-ter verbis disertissimis alloquitur. quos mihi in no-strum sermonem mutare permittitur, Ciceronis viri disertissimi exemplo. Si placuerint, boni consules: si displicuerint, scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum,

*Duc me parens, celsique dominator poli,
Quocunque placuit. nulla parendi mora est.
Assum impiger. fac nolle. comitabor gemens:
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.
Maiusque patiar, quod pati licuit bono.*

II

Sic vivamus, sic loquamur. paratos nos inveniat at-que impigros fatum. Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit: at contra ille pusillus ac degener, qui obluetur, et de ordine mundi male existimat, et emendare mavult deos, quam se.

V 4

bus latae sunt modo aequo, etiam si non aequo modo iis utuntur.

10. *Cleanthes*] auditor et amicus Zenonis, cuius egregius Hymnus notissimus est (Brunk Poet. Gnom. p. 141sq.), cf. Fabricii Bibl. gr. III, 553. Harl. Exemplum Ciceronis imitatur, quem saepe graecorum poeta-rum versus in sermonem latinum convertisse constat, et si

eloquentia cum in carminibus destituit, iudice M. Seneca Praef. 3 Controv. Iambi, quos convertit noster, Cleanthis exstant apud Epictet. Enchirid. LII ubi cf. Intpp. Sunt hinc: Ἄγου δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἢ Πεπρωμένη, Ὅποι ποῦ ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος. Ὡς ἔψομαι γ' ἄκνος· ἦν δὲ μὴ θέλω, Κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἔψομαι.

EPISTOLA CVIII.

Præusquam amici quaestionem expediat, docendum putat, quomodo philosophiae operam dare optimum sit. Ac primum quidem monet, ut per partes, sensim sensimque discere atque in studium philosophiae incumbere praeserat. Ita deinde fiet, ut, quod Attalus dicebat Senecae inveni, quotidie et sanior et sanabilior evadat ille, qui philosophiae operam suam navaverit strenue. Nam vis Philosophiae magna est. Sed hoc fieri debet non negligenter, non oblectamenti, boni temporis fallendi causa. Movenentur, afficiunturque quidem multi facile, quoniam quisque semen virtutis in se habet, sed pauci mente hac sic affecta utuntur tamquam norma vitae. Quare in illud vehementer incumbendum est, ut, si quando sensus tales excitati sint, eos clariores faciamus vel carminibus, ut vehementius urgeamus instemusque, ne auditores ex animo veritatem, cuius vim agnoverint, dimittant, sed exerceant agendo. Hoc ipse expertum esse narrat Seneca, quum Attalum, Sotionemque iuvenis audiret, et omnes experturos esse putat quippe ad optima quaeque natos, modo non interdum praecipientes peccarent, qui docere malunt disputare quam vivere. Hoc illustratum dat exemplis quibusdam e Virgilio petitis atque e Cicero, quos aliter grammaticus, aliter philosophus legit. Itaque auditio lectioque philosophorum ad propositum beatæ vitæ trahenda est, ut inde praecepta mutuemur, quæ mox in rem transferantur.

Id de quo quaeris, ex his est, quæ scire, tantum eo, ut scias, pertinet. Sed nihilominus quia ^apertinet et properas, nec vis expectare libros, quos quum maxime ordino continentes totam moralem philosophiæ partem, statim expediam. Illud tamen prius scri-

a. pertinet et. Erasim. et vett. libri: quia pertinet properas. Pintianum, qui dixerat habere quosdam libros pertinet pertinaciter pr., sequutus est Muret. Cum Gronovio restitui: pertinet et. Mox ordino Nic. Faber e mss. libris reposuit, quum alii haberent: maxime ordine, ordinem, maximo ordine. §. 4. apud phil.: at ed. vetus habet ad, quod, Gronovio ad Liv. VII, 7 docente, itidem bene habet.

1. Quaesiverat, an sapiens libros — partem. cf. ad Ep. sapienti profit? cf. Ep. sequens. 106, 2.

scribam, quemadmodum tibi ista cupiditas discendi, qua flagrare te video, dirigenda sit, ne ipsa se impediatur. Nec passim carpenda sunt, nec avide invadenda 2: universa per partes pervenitur ad totum. Aptari onus viribus debet: nec plus occupari, quam cui sufficere possumus. Non quantum vis, sed quantum capis, haulendum est. bonum tantum habe animum: capies, quantum voles. Quo plus recipit animus, hoc se magis laxat. Haec nobis praecipere Attalum memini, 3 quum scholam eius obfideremus, et primi veniremus, et novissimi exiremus, ambulantiem quoque illum ad aliquas disputationes evocarem, non tantum paratum discantibus, sed obvium. Idem, inquit, et docenti, et discanti debet esse propositum: ut ille prodesse velit, hic proficere. Qui ad philosophorum scholas venit, quotidie secum aliquid boni ferat: aut sanior domum redeat, aut sanabilior. Redibit autem; ea enim 4 philosophiae vis est, ut non solum studentes, sed etiam conversantes iuvenit. Qui in solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur: qui in unguentaria taberna resederunt, et paulo diutius commorati sunt, odorem secum loci ferunt: et qui apud philosophum fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod prodesset etiam negligentibus. Attende quid dicam: negligentibus, non 5 repugnantibus. Quid ergo? non novimus quosdam,

V 5

qui

3. *Attalum*] sub imperat. Tiberio clarum Stoicum, qui solum vertit a Seiano circumscriptus, magnae vir eloquentiae: ex philosophis, quos nostra aetas vidit, longe et subtilissimus et facundissimus. M. Ann. Seneca in Suasoria 2. Fabric. Bibl. gr. III, 544.

4. *Qui in solem — colorabitur*] Similiter Cicero de

Orat. II, 14: quum in sole ambulem, etiamsi aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer — *qui in unguentaria — ferunt*: ibi et apud tonsores commorabantur saepe homines fallendi temporis causa et Romae, et Athenis ἐν τῷ μύρω. cf. Intpp. ad Aristoph. Eq. 1372.

qui multis apud philosophum annis perfederint, et ne colorem quidem duxerint? Quidni noverim? pertinacissimos quidem, et assiduos: quos ego non discipulos philosophorum, sed inquilinos voco. Quidam veniunt ut audiant, non ut discant: sicut in theatrum voluptatis causa ad delectandas aures, oratione, vel voce, vel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partem videbis, cui philosophi schola diversorium otii fit. Non id agunt, ut aliqua ^billic vitia deponant, ut aliquam legem vitae accipiant, ad quam mores suos **7** exigant, sed ut oblectamento aurium perfruantur. Aliqui tamen et cum pugillaribus veniunt, non ut res excipiant, sed verba: quae tam sine profectu alieno discant, quam sine suo audiant. Quidam ad magnificas voces excitantur, et transeunt in affectum dicentium, alacres vultu et animo: nec aliter concitantur, quam solent Phrygii tibicinis sono femiviri, et ex imperio furentes. **8** Rapit illos instigatque rerum pulchritudo, non verborum inanium fonitus. Si quid acriter contra mortem dictum est, si quid contra fortunam contumaciter, iuvat protinus quae audias facere. Afficiuntur illi, et sunt quales iubentur, si illa animo forma permaneat, si non impetum insignem protinus populus honesti dissuasor excipiat. Pauci illam, quam
con-

b. *illic* a Pint. et Mureto est: alii: *illo*, *illi*.

6. Haec et sequentia vereor ne haud raro a professoribus nostris de auditorum suorum magna parte dici liceat!

7. *nec aliter — Phrygii tibicinis sono femiviri*] De Matris Deae sacerdotibus, Gallis, loquitur, de quibus Lucian. To. I. p. 59. Nigrin. c. 38 ubi cf. Hemsterh., ait, Lipsio ver-

tente: sicut phrygiae tibiae sonum qui audiunt, non omnes in furorem aguntur, sed qui Rheae sacriati addictique sunt, illi remiscuntur eo signo affectus. Praeiverat in simili re Plato in Ione To. IV p. 191. 192 bip. *Ex imperio* Archigalli qui signum iubet dari furent.

conceperant, mentem domum perferre potuerunt. Facile est auditorem concitare ad cupiditatem recti. Omnibus enim natura fundamenta dedit, semenque virtutum: omnes ad omnia ista nati sumus: quum irritator accessit, tunc illa animi bona velut solita excitantur. Non vides, quemadmodum theatra consonent, quoties aliqua dicta sunt, quae publice agnoscimus, et consensu vera esse testamur?

Desunt inopiae multa, avaritiae omnia.

In nullum avarus bonus est, in se pessimus.

Ad hos versus ille sordidissimus plaudit, et vitiiis suis fieri convicium gaudet. Quanto magis hoc indicas evenire, quum a philosopho ista dicuntur: quum salutaribus praeceptis versus inferuntur, efficacius eadem illa demissuri in animum imperitorum? Nam (ut dicebat Cleanthes) quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit, quum illum tuba per longi canalis angustias tractum, potentiolem novissimo exitu effudit: sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas effi-

c. *velut solita* omnium fere codd. et edd. lectio. Muretus: *sopita*. Mox §. 10 Cleanthis imago parum sibi constat in lectione olim vulgata: nam fermo est de efficacia et potentia uti soni ad aures, ita orationis vincula ad animum. Coniectura itaque facili ducebar eo, ut mallet: *potentiolem novissimo*, quam firmatam postea vidi editione veteri: accedit quod unus palat. ap. Gruterum habet *potenti ore*: tamen *novissime* omnes tenent. Itaque reduxi: *potentiolem novissimo* ex., eliminata vulgata: *potentiolem novissime* ex. Quae sequuntur, *velut lacerto excussa torquetur*, lectionem receptam et poscunt et confirmant.

9. Versus haud dubie sunt P. Syri, vel Laberii, quae est sententia Mitscherlichii ad Horat. Carm. III, 16, 42 To. II. p. 706. cf. ad Consolat. ad Marc. 9, 4.

10. *Quanto — imperitorum?*] Fortasse cogitavit de Chrysippo, quem huic instituto, quod noster praedicat, indulgisse constat. *Cleanthes*. Cf. ad Ep. 107, 10: sed ubi haec occur-

11 efficit. Eadem negligentius audiuntur, minusque percutiunt, quamdiu soluta oratione dicuntur: ubi accessere numeri, et egregium sensum adstrinxere certi pedes, eadem illa sententia velut lacerto excussa torquetur. De contemptu pecuniae multa dicuntur, et longissimis orationibus hoc praecipitur, ut homines in animo, non in patrimonio putent esse divitias: eum esse locupletem, qui paupertati suae ^daptatus est, et parvo se divitem fecit: magis tamen feriuntur animi, quam carmine eiusmodi dicta sunt:

*Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.
Quod vult habet, qui velle quod satis est potest.*

12 Quum haec atque eiusmodi audimus, ad confessionem veritatis adducimur. Illi enim, quibus nihil satis est, admirantur, acclamant, odium pecuniae indicunt. Hunc illorum affectum ubi videris, urge, hoc preme, hoc onera, relictis ambiguitatibus, et syllogismis, et cavillationibus, et ceteris acuminis irriti ludicris. Dic in avaritiam, dic in luxuriam. quum profecisse te videris, et animos audientium affeceris, instat vehementius.

d. *aptatus*. Sic coni. Pint. et praestat editio vetusta, firmat Senecae usus. Alii *oblatus*, *optatus*: vulg. *aptus*. Mox §. 13 Muretus *concitantur*: praestat tamen omnium codd. et edd. lectio: *conciliantur*.

occurrerint, dicere non habeo, quum, praeter Hymnum in Iovem, omnia eius scripta perierint. *arcta necessitas* propter numeros et pedes; vincita oratio, quae sensus continet et uno tandem quasi impetu protrudit, s. *velut lacerto excussos torquet*, eadem ratione, qua sonus novissime potentior

effunditur e tuba, in cuius longo canali ita continebatur, uti sensus nostri pedibus adstringuntur metricis.

11. *aptatus est*] ad eam se accommodat: non ultra modum viresque eius cupit aut sumit. L. Etiam hi versus Publilii Syri sunt. Similia Adolomini habet Curtius IV, 1, 25 ubi

tius. Verisimile non est, quantum proficiat talis ora-¹³
 tio remedio intenta, et tota in bonum audientium
 versa. Facillime enim tenera conciliantur ingenia ad
 honesti rectique amorem. Adhuc docilibus leviterque
 corruptis iniicit manum veritas, si advocatum idoneum
 nacta est. Ego certe, quum Attalum audirem, in vi-
 tia, in errores, in mala vitae perorantem, saepe mi-
 fertus sum generis humani, et illum sublimem altio-
 remque humano fastigio credidi. Ipse regem se esse¹⁴
 dicebat: sed plus quam regnare mihi videbatur, cui
 liceret censuram agere regnantium. Quum vero com-
 mendare paupertatem coeperat, et ostendere, quam,
 quidquid usum excederet, pondus esset supervacuum
 et grave ferenti: saepe exire e schola pauperi libuit.
 Quum coeperat voluptates nostras traducere, laudare
 castum corpus, sobriam mensam, puram mentem, non
 tantum ab illicitis voluptatibus, sed etiam supervacuis:
 libebat circumscribere gulam et ventrem. Inde mihi¹⁵
 quaedam permansere, Lucili. Magno enim in omnia
 impetu veneram: deinde ad civitatis vitam reductus,
 ex bene coeptis pauca servavi. Inde ostreis boletisque
 in omnem vitam renuntiatum est. Haec enim non
 cibi, sed oblectamenta sunt, ad edendum saturos co-
 gentia: quod gratissimum est edacibus, et se ultra
 quam capiunt farcientibus, facile descensura, facile
 reditura. Inde in omnem vitam unguento abstinemus:¹⁶
 e quo-

ubi Raderus nostri loci me-
 minit.

13. *Verisimile non est*] mi-
 rum est. *Attalum*, cf. ad §. 3.
Regem se esse dicebat ut Stoicus.
 Solus enim sapiens Rex: no-
 tissimum paradoxon stoicum.
 Lipsius laudat suam *Manuduct.*
 III, 13.

15. *Magno — servavi.*]

Magno ardore philosophiae se
 dedisse ait, et praecepta illius
 imitatum esse, sed quum lato
 clavo sumto honores, quaestu-
 ram v. c. (cf. *Consol. ad Helv.*
 c. 17) peteret, genus vitae au-
 sterum mitigasse.

- e quoniam optimus odor in corpore est. Non luxum dat vino stomachus. Inde in omnem vitam balneum fugimus. Decoquere corpus, atque exinanire sudoribus, inutile simul delicatumque credimus. Cetera proiecta redierunt: ita tamen, ut, quorum abstinentiam interrupi, modum fervem, et quidem abstinentiae proximior, nescio an difficilior: quoniam quaedam abscondantur facilius animo, quam temperantur.
- 17 Quoniam coepi tibi exponere, quantum maiori impetu ad philosophiam iuvenis accefferim, quam senex pergam, non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagorae iniecerit Sotion. Docebat, quare ille animalibus abstinuisset, quare postea Sextius. Dissimilis utriusque causa erat, sed utriusque magna. Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat, et crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in voluptatem esset
- 18 adducta laceratio. Adiciebat, contrahendam materiam esse luxuriae: colligebat, bonae valetudini contraria esse

e. quoniam optimus odor in corpore est. Non luxum dat vino stomachus. Sic Erasmi codd. et optimi pal. At Pintianus e codd. dedit: quoniam optimus odor in corpore est nullus. Inde vino caret stomachus. Sed haec Seneca dicere non potuit, quippe qui omnem vini usum non vetuit: cf. e. c. De Tranq. an. 15, 10 sqq. Tò: luxum dat videntur glossae caret, carens etc. locum dedisse, quae veram lectionem obliteraverunt. Mox §. 17: iniecerit Sotion est ex emend. Pintiani, quum omnes codd. et edd. haberent: iniecerit. At f. Ad Sotion. Fortasse latuit huius philosophi praenomen, sive nomen eius patriae: erat autem Alexandrinus.

16. Non luxum dat vino stomachus] i. e. non permittit vino, ut immoderato sumtus nimium calorem crapulamque efficiat: parce eo utitur. Nam vino non omnino ille vinearum tam diligens fessor abstinuit. cf. Var. lect. Decoquere corpus — credimus: in balneis, qualia describit Ep. 86, 5, calidis.
17. Sotion] cf. ad Ep. 49, 2. Bruckeri Histor. crit. Philos. II p. 95. De Sextio vide ad 98, 13.

esse alimenta varia, et nostris aliena corporibus. At Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat, et aliorum commercium in alias atque alias formas transeuntium. Nulla (si illi credas) anima interit, nec cessat quidem, nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur. ^fVidebimus, per quas temporum 19 vices, et quando pererratis pluribus domiciliis, in hominem revertatur: interim sceleris hominibus ac paricidii metum fecit, quum possint in parentis animam inscii incurrere, et ferro morsive violare: in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur. Haec quum expo- 20 fuisset Sotion, et impleffet argumentis suis, Non credis, inquit, animas in alia corpora atque alia describi, et migrationem esse, quam dicimus esse mortem? Non credis in his pecudibus ferisve, aut aquâ mersis, illum quondam hominis animum morari? Non credis nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem? nec tantum coelestia per certos circuitus verti, sed animalia quoque per vices ire, et animos per orbem agi? Magni ista crediderunt viri. itaque iudicium qui- 21 dem tuum sustine: ceterum omnia tibi integra serua. Si vera sunt ista, abstinuisse animalibus innocentia est: si

f. *Videbimus*. Sic membranæ et antiquiss. edd., et sic loquitur plerumque Seneca. Reduxi Gron. auctore: Antea: *Viderimus*.

18. *At Pythagoras rel.*] Praeclare de hac abstinence Pythagorae et Pythagoreorum egit Meiners Gesch. der Wiss. I p. 419 sqq., ubi docet, Pythagoram, eiusque amicos antiquissimos non omnibus animalibus, sed quibusdam tantum generibus abstinuisse, posteriores tamen Pythagoreos severiores fuisse. Conterri quoque

meretur Tiedemanni liber elegant: Griechenlands erste Philosophen p. 310 sqq. Laudat Lipsius Plutarchi orationes duas (*λόγους*) de esu carnium (To. XIII. ed. Hutt.).

20. *describi*] distribui. *aquâ mersis* i. e. piscibus; nam et iis vel maxime abstinebant. Plutarch. l. l. l.

fi falsa, frugalitas est. Quod istic crudelitatis tuae
 damnum est? Alimenta tibi leonum et vulturum eri-
 pio. His instinctus, abstinere animalibus coepi: et
 anno peracto non tantum facilis erat mihi consuetudo,
 22 sed dulcis. Agiliorem mihi animum esse credebam:
 nec tibi hodie affirmaverim an fuerit. Quæris, quo-
 modo defierim? In Tiberii Caesaris principatum iu-
 ventae tempus inciderat: s̄alienigena tum sacra move-
 bantur: sed inter argumenta superstitionis ponebatur
 quorundam animalium abstinentia. Patre itaque meo
 rogante, ^hqui non calumniam timebat, sed philoso-
 phiam oderat, ad pristinam consuetudinem redii: nec
 23 difficulter mihi, ut inciperem melius coenare, per-
 suasit. Laudare solebat Attalus culcitram, quae resi-
 steret corpori: tali utor etiam fenex, in qua vestigium
 apparere non possit. Haec retuli, ut probarem tibi,
 quam vehementes haberent tirunculi impetus primos ad
 optima quaeque, si quis exhortaretur illos, si quis im-
 pelleret. Sed aliquid praecipientium vitio peccatur,
 qui nos docent disputare, non vivere; aliquid discen-
 tium, qui propositum asserunt ad praeceptores suos,
 non

g. *alienigena tum f.* cum Lipsio reduxi. Antea *alienigenarum*.
 Nam vox *gentium* infarcta est praeter libros.

h. *qui non calumniam timebat, sed philosophiam oderat.* Lectius
 hanc omnium codd. et edd. lectionem transponi maluit ita:
qui non philosophiam od. sed c. t. Probat Lipsius.

21. *Quod istic — est?*] Saeva sunt et dura, te indigna, quae tuae crudelitati subtrahō. Multa alia restant, in quae crudelis esse potes. Moneo, ne haec cum Lipsio emendatione indigere putes, quippe sincera.

22. *Alienigena tum sacra m.*] Iudaei autem et Aegy-

ptii, sub Tiberio, a. v. c. 772, urbe pulsi et aliquot millia in Sardiniam ablegata. Tacit. Annal. II, 85. Agebat tum Seneca annum aetatis circiter vigesimum. *qui non calumniam — oderat.* Lucem haec accipiunt e Consolat. ad Helv. c. 16, 9 sqq. ubi patris sui antiquum rigorem memorat,

non animum excolendi, sed ingenium. Itaque quae 24
philosophia fuit, facta philologia est. Multum autem ad
rem pertinet, quo proposito ad quam rem accedas.
Qui grammaticus futurus, Virgilium scrutatur, non
hoc animo legit illud egregium,

Fugit irreparabile tempus.

Vigilandum est: nisi properamus, relinquimur. agit
nos, agiturque velox dies: inscii rapimur. Omnia in
futurum disponimus, et inter praecipitia lenti sumus.
Sed ut observet, quoties Virgilius de celeritate tempo- 25
rum dicit, hoc uti verbo illum, Fugit.

*Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
Prima fugit. subeunt morbi, tristisque senectus,
Et labor, et durae rapit inclementia mortis.*

Ille qui ad philosophiam spectat, haec eadem quo de-
bet, abducit. Nunquam Virgilius. inquit, dies dicit
ire, sed fugere; quod currendi genus concitatissimum
est: et optimos quosque primos rapi. Quid ergo ces-
samus nos ipsi concitare, ut velocitatem rapidissimae
rei possimus aequare? Meliora praetervolant, deteriora 26
succedunt. Quemadmodum ex amphora primum quod
est sincerissimum effluit, gravissimum quodque turbidum-

24. *Philologia*] Inde ab
Eratosthene († 200 ante Christ.
Alexandriae) studium multi-
plex variaque doctrina poetae,
grammatici, critici, histori-
ci etc. denotari coepit hac vo-
ce, Ateiusque Grammaticus
Romae primus hanc appellatio-
nem assumpsit, auctore Suetonio
de illustr. Gram. c. 10. Senecam
Vol. III.

de critico intellexisse patet e §.
30. 31. Versus Virgil. est Ge.
III, 284. III, 66. sq.

26 *Quemadmodum ex am-
phora* rel.]. Cf. Ep. 1. Egre-
gii versus Antiphanis huc fa-
ciunt (ex Stob. Florileg. 118.
ap. Winterton. p. 481 et Brunk.
Poet. gnōm. p. 186): Σφόδρ'
ἔστιν ἡμῶν ὁ βίος ὄλῳ προσ-
φε-

dumque subfidit: sic in aetate nostra, quod optimum, in primo est. Id exhauriri in aliis potius patimur, ut nobis faecem reservemus. Inhaereat istud animo, et tanquam missum oraculo placeat:

*Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
Prima fugit. —*

- 27 Quare optima? quia restat quod incertum est. Quare optima? quia iuvenes possumus discere, possumus facilem animum, et adhuc tractabilem, ad meliora convertere: quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingeniis, et exercendis per opera corporibus. Quod superest, segnius et languidius est, et propius a fine. Itaque toto hoc agamus animo, et omissis ad quae divertimus, in rem unam laboremus: ne hanc temporis perniciosissimi celeritatem, quam retinere non possumus, relictis demum intelligamus.
- 28 Primus quisque tanquam optimus dies placeat, et redigatur in nostrum. quod fugit, occupandum est. Hoc non cogitat ille, qui grammatici oculis carmen istud legit, ideo optimum quemque primum esse diem, quia subeunt morbi, quia senectus premit, et adhuc adolescentiam cogitantibus supra caput est: sed ait, Virgilium semper una ponere morbos et senectutem. non mehercule immerito: senectus enim insanabilis
- 29 morbus est. Praeterea, inquit, hoc senectuti cognomen imposuit, tristem illam vocat:

subeunt morbi, tristisque senectus.

Non

i. in primo est. Nec male in prima, inquit Lipsius. Sed melius nihil mutare, ubi non est opus. Vide quae ad Liv. X, 14. Gronov.

Φερής. Ὅταν ᾗ τὸ λοιπὸν μικρὸν, ὄξος γίνεται. Vnde datum Lipsio (Anal. Brunk. III, 237) eiusdem argumenti derivatum est. in primo loco.

Non est quod mireris, ex eadem materia suis quemque studiis apta colligere. In eodem prato bos herbam quaerit, canis leporem, ciconia lacertum. Quum Ciceronis ^klibrum de Republica prehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philosophiae deditus: alius alio curam suam mittit. Philosophus admiratur, ³⁰ contra iustitiam dici tam multa potuisse. Quum ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Servii matre dubitatur: Anci pater nullus; Numae nepos dicitur. Praeterea notat, eum quem nos dictatorem dicimus, et in historiis ita nominari legimus, apud antiquos magistrum populi vocatum. Hodieque id existat in Auguralibus ³¹ libris: et testimonium est, quod qui ab illo nominatur, magister equitum est. Aequè notat, Romulum perisse solis defectione. Provocationem ad populum etiam a regibus fuisse. id ita in Pontificalibus libris aliqui putant, et Fenestella. Eisdem libros quum grammaticus explicuit, primum *reapse* dici ab Cicerone, id est, re ipsa, in commentarium refert; nec minus *seipse*, id est,

X 2

seipse.

k. *librum*. Ita omnes codd. et edd. Sed Muretus ex ingenio dedit: *libros*.

29. Ciceronis *libros de Rep.* periisse, praeter fragmentum e libro VI, Somnium Scipionis, a Macrobio conservatum et illustratum, notum est. Quae hic philologum notasse ait noster, ea Cicero Tusc. Qu. IV, 1 quoque memorat: cf. Middleton on the roman senate (Vol. III. p. 396. Miscellaneous Works).

31. *in Auguralibus libris*] quos Appianus, Ciceronis collega,

in augurato scripsit. Cic. ad Div. III, 11. *in Pontificalibus libris*, qui et commentarii pontificum, et Fasti vocantur initium eorum iam sub Anco Martio factum esse Liv. I, 32 narrat: cf. IV, 3. L. *Fenestella* sub Augusto vixit, annalium auctor non incelebris. Liber qui sub eius nomine circumfertur de magistratibus sacerdotisque Rom. a Flocco (Fioechi)

32 seipſe. Deinde tranſit ad ea, quae conſuetudo ſeculi mutavit: tanquam non quod ait Cicero, Quoniam ſumus ab ipſa calce eius interpellatione revocati: hanc quam nunc in circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant. Deinde Ennianos colliigit verſus, et in primis illos de Africano ſcriptos:

— *Cui nemo civis neque hoſtis*
Quivit pro factis reddere opraepretium.

33 Ex eo ſe ait intelligere, apud antiquos non tantum auxilium ſignificaffe operam, ſed opera. ait enim neminem potuiſſe Scipioni neque civem, neque hoſtem reddere operae pretium. Felicem deinde ſe putat, quod inveniret, unde viſum ſit Virgilio dicere:

— *Quem ſuper ingens*
Porta tonat coeli. —

34 Ennium hoc ait Homero ſurripuiſſe; Ennio Virgilium. Eſt enim apud Ciceronem in his ipſis de Republica hoc Epigramma:

¹ *Si fas endo plagas coeleſtum aſcendere cuiquam:*
Mi ſoli coeli maxima porta patet.

Sed

1. Vulgatam huius epigr. lectionem ex ingenio reſtituit Petr. Pithoeus in Adverſar. I, 11 (in Grut. Theſ. crit. To. 2 p. 757): *Si fas endo*: quum et hic et ap. Lactant. I, 18 varient libri: *Si faciendo; ſi fas caedendo — niſi, ni faciendo — ne faciendo*. Cf. Antholog. Lat. To. I. p. 213.

ineunte ſaec. XVI ſcriptus eſt. cf. G. I. Voſſ. de Hiſtoric. lat. I, 19 p. 100.

32. *hanc — dicebant.*] Plinius 35, 17 ſ. 58 ait: creta circum praeducere ſolent ad victoriae notam, i. e. explicante Lipſio, metam ea ſignare, ut

conſpicua eſſet: quo alluſum putant ab Horat. Ep. I, 16 ſin.: *Mors eſt ultima linea rerum. de Scipione maiore Africano, cuius amicus et comes Ennius fuit.*

33. *Virgilio*] Ge. III, 260 ſqq. ubi cf. Hérynus.

Sed ne et ipse, dum aliud ago, in philologum aut grammaticum dilabar, illud admoneo, auditionem philosophorum, lectionemque, ad propositum beatæ vitæ trahendam: non ut verba prisca aut ficta captemus, et translationes improbas figurasque dicendi, sed ut profutura praecepta, et magnificas voces, et animosas, quæ mox in rem transferantur. Sic ista discamus, ut 35 quæ fuerunt verba, sint opera. Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quam qui philosophiam velut aliquod artificium venale didicerunt: qui aliter vivunt, quam vivendum esse præcipiunt. Exempla enim seipsos inutilis disciplinae circumferunt, nulli non vitio, quod insequuntur, obnoxii. Non magis mihi potest quisquam prodesse præceptor, quam gubernator in tempestate nauseabundus. Tenendum est, 36 rapiante fluctu, gubernaculum, luctandum cum ipso mari, eripienda sunt vento vela: quid me potest adiuvere rector navigii attonitus et vomitans? Quanto maiore putas vitam tempestate iactari, quam ullam ratem? non est loquendum, sed gubernandum. Omnia quæ dicunt, quæ turba audiente iactant, aliena sunt: dixit illa Plato, dixit Zeno, dixit Chrysippus, et Posidonius, et ingens agmen tot ac talium. Quomodo 37 probare possint sua esse, monstrabo: faciant quæ dixerint. Quoniam quæ volueram ad te perferri, iam dixi, nunc desiderio tuo satisfaciam, et in alteram epistolam integrum quod exegeras transferam: ne ad rem spinosam, et auribus erectis curiosisque audientiam, lassus accedas.

X 3

35. *Nullos autem rel.]* Hoc reprehendebat Socrates in Sophistis aliisque philosophis suæ ætatis, hoc postea multi alii questi sunt, et Seneca, et Lucianus, cuius libri pleni sunt

fatiricis philosophorum, quos S. carpit, descriptionibus. Utinam nostra tandem tempora talibus philosophis carerent! Ad *præceptor* trahas quoque *in temp. naus.*

EPISTOLA CIX.

Quaestioni amici in priore epistola propositae respondet: An sapiens sapienti profit, et quomodo prodesse possit? Nam quum omnia summa in sapiente sint, necesse esse, obiectio est, nullus adiectioni locus sit. Affirmat et distincte exsequitur. In fine detestatur argutias inutiles.

Partinet haec quaestio ad illas argutias, quae disputationibus de sapiente stoico ortum suum debent. Nam, facillima erat adversariorum, e. c. Peripateticorum, conclusio, sapientem mentis humanae perfectum bonum habentem (Ep. 89, 3) sapienti non amplius prodesse, ideoque omnem amicitiam tolli, quippe quam non nisi inter honos intercedere posse statuebant et vel. Quum Senecae virtus non esse videatur subtiles quaestiones satis feliciter tractandi, etsi nescio quo fato saepius ad eas delabatur, non expectari potest et in hac disputatione nobis omni ex parte satisfacturum esse. Ceterum non nisi hac epistola de illa re mentionem iniectam invenit.

An sapiens sapienti profit, scire desideras. Dicimus plenum omni bono esse sapientem, et summa adeptum: quomodo prodesse aliquis possit summum bonum habenti, quaeritur. Profunt inter se boni: exercent enim virtutes, et sapientiam in suo statu continent, desiderat uterque aliquem, cum quo conferat, cum quo quaerat. Peritos luctandi usus exercet: musicum, qui paria didicit, monet. Opus est et sapienti, agitatione virtutum. Ita quemadmodum ipse se movet, sic movetur ab alio sapiente. Quid sapiens sapienti proderit? impetum illi dabit, occasiones actionum honestarum commonstrabit. Praeter haec, aliquas suas cogitationes exprimet, docebit quae invenerit. Semper enim sapienti restabit quod inveniat, et quo animus

3, Praeter haec — invenit.] Sapientia est quidem divinarum et humanorum scientia, et quae eorum sunt causas, sed quum sapiens semper in actu

et opere sit, tum contemplabitur tum aget: proderit itaque communicando quae invenerit cogitaveritque cum amicis et sapientibus.

mus eius excurrat. Malus malo nocet; facit peiorem, 4
 iram, metum incitando, tristitiae assentiendo, volupta-
 tes laudando: et tunc maxime laborant mali. ubi plu-
 rium vitia miscuere, et in unum collata nequitia est:
 ergo ex contrario, bonos bono proderit. Quomodo?
 inquis. Gaudium illi afferet, fiduciam confirmabit, ex 5
 conspectu mutuae tranquillitatis crescet utriusque laeti-
 tia. Praeterea, quarundam illi rerum notitiam tradet.
 non enim omnia sapiens scit: etiam si sciret, brevior-
 es vias rerum aliquis excogitare possit, et has indi-
 care, per quas facilius totum opus circumfertur. Pro-
 derit sapienti sapiens: non scilicet tantum suis viribus,
 sed ipsius quem adiuvat. Potest quidem ille etiam re-
 lictus sibi, explicare partes suas. Utetur propria ve- 6
 locitate: sed nihilominus adiuvat etiam, qui curren-
 tem hortatur. Non prodest tantum sapiens sapienti,
 sed sibi ipsi. ^aHoc scias: detrahe illi vim propriam,
 et ille nihil agit. Vno modo dicas licet, non esse in
 melle dulcedinem. Nam ipse ille qui est, esse debet

X 4

ita

a. *Hoc scias.* Sic omnes codd. et edd. *Obiicias* a Mureto est. Mox *Vno modo* omnes quoque codd. et edd. tenent: unde Pintianus, quem Muretus sequitur, fecit: *Isto modo.* Tum *Nam ipse ille qui est, esse debet* rel. recte restituit Muretus. *Tō est* omissum in omnibus codd., at in aliquot glossam: *sumere debet* inuenies. *Istud est,* i. edit, comedit, interdum fraudi fuit Viris doctis, e. c. Gronovio *Obss.* I, 1 p. 10. in *Africanii* illo apud Nonium p. 486, 40 ed. Godofr.: qui me est animi exercitus i. quae vexatio animi me edit: edaces autem curae occurrunt ap. Horat. *Od.* II, 11, 18. §. 7. *profuturo* omnium codd. et Erasmi lectio, pro qua Pint. restituit: *profuturo.*

5. *per quas facilius* — *circumfertur*] i. e. per quas totum opus suum facilius peragere possit, quae faciliore, breviori et meliore modo ad scopum ducant.

6. *Hoc scias* — *dulcedinem.*] Hoc habeto, si sapientiam et iuvandi vim detraxeris sapienti, eadem conditione utetur, qua mel rel. *uno eodemque modo.* *Vnus* saepe occurrit, ut
fit

ita aptatus lingua palatoque ad huiusmodi gustum, ut
 7 ille tali sapore capiatur, non offēdatur. Sunt enim
 quidam, quibus morbi vitio mel amarum videatur.
 Oportet utrumque talem esse, ut et ille prodesse possit,
 et huic profuturo idonea materia sit. In summum,
 inquit, producto calorem calefieri supervacuum est:
 et in summum producto bonum supervacuum est, quod
 profit. Numquid instructus omnibus rebus agricola,
 ab alio instrui quaerit? Numquid armatus miles quan-
 tum in aciem exituro satis est, amplius arma deside-
 rat? Ergo nec sapiens. satis enim vitae instructus,
 8 satis armatus est. ^b Ad haec respondeo. Qui in summo
 est calore, ei non opus est adiecto, ut summum te-
 neat. Ipse se, inquit, calor continet. Primum mul-
 tum interest inter ista, quae comparas. Calor enim
 unus est: prodesse varium est. Deinde calor non adiu-
 vatur adiectione caloris, ut caleat: sapiens non potest
 in habitu suae mentis stare, nisi amicos aliquos simi-
 les sui admittit, cum quibus virtutes suas communicet.
 9 Adice nunc, quod omnibus inter se virtutibus amici-
 tia est. Itaque prodest, qui virtutes alicuius pares suis
 amat, amandasque invicem praestat. Similia delectant:
 utique ubi honesta sunt, et probare ac probari sciunt.
 Etiamnunc. Sapientis animum perite movere nemo
 alius

b. *Ad haec respondeo. Qui* rel. Sic omnes Codd. et Edd. Sed Muretus transposuit, et post: *continet* collocavit: *Ad haec respondeo.* Falso. nam ex obiectione eligit Seneca quaedam, quibus respondere vult.

fit synonym. τὸν idem. Hoc
 fecellit Pintianum, quum, τῶ
 uno eiecto, isto emendaret.
 Et propter dicas Muretus eiecit
 temere τὰ. Hoc scias, et in-
 vexit: *Obiicies*, quamquam hic
 nulla obiectio est. *Nam ipse*
ille qui est i. edit.

9. *virtutes alicuius pares*
suis] Nam Stoicum dogma
 erat, et omnes virtutes inter
 se pares, et omnes item sa-
 pientes: neminem alterum
 excellere. Vide *Manuduct. II,*
19, L. Etiamnunc praeterea.

alius potest, nisi sapiens: sicut hominem movere rationaliter non potest, nisi homo. Quomodo ergo ad rationem movendam ratione opus est: sic, ut moveatur ratio perfecta, opus est ratione perfecta. Prodesse ¹⁰ dicuntur, et qui media nobis largiuntur, pecuniam, gratiam, incolumitatem, alia in usus vitae cara aut necessaria: in his dicitur etiam stultus sapienti prodesse. Prodesse autem est, animum secundum naturam movere virtute sua, aut eius qui movebitur. Hoc non sine ipsius quoque, qui proderit, bono fiet, necesse est enim, alienam virtutem exercendo, exerceat et suam. Sed ut removeas ista, quae aut summa bona sunt, aut ¹¹ summorum efficientia, nihilominus prodesse inter se sapientes possunt. Invenire enim sapientem, sapientem per se res petenda est: quia natura bonum omne carum est bono: et sic quisque conciliatur bono, quemadmodum sibi. Necesse est, ex hac quaestione, argumenti causa, in alteram transeam. Quaeritur enim, ¹² an deliberaturus sit sapiens: an in consilium aliquem advocaturus: quod facere illi necessarium est, quum ad haec civilia et domestica venit, et (ut ita dicam) mortalia. In his sic illi opus est alieno consilio, quomodo medico, quomodo gubernatori, quomodo advocato, et litis ordinatori. Proderit ergo sapiens aliquando sapienti: suadebit enim: sed in illis quoque magnis ac divinis, ut dicimus, communiter honesta tractando, et animos cogitationesque miscendo, utilis erit.

X 5

erit.

11. *Sed ut*] etiam si —. *summorum* bonorum *efficientia*. In divisionibus bonorum et haec erat, ut dicerent Stoici, bona esse vel *finalia*, *summa*, *τελικὰ*, ut gaudium, fiduciam, et ex virtute actiones,

vel *efficientia*, ut prudentem virum et amicum, vel utrumque, ut virtutes omnes. Cf. Lipsii *Manud.* 2, 22.

12. *litis ordinatori*] i. e. iuriconsulto, qui respondendo, scribendo, cavendo consulens

13 erit. Praeterea secundum naturam est, et amicos complecti, et amicorum actu, ut suo proprioque, laetari. Nam si hoc non fecerimus, ne virtus quidem nobis permanebit, quae in exercendo ^c sensu valet. Virtus autem suadet praesentia bene collocare, in futurum consulere, deliberare, et intendere animum: facilius intendet explicabitque qui aliquem sibi assum-

14 ferit. Quaerit itaque aut perfectum virum, aut proficientem, vicinumque perfecto. Proderit autem ille perfectus, si consilium communi prudentia iuverit. Aiunt, homines plus in alieno negotio videre, quam in suo: hoc illis evenit, quos amor sui excaecat, quibusque dispectum utilitatis, timor in periculis excutit. Incipiet sapere securior, et extra metum positus. Sed nihilominus quaedam sunt, quae etiam sapientes in

15 alio, quam in se, diligentius vident. ^d Praeterea illud dulcissimum honestissimumque, idem velle atque idem nolle, sapiens sapienti praestabit. Egregium opus pari iugo ducet. Persolvi quod exegeras, quanquam in ordine rerum erat, quas moralis philosophiae voluminibus complectimur. Cogita, quod soleo frequenter tibi

c. *sensu*. Sic omnes codd. et edd. Ex uno cōd. Pint. sumserat Muretus: *se, usu v. Sensu* i. prudentia, ratione, cuius sunt actiones quae sequuntur. Explicat noster mox per illa: *si communi prudentia iuverit*.

d. *Praeterea illud dulcissimum honestissimumque, idem rel.* Sic omnes codd. et vet. edd., quas tamen *dulcissimum est b.* habent, ubi τὸ *est* pro *et* scriptum esse apparet. Eliminari itaque τὸ *quod* post *illud*, et τὸ *est* post *hon.*, cum Gronovio.

fulentibus praesto erant, et legibus interpretandis ac formulis agendi lege praescribendis et cautionibus exhibendis. Cf. Cuiacii Obsl. 18, 23.

15. *quanquam in ordine — complectimur.*] vide ad Ep.

106, 2. Interciderunt haec volumina, quae Vincentius Bellovacensis (saeculo XII monachus ordin. dominic.) adhuc habuisse videtur, quum passim ex illis quaedam laudet.

tibi dicere: In istis nos nihil aliud quam acumen exercere. Toties enim illo revertor: Quid ista me res iuvat? fortiorem faciet, iustiorē, temperatiorem? Nondum exerceri vacat: adhuc medico mihi opus est. Quid me doces scientiam inutilem? magna promisisti; 16 exigua video. Dicebas intrepidum fore, etiamsi circa me gladii micarent, etiamsi mucro tangeret iugulum: dicebas securum fore, etiamsi circa me flagrarent incendia, etiamsi subitus turbo toto navem meam mari raperet. Haec mihi praesta tu, ut voluptatem, ut gloriam contemnam: postea docebis implicita solvere, ambigua distinguere, obscura perspicere: nunc doce, quod necesse est.

EPISTOLA CX.

Salus, quam amico impertit, qua iubet eum habere mentem bonam, i. e. omnes deos propitios, ansam praebet argumenti huius epistolae ferendi atque tractandi. Nam mittere iubens maiorum persuasiones de geniis cuique datis, deos monet habere placatos et faventes, quisquis sibi se propitiavit, et nihil gravius esse votum et imprecationem in aliquem, quam ut se habeat iratum, quae tunc et deos habuerit infestos, etiamsi fortunatus esse videatur. Omnia mutabilia. Sic meminimus, medium tenere esse beati, sive spem sive metum respicias. Nam vana sunt, quae nobis timorem iniiciunt et spe nos implent. Itaque error, qui oculis nostris offusus est, discuti debet et potest philosophia, a qua ad sordida haec et humilia animus noster abductus vitiis inservit. Contemne igitur non solum supervacua, sed necessaria. Egregia Attali oratione haec illustrat.

Ex Nomentano meo te saluto, et ^a iubeo habere mentem bonam, hoc est, propitios deos omnes: quos
habet

a. iubeo habere. Sic omnes codd. et ant. edd. Antea: iubeo te b.

1. *Ex Nomentano*] vide ad Daemones s. genios infantibus
Ep. 104, 1. unicuique — deos. masculi generis, Iunonem feminis.

habet placatos et faventes, quisquis sibi se propitiavit. Sepone in praesentia, quae quibusdam placent: unicuique nostrum paedagogum dari deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notae, ex eorum numero, quos Ovidius ait de plebe deos. Ita tamen hoc seponas volo, ut memineris maiores nostros, qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse: singulis enim et Genium et Iunonem dederunt. Postea videbimus, an tantum diis vacet, ut privatorum negotia procurent: interim illud scito, sive assignati sumus, sive neglecti, et fortunae dati, nulli te posse imprecari quidquam gravius, quam si imprecatus fueris, ut se habeat iratum. Sed non est, quare cuiquam, quem dignum poena putaveris, optes, ut infestos deos habeat: habet, inquam, etiam si videtur eorum cura et favore
3 produci. Adhibe diligentiam tuam, et intuere, quid sint res nostrae, non quid vocentur: et scies plura mala contingere nobis, quam accidere. Quoties enim felicitatis causa et initium fuit, quod calamitas vocabatur? Quoties magna gratulatione excepta res gradum sibi struxit in praeceptis, et aliquem iam eminentem

minis. *Ovidius Met. I, 595.* cf. ad Ep. XII, 2, ubi addas, villicum tibi propterea iurare per Genium, quod maxime platanus Romanis Genio tuo litantibus in deliciis erat. Inde genialis vocatur ap. *Ovid. Met. X, 95.* *Lipsius*, qui de hoc dogmate Stoicorum *Physiol. Stoic. I, 19* diligenter egit, laudat *Menandri Comici* versus hosce: *Ἀπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ Εὐδὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου.* Stoici autem hanc de

geniis sententiam iam apud *Hesiodum* al. obviam, et omni Graeciae communem non magis aspernati sunt, quam *Romani*. plurimaeque nationes. Vide *Menag. ad Diog. Laert. VII, 151.*

2. *Postea*] non hac in epistola, sed alio fortassis tempore. Simili modo occurrit *Ep. 36, 10.* *assignati* quisque suo deo.

3. *contingere — accidere*] illud proprie de re laeta, hoc de re mala dici solet: quamquam

tem allevavit etiamnunc, tanquam ibi adhuc flaret, unde tuto caderet? sed ipsum illud cadere non habet⁴ in se mali quidquam, si exitum spectes, ultra quem natura neminem deiicit. Prope est rerum omnium terminus, prope est, inquam, et illud unde felix eiicitur, et illud unde infelix emittitur. Nos utraque extendimus, et longa, spe ac metu facimus. Sed si sapias, omnia humana conditione metire: simul et quod gaudes, et quod times contrahe. ^bEst autem tanti,⁵ nihil diu gaudere, ne quid diu timeas. Sed quare istuc malum adstringo? non est quod quidquam timendum putes. Vana sunt ista quae nos movent, quae attonitos habent. Nemo nostrum quid veri esset, excussit, sed metum alter alteri tradidit. Nemo ausus est ad id quo perturbatur accedere, et naturam ac bonum timoris sui nosse. Itaque res falsa et inanis habet adhuc fidem, quia non coarguitur. Tanti putes⁶ oculos intendere: iam apparebit, quam brevia, quam incerta, quam tuta timeantur. Talis est animorum nostrorum confusio, qualis Lucretio visa est:

*Nam veluti pueri trepidant, atque omnia caecis
In tenebris metuant: ita nos in luce timemus.*

Quid ergo? Non omni puero stultiores sumus, qui in luce timemus? Sed falsum est, Lucreti: non time-
mus

b. *Est autem tanti, nihil diu.* Sic quinque pal. et Pint. et ed. vet. Antea: *Est tanti, diu nihil g.*

quam interdum confunduntur. Putamus, ait, multa, quae mala sunt, bona esse et ex voto ac optato nobis evenire etc.

milia occurrunt saepe apud vet., e. c. ap. Horat. I Carm. 4. 9. II, 3 Aequam memento rebus in arduis Servare mentem etc.

4. *Sed si sapias — contrahe.]* Saep hoc inculcat noster. Si-

6. *Lucretio]* II, 54. Eandem cogitationem persequutus est noster Ep. 4, 2 sq.

mus in luce. omnia nobis fecimus tenebras: nihil videmus, nec quid noceat, nec quid expediat. tota vita incursumus, nec ob hoc resistimus, aut circumspectius pedem ponimus. Vides autem quam fit furiosa res, in tenebris impetus. At mehercule id agimus, ut longius revocandi simus: et quum ignoremus quo feramur, velociter tamen illo quo intendimus, ire perseveramus. Sed luceſcere, ſi velimus, poteſt. Vno autem modo poteſt, ſi quis hanc humanorum divinorumque notitiam acceperit: ſi illa ſe non perfuderit, ſed infecerit: ſi eadem, quamvis ſciat, retractaverit, et ad ſe ſaepe retulerit: ſi quaefierit quae ſint bona; quae ſint mala; quibus hoc ſit falſo nomen adſcriptum: ſi quaefierit de honeſtis, de turpibus, de providentia. Nec intra haec humani ingenii ſagacitas ſiſtitur. proſpicere et ultra mundum libet, quo feratur, unde ſurrexerit, in quem exitum tanta rerum velocitas propeget. Ab hac divina contemplatione abductum animum in fordida et humilia pertraximus, ut avaritiae ſerviret, ut relicto mundo terminisque eius, et dominis cuncta verſantibus, terram rimaretur, et quaereret quid ex illa mali effoderet, non contentus oblatiſ. Quidquid nobis bono futurum erat, deus et parens noſter in proximo poſuit. Non exſpectavit inquiſitionem noſtram: ultro dedit: nocitura altiffime preſſit.

Nihil

7. *incurſitamus*] offendi-
mus. *Vno autem — acceperit* i. ſi philoſophiae ſe dederit.

8. *perfuderit*] leviter attigerit, ſed perbiberit, ut ait Ep. 36, 4, metaphora deſumpta de purpura, qua lana perfunditur, et *inſicitur*, ut color maneat *δευσοποιδος*; ut numquam elui poſſit. Ruhnk. ad Tim.

p. 76. ed. 2. *Nec — ſiſtitur.* Divina quoque ſcrutari geſtit. *Ultra* amplius mundum coelum conſiderare vult; in quem locum feratur, a quibus principis ortus ſit etc.

9. *dominis cuncta v.*] diis. *Quidquid — preſſit.* Similem cogitationem vide Ep. 89, 21 ſq. 90 etc.

Nihil nisi de nobis quæri possumus. ea quibus perire- 10
 mus; nolente rerum natura et abscondente, prætulimus. Addiximus animum voluptati: cui indulgere, initium omnium malorum est. Tradidimus ambitioni et famae, ceteris aequè vanis et inanibus. Quid ergo nunc te hortor ut facias? nihil novi: nec enim novis malis remedia quaeruntur: sed hoc primum, ut tecum ipse dispicias, quid sit necessarium, quid supervacuum. Necessaria tibi ubique occurrent: supervacua 11
 et semper; et toto animo quaerenda sunt. Non est autem quod te nimis laudes, si contemseris aureos lectos, et gemmeam suppellectilem: quae est enim virtus, supervacua contemnere? tunc te admirare, quum contemseris necessaria. Non magnam rem facis, quod vivere sine regio apparatu potes: quod non desideras milliarios apros, nec linguas phoenicopterorum, et alia portenta luxuriæ, iam tota animalia fastidientis, et certa membra ex singulis eligentis. Tunc te admira- 12
 rabor, si non contemseris etiam sordidum panem: si tibi persuaseris, herbas, ubi necesse est, non pecori tantum, sed homini nasci: si scieris cacumina arborum explementum esse ventris, in quem sic pretiosa congerimus, tanquam recepta servantem. sine fastidio implendus est. Quid enim ad rem pertinet, quid accipiat, perditurus quidquid acceperit? Delectant te
 dispo-

11. *quaerenda sunt*] quoniam ita adfueveris, ut vix dignosci possis. *gemmeam suppellectilem*, ut pocula, gemmas anaglyphas et ectypas, quibus annuli aliaque res distinguantur et ornabantur. *milliarios apros*, faginosos, grandes, mille librarum. In Poliorceticis de hoc luxu affatim dixi.

L. *phoenicopterorum*, avium pretiosarum, ac nobis parum cognitatarum.

12. *si scieris — ventris*] Cogitasse videtur de Diogene sinopenti, quem ut Cynicum Stoici magni fecere et ad imitandum sibi proposuerunt. Eum autem ab omnibus desertum summas foliorum extremita-

disposita, quae terra marique capiuntur, alia eo gratiora, si recentia perferuntur ad mensam, alia, si diu pasta et coacta pinguescere, fluunt, ac vix faginam
 13 continent suam. Delectat te c^onitor horum, arte quaefitus. At mehercule ista sollicitè scrutata, varietate condita, quum subierint ventrem, una atque eadem foeditas occupabit. Vis ciborum voluptatem contemnerere? exitum specta. Attalum memini cum magna admiratione omnium haec dicere: „Diu mihi, inquit, imposuere divitiae. stupebam, ubi aliquid ex illis alio atque alio loco fulserat: existimabam familia esse, quae
 14 laterent, his quae ostenderentur. Sed in quodam apparatu vidi totas opes urbis, caelatas ex auro et argento, et his, quae pretium auri argentique vicerunt, exquisitos colores, et vestes ultra non tantum nostrum, sed ultra finem hostium advectas. Hinc puerorum perspicuos cultu atque forma greges, hinc feminarum, et alia quae res suas recognoscens summi imperii

c. nitor. Ita multi codd. At Muretus e Pint. mss. *nidor*: reiecit Gruter., quum non de sacrificio, sed de palato loquatur Seneca. At utrumque defendi potest: *nitor* spectat ad pinguedinem, *nidor* ad odorem.

imitates manducasse narrat Aelian. V. H. 13, 26. Verustissimum hunc fuisse cibum hominibus ante glandes repertas putat Ovid. Fast. IV, 393. cf. de Ira III, 20, 2.

14. *Sed in quodam apparatu*] De spectaculi publici pompa, e. c. epuli publici, quale memorat Cicero in Vatin. c. 13., aut triumpho intelligere malim, quam de pompa circensium, quam Lipsius praefert. Nam in hac nunquam *feminarum* mentio iniicitur, e. c. apud

Dionys. Halic. VII p. 475 sqq., nec earum locus esse potuit. In illa contra pompa et divitiarum copia et puerorum feminarumque fervilium *ordo* i. series lente incedens dispositaque conspiciebatur. *totas opes urbis*, i. supellectilem variam ex auro, argentoque. *et his — vicerunt*, i. gemmis, unionibus compositam et distinctam. hac enim vi laxiore *τὸ καελᾶν* in usu erat. cf. Ep. 76, 10, not. *vestes — advectas* i. sericas.

perii fortuna protulerat. Quid hoc est, inquam, aliud 15
 quam irritare cupiditates hominum per se incitatas?
 Quid sibi vult ista pecuniae pompa? ad discendam avaritiam convenimus. At mehercules minus cupiditatis istinc effero, quam attuleram. Contemsi divitias, non quia supervacuae, sed quia pusillae sunt. Vidistine, quam intra paucas horas ille ordo, quamvis lentus dispositusque, transierit? hoc totam vitam nostram occupabit, quod totum diem occupare non potuit? Ac 16
 cessit illud quoque. tam supervacuae mihi visae sunt habentibus, quam fuerant spectantibus. Hoc itaque ipsi mihi dico, quoties tale aliquid praefrinxerit oculos meos, quoties occurrit domus splendida. cohors culta fervorum, lectica formosis imposita calonibus: Quid miraris? quid stupes? Pompa est. Ostenduntur istae res, non possidentur: et dum placent, transeunt. Ad veras potius te converte divitias: disce parvo esse contentus: et illam vocem magnus atque animosus exclama: Habeamus aquam, habeamus polentam. Iovi 17
 ipsi de felicitate controversiam faciamus! Faciamus, oro te, etiam si ista defuerint. Turpe est, beatam vitam in auro et argento reponere: aequè turpe est in aqua et polenta. Quid ergo faciam, si ista non fuerint? Quaeris, quod sit remedium inopiae? famem fames finit.

16. *cohors culta fervorum*] ad multitudinem respicit: et bene item *cohors*, quia militari habitu erant, ut Ep. 47, 5. *calonibus*, servis compares cum nostris Heidakken. Nam Schol. vet. ad Horat. Serm. I, 2, 44 calones, notanti, sunt ministri militum, liberi homines, nullam habeo fidem pro-

pter Festum, et Nonium I, 310.

17. *Habeamus — faciamus!*] Cf. ad Ep. 25, 4 ubi graeca verba a Seneca .l. in latinum sermonem convertit a Stobaei florileg. 17 p. 343 apponit, et ea emendatiora, quam Schowius ediderat, *famem fames finit morte*.

finit. Alioqui quid interest, magna sint, an exigua, quae fervire te cogunt? quid refert quantum sit, quod
 18 tibi possit negare fortuna? Haec ipsa aqua et polenta in alienum arbitrium cadit: liber est autem, non in quem parum licet fortunae, sed in quem nihil. Ita est: nihil desideres oportet, si vis loquem provocare, nihil desiderantem.“ Haec nobis Attalus dixit: natura omnibus edixit. Quae si voles frequenter cogitare, id ages, ut sis felix, non ut videaris: et ut tibi videaris, non aliis.

EPISTOLA CXI.

Monet amicum, qui quaesierat, quid vocentur latine sophismata, ut sophismata i. e. cavillationes devitet, quippe ad vitam nihil proficientes, tamquam vanam et humilem philosophiam, sed veram illam sequatur et in remedium suum et veram magnitudinem exercent. Cf. Ep. 45.

Quid vocentur Latine sophismata, quaesisti a me. Multi tentaverunt illis nomen imponere, nullum haesit: videlicet, quia res ipsa non recipiebatur a nobis, nec in usu erat, nomini quoque repugnatum est. Aptissimum tamen videtur mihi, quo Cicero usus est: Cavillationes vocat. quibus quisquis se tradidit, quaestiuunculas quidem vafras neccit: ceterum ad vitam nihil proficit, neque fortior fit, neque temperantior, neque

1. *Sophismata*] Duplici sensu haec vox in usu erat apud Graecos, quum rhetoribus significaret nimiam artis rhetoricae affectationem, adeoque molestam putidamque orationis acurationem: philosophis vero sive dialecticis fallacias et calida concludendi artificia. Cf.

Ernesti Lexicon rhet. gr. voce *σοφίσματα*, et lat. voce cavillatio. Cicero Acad. IV, 24 explicat sophismata per fallaces conclusiuunculas: locus vero, ubi per *cavillationes* explicavit, intercidit. Noster in Ep. 45, 4 sq. de his cavillationibus s. captionibus quas §. 8 vocat, egit.

neque elatior. At ille qui philosophiam in remedium suum exercuit, ingens fit animo, plenus fiduciae, inexsuperabilis, et maior adeunti. Quod in magnis evenit montibus, quorum proceritas minus apparet longe intuentibus; quum accesseris, tunc manifestum fit, quam in arduo summa sint: talis est, mi Lucili, verus, et rebus, non artificii, philosophus. In edito stat admirabilis, celsus, magnitudinis verae. Non exsurgit in plantas, nec summis ambulat digitis, eorum more qui mendacio staturam adjuvant, longioresque quam sunt, videri volunt: contentus est magnitudine sua. Quidni contentus sit eo usque crevisse, quo manum fortuna non porrigit? ergo et supra humana est. Par sibi in omni statu rerum, sive secundo cursu vita procedit, sive fluctuatur per adversa ac difficilia. Haec constantiam cavillationes istae, de quibus paulo ante loquebar, praestare non possunt. Ludit istis animus, non proficit: et philosophiam a fastigio deducit in planum. Nec te prohibuerim aliquando ista agere, sed tunc, quum voles nihil agere. Hoc tamen habent in se pessimum, dulcedinem quandam sui faciunt, et animum specie subtilitatis inductum tenent, ac remorantur: quum tanta rerum moles vacet, quum vix tota vita sufficiat, ut hoc unum discas, vitam contemnere. Quid regere? inquis. secundum opus est. Nam nemo illam bene rexit, nisi qui contemserat.

Y 2

egit. Nominantur sophismata pleraque a Diog. Laert. VII, 76 sq. ubi vide Menagius. *quae-siunculas* i. interrogatiunculas captiosas, conclusiunculas.

3. *Non exsurgit — volunt*] Animo Senecae obversata fuisse videtur Prodicii notissima descriptio virtutis et vitii ap. Xeno-

phontem Memor. Socrat. II, 1, 22. *sive secundo cursu*: est facilitas, quam noster Ep. 120, 12 illam beatam vitam secundo defluentem curtu, vocat, *εὐροϊαν, εὐκολίαν*. De sapiente stoico h. l. agi, per se patet.

4. *Quid regere?*] sc. docebit.

EPISTOLA CXII.

Desperat de Lucilii amico reformando, vetere annorum et vitiorum.

Cupio mehercule amicum tuum formari, ut desideras, et institui: sed valde durus capitur, immo potius, quod est molestius, valde mollis capitur, et consuetudine mala ac diutina fractus. Volo tibi ex nostro artificio exemplum referre. Non quaelibet infitionem vitis patitur. Si vetus et exesa est, si infirma gracillisque, aut non recipiet furculum, aut non alet, nec applicabit sibi, nec in qualitatem eius naturamque transibit. Itaque solemus supra terram praecidere: ut, si non responderit, tentari possit secunda fortuna, et iterum repetita infra terram inferatur. Hic de quo scribis et mandas, non habet vires. indulgit vitiis: simul et emarcuit, et induruit. Non potest recipere rationem; non potest nutrire. At cupit ipse. Noli credere. non dico illum mentiri tibi: putat se cupere. Stomachum illi fecit luxuria: cito tamen cum illa redibit in gratiam. Sed dicit se offendi vita sua. Non negaverim: quis enim non offenditur? homines vitam suam et amant simul, et oderunt. Tunc itaque de illo feremus sententiam, quum fidem nobis fecerit, infamiam sibi esse luxuriam. nunc illis male convenit.

1. *Volo tibi — referre.*] nearum eximic. Vide Ep.
Nam ipse cultor horti et vi- 104. L.

EPISTOLA CXIII.

Ad quaestionem, quam in Epistola CVI iam tractare coeperat, recurrit: an virtutes sint Animalia? Qua quidem Stoice explicata et asserta, se in alia esse sententia profitetur et illam refutat, docetque, quantopere haec sint ridicula, et a vera virtute, atque a via quae nos ad illam adducat, abhorreant. Ita occasione oblata utitur sinceram philosophiae rationem viamque monstrandi.

Cf. Argumentum Ep. CVI.

Desideras tibi scribi a me, quid sentiam de hac quaestione iactata apud nostros: An iustitia, an fortitudo, prudentia, ceteraeque virtutes, animalia sint. Hac subtilitate effecimus, Lucili carissime, ut exercere ingenium inter irrita videamur, et disputationibus nihil profuturis otium terere. Faciam quod desideras, et quid nostris videatur, exponam. Sed me in alia sententia profiteor esse. Puto quaedam esse, quae decent phaecasiatum palliatumque. Quae sint ergo, quae antiquos moverint, dicam. Animum constat animal esse: quum ipse efficiat, ut simus animalia, et quum ab illo animalia nomen hoc traxerint. Virtus autem nihil aliud est, quam animus quodammodo se habens: ergo animal est. Deinde: Virtus agit aliquid: agi autem nihil sine impetu potest: si impetum habet, qui nulli est, nisi animali, animal est. Si animal est, inquit, virtus, habet ipsam virtutem. Quidni? habet seipsam.

Y 3

Quo-

2. *Puto — palliatumque.*] Id est Graccum et quidem philosophum: hos enim palliatos fuisse et phaecasia, leve et vile calceamenti genus gestasse constat. cf. Senec. de Benef. VII, 21. Alias et sacerdotum fuit calceus: Appian. B. C. 5, 17. Leve genus calcei fuisse docet

Plutarchi vita Anton. c. 33. Cf. Balduinus de Calceo antiquo c. 19. p. 170 sq. (Lugd. B. 1711. 8.) Lipsius haec verba, quae recte sana habet, sic interpretatur: Ego aliud sentio, nec Graecis illis Stoicis assentio, quare? decore quaedam illi, homines concessu om-

nium

- 3 Quomodo sapiens omnia per virtutem gerit, sic vir-
tus per se. Ergo, inquit, et omnes artes animalia
sunt, et omnia quae cogitamus, quaeque mente com-
plectimur. Sequitur ut multa animalium millia habi-
tent in his angustiis pectoris, et singuli multa simus
animalia, aut multa habeamus animalia. Quaeris, quid
adversus ista respondeatur? Vnaquaeque res ex istis
4 animal erit, multa animalia non erunt. Quare? di-
cam. si mihi accommodaveris subtilitatem et intentio-
nem tuam. Singula animalia singulas debent habere
substantias: ista omnia unum animum habent. Itaque
singula esse possunt, multa esse non possunt. Ego et
animal sum et homo, non tamen duos esse dices. Qua-
re? quia separati esse debent. Ita dico, alter ab alte-
ro debet esse diductus, ut duo sint. Quidquid unum
multiplex est, sub unam cadet naturam: itaque unum
5 est. Et animus meus animal est, et ego animal sum,
duo tamen non sumus. quare? quia animus mei pars
est. Tunc aliquid per se numerabitur, quum per se
stabit: ubi vero alterius membrum erit, non poterit
videri aliud. Quare? dicam, quia quod aliud est,
suum oportet esse, et proprium, et totum, et intra
6 se absolutum. Ego in alia esse me sententia professus
sum. Non enim tantum virtutes animalia erunt, si
hoc recipitur: sed opposita quoque illis vitia et affe-
ctus, tanquam ira, timor, luctus, suspicio. Ultra
res

nium arguti et scholastici, quae nos minime, Romani et gra-
yes, et serio philosophi. Lip-
sius itaque putat, tales argu-
tias Graecis Stoicis condonan-
das esse, Romanis non item.
et quum ab illo — traxerint.
Haec secunda causa ex etymo-
logia desumpta parum valet.

Sed Stoicos in hisce deductio-
nibus sibi placuisse saepius vi-
dimus.

3. *inquit*] adversarius. Qui-
nam autem fuerint, Peripate-
tici, an Academici, an Epicu-
rei, dicere non habemus: nam
nonnisi e Senecae Epp. has ar-
gutias compertas habemus.

res ista procedet. omnes sententiae, omnes cogitationes animalia erunt: quod nullo modo recipiendum est. Non enim quidquid ab homine fit, homo est. Iustitia quid est? inquit. Animus quodammodo se habens. Itaque si animus animal est, et iustitia. Minime. haec 7 enim habitus animi est, et quaedam vis. Idem animus in varias figuras convertitur, et non toties animal aliud est, quoties aliud facit: nec illud quod fit, ab animo, animal est. Si iustitia animal est, si fortitudo, si ceterae virtutes: utrum desinunt animalia esse subinde, ac rursus incipiunt, an semper sunt? Desinere virtutes non possunt: ergo multa animalia, immo innumerabilia in hoc animo versantur. Non sunt, inquit, multa: quia ex uno religata sunt, et partes unius ac membra sunt. Talem ergo faciem animi no- 8 bis proponimus, qualis est Hydrae, multa habentis capita, quorum unumquodque per se pugnet, per se noceat. Atqui nullum ex illis capitibus animal est, sed animalis caput: ceterum ipsa unum animal est. Nemo in Chimaera leonem esse animal dixit, aut draconem: hae partes erant eius: partes non sunt animalia. Quid est, quo colligas iustitiam animal esse? agit, inquit, aliquid, et prodest: quod autem agit 9 aliquid, et prodest, impetum habet: quod autem impetum habet, animal est. Verum est, si suum impetum habet: suum autem non habet, sed animi. Omne animal donec moriatur, id est quod coepit: homo donec moriatur, homo est: equus item, et canis:

Y 4

a trans-

8. *Hydrae*] lernaee, quam Hercules, a Stoicis tanti aestimatus, proclivatus est: interfecit eam. cf. Apollod. II, 5, 2 ibique Heynius. *Chimaera* a Bellerophonte occisa: apud

Homerum tricorpor erat, capite leonis, media parte caper, cauda draco s. serpens. cf. Iliad. §, 168. 9. Apollod. II, 3, 1 ibique Heynius.

- ^atransire in aliud non possunt. Iustitia, id est, animus quodammodo se habens, animal est. Credamus.
- 10 Deinde animal est fortitudo, id est, animus quodammodo se habens. Quis animus? Ille qui modo iustitia erat? tenetur in priore animali: in aliud animal ei transire non licet. In eo illi, in quo primum esse coepit, perseverandum est. Praeterea unus animus duorum animalium esse non potest, multo minus plurimum. Si iustitia, fortitudo, temperantia, ceteraeque virtutes animalia sunt: quomodo unum animum habebunt? Singulos habeant oportet, aut non sunt animalia.
- 11 Non potest unum corpus plurimum animalium esse: hoc et ipsi fatentur. Iustitiae quod est corpus? animus. Fortitudinis quod est corpus? idem animus. Atqui unum corpus esse duorum animalium non potest. Sed idem animus, inquit, iustitiae habitum induit, et fortitudinis, et temperantiae. Hoc fieri posset, si quo tempore iustitia esset, fortitudo non esset: quo tempore fortitudo esset, temperantia non esset. Nunc
- 12 vero omnes virtutes simul sunt. Ita quomodo erunt singula animalia, quum unus animus sit, qui plus quam unum animal non potest facere? Denique nullum animal pars est alterius animalis: iustitia autem pars est animi: non est ergo animal. Videor mihi in re confessa perdere operam. Magis enim indignandum de isto, quam disputandum est. Nullum animal alterius pars est. Circumspice omnium corpora: nulli non et
- 13 color proprius est, et figura sua, et magnitudo. Inter cetera, propter quae mirabile divini artificis ingenium

^a. *transire in*. Ita optimi codd. Muretus invexerat nullius libri suafu: *transire enim in*.

13. *Inter cetera rel.] Vides* *lium*, diu post a Leibnitio nobis *principium indiscernibilium*, diu post a Leibnitio nobis egregie explicatum, iam a Seneca

nium est, hoc quoque existimo, quod in tanta copia rerum nunquam in idem incidit: etiam quae similia videntur, quum contuleris, diversa sunt. Tot fecit genera foliorum, nullum non sua proprietate signatum, tot animalia: ^b nulli similitudo cum altero convenit. Utique aliquid interest. Exegit a se, ut quae alia erant, et dissimilia essent, et imparia. Virtutes, ut dicitis, omnes pares sunt: ergo non sunt animalia. Nullum non animal per se aliquid agit. Virtus autem ¹⁴ per se nihil agit, sed cum homine. Omnia animalia aut rationalia sunt, ut homines, ut dii; aut irrationalia, ut pecora. Virtutes utique rationales sunt: atqui nec homines sunt, nec dii: ergo non sunt animalia. Omne rationale animal nihil agit, nisi primum specie alicuius rei irritatum est, deinde impetum cepit, deinde assensio confirmavit hunc impetum. Quid sit assensio, dicam. Oportet me ambulare: tunc de- ¹⁵ mum ambulo, quum hoc mihi dixi, et approbavi hanc opinionem meam. oportet me federe: tunc demum

Y 5

fedeo.

b. *nulli similitudo*. Sic Erasmus et recte. Vnus pal. *nullius multitudo*: ceteri et Gruteri et Pintiani omnes: *nullius magnitudo*. Lipsius con. *nullius imagini*, puto, cum. Trillerus in Obsf. crit. p. 94 emend. *nullius imago tota cum*. qui ad sententiam laudat Plin. Nat. Hist. VII, 1. Mox §. 14 possis suspicari, legendum esse *aut homines, aut dii*, non *ut — ut*: sed quum nonnisi homines diique sub hanc regulam cadant, non opus est.

Seneca occupatum. Docuit quoque Plin. N. H. VII, 1 et alii, nisi fallor et Aristoteles.

14. *nisi primum specie — impetum — assensio*] Stoica e disciplina haec petita sunt: species, *Φαντασία*: primam quamcunq; rei extrinsecus ob-

iectam animo speciem sequitur *ὄρμη*, motus vel impetus primus, quo aliquid concupiscimus: deinde est *δόξα*, vel *ἐπόληψις*, assensio, qua rem bonam vel malam esse iudicamus. Tiedemann System d. ft. Ph. III, 5 sqq. Heynius ad Epictet. I, 1.

fedeo. haec assensio in virtute non est. ^cPutam enim prudentiam esse: quomodo assentietur? Oportet me ambulare. hoc natura non recipit: prudentia enim ei, cuius est, prospicit, non sibi. Nam nec ambulare potest, nec federe: ergo assensionem non habet: quod
 16 assensionem non habet, rationale animal non est. Virtus si animal est, rationale est: rationale autem non est, ergo nec animal. Si virtus animal est: virtus autem bonum est: omne bonum animal est. Hoc nostri fatentur. Patrem servare, bonum est: et sententiam prudenter in senatu dicere, bonum est: et iuste decernere, bonum est. Ergo et patrem servare, animal est: et prudenter dicere, animal est. eoque res excedet, ut risum tenere non possis. prudenter tacere ^dbonum est: Coenare bene, bonum est: ita et ta-
 17 cere et coenare, animal est. Ego mehercule titillare non desinam, et ludos mihi ex istis subtilibus ineptiis facere. Iustitia et fortitudo si animalia sunt, certe terrestria sunt. Omne animal terrestre alget, esurit, fitit: ergo iustitia alget, fortitudo esurit, clementia fitit. Quid porro non interrogabo illos, quam figuram habeant ista animalia, hominis, an equi, an ferreae? Si rotundam illis, qualem Deo, dederint formam: quaeram, an et avaritia, et luxuria, et demencia
 tia

- c. *Putam enim prudentiam esse.* Sic omnes edd. et multi codd., recte, probante Gronovio. Alii: *Putam enim prudentiam animal esse.* Mox *recipit* Erasim., et tres pal.: at Pint. et alii codd. *praecipit*: unde Lipsius con. *hoc natura non praecipit?*
 d. *prudenter tacere bonum est: Coenare bene, bonum est.* Sic codd. Pint. et Grut. Muretus proprio Marte fecit: *prudenter tacere, et coenare bene b. e.*

15. *Putam enim prudentiam esse*] scilicet, in qua exemplum tenerare velimus: habeatne, quod proprium est opus animalis. Ponamus prudentiam: faciamus periculum in prudentia. Gronov. *hoc natura non recipit*, sibi non arrogat ut iubeat, sed prudentia facit hoc.
 17. *Si rotundam illis — formam*] Mundo, qui Stoicorum secundarius deus. L.

tia aequae rotundae sint? sunt enim et ipsae animalia. Si has quoque corrotundaverint: etiamnunc interro- 18
gabo, an prudens ambulatio animal sit, nec ne? con-
fiteantur necesse est. Deinde dicant, ambulationem
esse animal, et quidem rotundum. Ne putes autem
me primum ex nostris, non ex praescripto loqui, sed
meae sententiae esse: inter Cleanthem, et discipulum
eius Chrysippum, non convenit quid sit ambulatio.
Cleanthes ait, spiritum esse a principali usque in pedes
permisum: Chrysippus, ipsum principale. Quid est 19
ergo, cur non ipsius Chrysippi exemplo sibi quisque
se vindicet, et ista tot animalia, quot mundus ipse
non potest capere, derideat? Non sunt, inquit, vir-
tutes multa animalia, et tamen animalia sunt. Nam
quemadmodum aliquis et poeta est et orator, et ta-
men unus: sic virtutes istae animalia sunt, sed multa
non sunt. Idem est animus et iustus, et prudens, et
fortis, ad singulas virtutes quodammodo se habens.
Sublata est quaestio: convenit nobis. Nam et ego in- 20
terim fateor, animum animal esse: postea visurus, quam
de ista re sententiam feram. Actiones eius animalia esse
nego. Alioquin et omnia verba erunt animalia, et
omnes versus. Nam si sermo prudens bonum est: bo-
num autem omne animal est: sermo ergo animal est.
Prudens versus, bonum est: bonum autem omne ani-
mal est: versus ergo animal est. Itaque,

Arma virumque cano,

animal est: quod non possunt rotundum dicere, quum
sex pedes habeat. Textorium, inquis, totum meher- 21
cule

18. *Cleanthes* — *princi-*
pale.] Laudat Lipsius Senec.
Ep. 92 et suam *Physiolog. stoic.*
III, 17 et 18.

21. *Textorium*] quod tex-
as, retexas, implices et fol-
vas. *Caecilianum. Stat. Caecilius,*
Comicus, Ennii ami-
cus

cule istud est, quod quum maxime agitur. diffilio risu, quum mihi propono soloecismum animal esse, et barbarismum, et syllogismum, et aptas illis facies, tanquam pictor. assigno. Haec disputamus, attractis superciliis; fronte rugosa! Non possum hoc loco dicere illud Caecilianum: *O tristes ineptias!* ridiculae sunt. Quin itaque potius aliquid utile nobis ac salutare tractamus, et quaerimus quomodo ad virtutes venire possimus, quae nos ad illas via adducat. Doce me, non an fortitudo animal sit: sed nullum animal felix esse sine fortitudine, nisi contra fortuita convaluit, et omnes casus antequam exciperet, meditando praedominuit. Quid est fortitudo? munimentum humanae imbecillitatis inexpugnabile: quod qui circumdedit sibi, securus in hac vitae obsidione perdurat. Vtitur enim suis viribus, suis telis. Hoc loco tibi Posidonii nostri sententiam referre volo: Non est quod unquam fortunae armis putes esse te tutum: tuis pugna contra ipsam. 22 fortuita non armant. Itaque contra hostes instructi, contra ipsam inermes sunt. Alexander quidem Persas, et Hyrcanos, et Indos, et quidquid gentium usque in Oceanum extendit Oriens, vastabat, fugabatque: sed ipse modo occiso amico, modo amisso, iacebat in tenebris, alias scelus, alias desiderium suum moerens; victor tot regum atque populorum, irae tristitiaque succubuit. Id enim egerat, ut omnia potius haberet 23 in potestate, quam affectus. O quam magnis homines erro-

cus et libertus Caecilii cuiusdam: e comoedia veteri multa dramata, imprimis Menandri, vertit in latinum sermonem. Synephebi eius celeberrima comoedia erat. Omnia, praeter fragmenta quaedam, interciderunt. Cf. A. Gellii

N. A. IV, 20. II, 23. Cicero passim. Muretus laudat e Martiale: Turpe est disciles habere nugas Et stultus labor est ineptiarum.

23. modo occiso amico] Clyco. modo amisso, Hephaestione.

erroribus tenentur, qui ius dominandi trans maria cupiunt permittere: felicissimosque se iudicant, si multas per milites provincias obtinent, et novas veteribus adiungunt, ignari quod sit illud ingens parque diis regnum! Imperare sibi maximum imperium est. ^eDoceas me, quam sacra res sit iustitia, alienum bonum spectans, nihil ex se petens, nisi usum sui. Nihil fit illi cum ambitione fama: sibi placeat. Hoc ante omnia sibi quisque persuadeat, Me iustum esse gratis oportet. Parum est. adhuc illud persuadeat sibi, Me ²⁵ in hanc pulcherrimam virtutem ultro etiam impendere iuvet: ut tota cogitatio a privatis commodis quam longissime averfa sit. Non est quod spectes, quod sit iustae rei praemium maius, quam iustum esse. Illud adhuc tibi affige, quod paulo ante dicebam: nihil ad rem pertinet, quam multi aequitatem tuam noverint. Qui virtutem suam publicari vult, non virtuti laborat, sed gloriae. Non vis esse iustus sine gloria? at mercurius saepe iustus esse debebis cum infamia. Et tunc, si sapias, mala opinio bene parta delectat.

EPISTOLA CXIV.

Amico quaerenti, quare quibusdam temporibus provenerit corrupta oratio, mox haec, mox illa, semper tamen abhorrens a recto iudicio et nativa simplicitate, respondet Seneca, primariam causam sitam esse in vita publica, et disciplina moribusque civitatis, ad quam oratio attemperari soleat, simili animo qui corpus imitatur, et vice versa. Ab animo ingenium magna parte formatur,

e. *Doceas me.* Sic haud dubie legendum est, non *Doceat me.* ct. §. 22 ubi est: *Doce. me.*

24. *Doceas me*] Haec spectant ad illud dogma stoicum sufficienter. Cf. Tiedemann I, 1, 85, System d. st. Philof. esse expetendam et exercen-

et ideo oratio sumitur. Exemplo est Maecenas, cuius oratio eius mores et omnia, quae eius erant, retulit, aequae soluta, quam ipse erat, cuius animum ut nimia felicitas et luxuria corruperunt, ita in orationem quaeque nova, inaudita, antiqua, exoleta, brevi, corruptionem invexere. Sic cuique aetati vitiosa, quinetiam interdum vitia placuere, et vitia virtutibus immixta sunt. Accedit, quod egregius aliquis vir etiam quum insolita oratione et compositione utatur; ab aliis imitandus sibi proponatur, qui vitiosi sunt. Exemplo est Arruntius, qui Sallustii scribendi rationem exprimentis studiosus a recto limite desciverat. Animus igitur formetur et sanus sit, ut oratio et compositio recta via procedant; alioquin, luxuria animum corrumpente, et ingenium corrumpetur atque oratio.

Conferri meretur *Dialogus de Caussis corruptae Eloquentiae*, auctore incerto: tribuitur ab aliis Tacito, ab aliis Plinio iuniori. Quintiliani non esse. docuit Spalding. ad *Quintil. To. I. praef. p. XXXIX: ad II, 4, 42. T. II. praef. p. VI. Quateenus autem noster praecepta, quae hac epistola dedit, ipse sequutus sit; vide ap. Quintil. X, 1, 125 sqq.*

Quare quibusdam temporibus provenerit corrupti generis oratio, quaeris, et quomodo in quaedam vitia inclinatio ingeniorum facta sit, ut aliquando inflata explicatio vigeret, aliquando infracta, et in morem cantici ducta? Quare alias sensus audaces, et fidem egressi placuerint, alias abruptae sententiae et suspiciosae, in quibus plus intelligendum est, quam audiendum? quare aliqua aetas fuerit, quae translationis iure uteretur in verecunde? Hoc, quod audire vulgo soles, quod apud Graecos in proverbium cessit: talis hominibus

1. *ut aliquando inflata — et canticis, partibus dramatis ducta*] ut aliquando nimia redundancia et tumor orationis, ut in asianis oratoribus, de quibus cf. Cic. Brut. c. 13., Quintil. XII, 10, 16. floreret; recte opponitur mollitudo et imbecillitas orationis quae fluit,

2. *Hoc*] nomine, i. propterea. *talis — vita.* Lipsius laudat Solonis dictum vetus ap. Diogen. Laert., l. 59 ubi cf. Menag. τὸν λόγον εἰδῶλον εἶναι τῶν

nibus fuit oratio, qualis vita. Quemadmodum autem uniuscuiusque actio dicenti similis est, sic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Si disciplina civitatis laboravit, et se in delicias dedit, argumentum est luxuriae publicae, orationis lascivia: si modo non in uno aut in altero fuit, sed approbata est, et recepta. Non potest alius esse ingenio, alius animo color. Si ille sanus est, si compositus, gravis, temperans, ingenium quoque siccum ac sobrium est: illo vitiatō, hoc quoque afflatur. Non vides, si animus elanguit, trahi membra, et pigre moveri pedes? si ille effeminatus est, in ipso incessu apparere mollitiem? si ille acer est et velox, concitari gradum? si furit, aut (quod furori simile est) irascitur, turbatum esse corporis motum, nec ire, sed ferri? Quanto hoc magis accidere ingenio putas, quod totum animo permixtum est? ab illo fingitur, illi paret, inde legem petit. Quomodo Maecenas vixerit, notius est, quam 4 ut narrari nunc debeat: quomodo ambulaverit, quam delicatus fuerit, quam cupierit videri, quam vitia sua latere noluerit. Quid ergo? non oratio eius aequae soluta est, quam ipse discinctus? non tam insignita illius verba sunt, quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam uxor? Magni ingenii vir fuerat, si illud egisset via rectiore, si non vitasset intelligi, si non etiam

τῶν ἔργων· et Platonis οἶδος ὁ λόγος, τοιοῦτος ὁ τρόπος. ingenio, facultate mentis qua reperitis acceptisque utimur cogitando, iudicando, concludendo: animo de voluntate, inclinationibus. Diverſo modo Quintil. X, 1, 130: Velles eum (sc. Senecam) tuo ingenio dixisse, alieno iudicio: cf. Quintil, 1, 3

princ. Mox ait noster: *Quanto hoc magis* — *petit*: unde liquet, animum illam facultatem mentis significare, qua notiones accipiuntur formenturque, tamquam materiem propemodum subactam ad usum.

4. *Maecenas*] cf. de eo notam ad Epist. 101, 10. Dendit Maecenatem de quo egit

5 etiam in oratione diffunderet. Videbis itaque eloquentiam ebrii hominis involutam, et errantem, et licentiae plenam. ^aMaecenas de cultu suo: Quid turpius, Amne, silvisque ripa comantibus; Vides ut alveum lintribus arent, versoque vado remittant hortos. — Quid, si quis feminae cirro crispatae, labris columbarur, Incipitque suspirans, ut cervice laxa feratur nec more. — Tyranni irremediabilis factio rimantur epulis, lagenaque tentant domos, et saepe mortem
exi-

a. *Maecenas de cultu suo.* Sic codd. pal. et Pintiani, una cum ant. ed. At Erasimus: *in cultu suo.* Equidem tamen has quatuor voces e margine in contextum intrusas esse puto cum Grutero. Fuisse videtur poema M. sic inscriptum de suae vitae ratione. cf. Wernsdorf. P. L. M. Tom. VI, 1, p. 10. *Quid turpius, Amne* sic separavi cum Lipsio. Muræus ex ingenio fecerat: *Quid purius* —. *Vides.* Lipsius con. Antea: *vide:* habet hos versus pro versiculis fere undecim syllabarum, metrum tamen non attingit. *Mox remittant* plurimi codd. At Erasimus: *remittat*, I. Scaliger *remigant*, laudat Virgil. Aen. VIII, 96: *viridesque secant placido aequore silvas*, i. e. *navigant placido alveo fluvii inter ripas silvis confitas.* *remi iciant* b. em. Lipsius. *feminae cirro crispatae et l.* lectio vulgata est, quam et tenet editio vetu-

egit Andreas Rivinus (denatus 1656) pluribus Dissertat., quibus tamen Meibom. qui Maecenatem suam edidit 1653, non usus est: nec mihi utruptae sunt. In Elegia C. Pedonis Albinovani vel potius incerti auctoris in obitum Maecenatis (in Wernsdorf. Poetis Lat. minor. III p. 155 199) quaedam occurrunt, quibus Maecenas defendatur, desumpta, ut mihi videtur, e commentario nunc deperdito cuiusdam Lollii de Maecenate: eo enim referam verbum 10, 11.

Nostri tamen censuram non cognitam poetae isti frigido fuisse puto, etiamsi feriori saeculo iste foetus tribuendus sit. Egregie differentem de Maecenate vide Wielandum in prooemio ad Horat. Epp. I, 1.

5. *Maecenas de cultu suo*] vide Var. Lect. Quae sequuntur ipsi Senecae fuere obicura: quo magis nobis? An omnes sequentes verus ex illo poemate M. desumpti sint, non liquet. *Amne — comantibus*, i. e. quum amnis et silvae ripam contineant. *comare* enim ita intel-

exigunt. — Genium festo vix suo testem, tenuisve 6
 Cereris fila et crepacem molam, focum mater aut uxor
 investiunt. — Non statim haec quum legeris, hoc tibi
 occurret, hunc esse qui solutis tunicis in urbe semper
 incesserit? Nam etiam quum absentis partibus Caesaris
 fungeretur, signum a discincto petebatur. Hunc esse
 qui

vetusta. *femina cirro crispata* Muret. *feminae cirro crispata*
 Erasmus. Codd. vel uni vel alteri lectioni favent. *ut cer-*
vice laxa feratur. alii *c. lassa, lapsa sanantur, sanantur,*
 et in ora Erasmi. *suaviantur.* Lipsius coni. *fanatur* i. furit
 atque insanit. *nec more.* alii *nemore,* alii *ne mori,* quidam
nec more: quod ultimum praefert Lips., iungitque cum prio-
 ribus, et de bacchantibus ultra morem explicat. Recepti.
 Antea: *nemo. tenuisve Cereis fila:* sic optime Ios. Scaliger
 in Elegiam de obitu Maecenatis (Wernsdorf. Poet. Lat. min.
 Vol. III p. 155 sqq.) restituit, quum omnes codd. et edd.
 praebant: *tenuisve Cerei* s. *Cere:* i. farinam in molendino
 per fistulam manantem, quoniam tenuis eius ductus ut *sili:*
 intell. quod attinet, *κατά:* implent farina et mola salsa fo-
 cum litandi causa propter Genium. Qui *cerei* defendunt,
 explicant ut Lipsius: lumen ibi tenue. *cereus* vix ceratus.
 Sed in tuguriolo pauperrimo de cereo vix cogites. Mox scri-
 psi cum Lipsio: *in Mimo divite, non divites.*

intelligo, uti ap. Valer. Flacc. V, 367 est: Astroque coman-
 tes Tyndaridas i. praeditos. *versoque vado* aqua remis agi-
 tata hortos post se relinquunt. *Turpia* haec sunt, quatenus
 indigna atque errantia sunt. Secundum exemplum est vene-
 reum. *Quid* sc. turpius est. *labris columbatur:* laudat Sca-
 liger Cn. Mattii mimiambum ap. Aul. Gell. XX, 9: Columbulatim
 labra conferens labris. Tertium est super tyrannide, cuius
irremediabilis ἀνυπόστροφου, implacabilis, satellites in convi-
 viis et poculis insidiantur, et delationibus suis exitium

struunt. Quartum festum *Genii* describit parcum. cf. Var.
 Lect. *Nam quum* — *fungetur,* praefectus Urbis et
 Italiae. vide Tacit. Annal. VI, 11. Elegia in obitum Macc.
 27. Petronidis de Murat. Reip. rom. (ap. Wernsdorf. P. L. M.
 Vol. III p. 26 sqq.) *discincto*
 parum militari: opp. accinctus, praecinctus. Ruben. de Re Ve-
 stiar. I, 6. Ep. 92, fin. *Hunc esse* — *caput:* fortassis, quae
 est Wielandii ingeniosa coniectura, propter perpetuam, qua
 laborabat, febrem. Plin. N. H. VII, 51. alias est delicatorum.
 Cf. Lipsii Amphitheatr. c. 20.

qui in tribunali, in rostris, in omni publico coetu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus, non aliter quam in Mimo divite fugitivi solent? Hunc esse cui, quum maxime civilibus bellis strepentibus, et sollicita urbe et armata, comitatus hic fuerit in publico: spadones duo, magis tamen viri quam ipse? Hunc esse qui uxorem millies duxit, quum unam habuerit? Haec verba tam improbe structa, tam negligenter abiecta, tam contra consuetudinem omnium posita, ostendunt, mores quoque non minus 8 novos et pravos, et singulares fuisse. Maxima laus illi tribuitur mansuetudinis: pepercit gladio, sanguine abstinuit: nec ulla alia re, quid posset, quam licentia ostendit. Hanc ipsam laudem suam corrumpit istis orationis portentosissimae deliciis. Apparet enim mollem fuisse, non mitem. Hoc istae ambages compositionis, hoc verba transversa, hoc sensus magni quidem saepe, sed enervati dum exeunt, cuivis manifestum facient. motum illi felicitate nimia caput: quod vitium hominis esse interdum, interdum temporis solent. Vbi luxuriam late felicitas fudit, ^bluxus primum corporum esse diligentior incipit; deinde suppellectili labo-

b. *luxus*. Sic Codd. et Edd. vet. Sed Muretus ex ingenio dedit: *cultus*.

7. *Hunc esse — ipse*] sic fiduciam, quam in populo reponeret, optime monstravit publice: cf. Wieland. l. l. p. 15. *Hunc — habuerit*, Terentiam, cum qua assidua iurgia, divortia, iterumque coniugia. Vide de Provident. 3, 9.

8. *Maxima laus — ostendit.*] Tetigit haec Elegiae in

obitum Maecenatis auctor 15: Omnia cum posses tanto tam carus amico, Te sensit nemo posse nocere tamen. cf. Wieland. l. l. p. 7 sq.

9. *Vbi luxuriam rel.*] cf. Tacit. Ann. III, 53 sq. *ut ea, quae — ponantur*: quippe mensae, ait Plut. VIII. Convival. quaest. c. 9, (To. XI p. 388 sq. Hutt.) laudante Lipsio, quae

laboratur; deinde in ipsas domos impenditur cura. ut in laxitatem ruris excurrant, ut parietes advectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta varientur auro, ut lacunaribus pavementorum respondeat nitor; deinde ad coenas lautitia transfertur, et illic commendatio ex novitate et soliti ordinis commutatione captatur, ut ea quae claudere coenam solent, prima ponantur; ut quae advenientibus dabantur, exeuntibus dentur. Quum **10** assuevit animus fastidire quae ex more sunt, et illi pro fordidis solita sunt; etiam in oratione quod novum est, quaerit: et modo antiqua verba atque exoleta revocat et profert: modo fingit, et ignota defleat: modo id quod nuper increbuit, pro cultu habetur, audax translatio, ac frequens. Sunt qui sensus praecedant, et hinc gratiam sperent, si sententia pependit, et audienti suspensionem sui fecerit: sunt **11** qui illos detineant, et porrigant: sunt qui non usque ad vitium accedant (necesse est enim hoc facere, aliquid grande tentanti) sed qui ipsum vitium ament. Itaque ubicunque videris orationem corruptam placere, ibi mores quoque a recto descivisse, non erit dubium. Quomodo conviviorum luxuria, quomodo vestium, aegrae civitatis indicia sunt: sic orationis licentia (si modo frequens est) ostendit animos quoque, a quibus verba exeunt, procidisse. Mirari quidem non debes **12** corrupta excipi, non tantum a corona fordidiore, sed

Z 2

ab

quae prius appellabantur frigidae, ostreorum, echinorum, crudorum olerum, (e. c. lactucae, Martial.) ab ultimo agmine ad frontem traductae, locum nunc obtinent primum. ut — dentur, munera quae apophoreta, xenia vocata sunt.

12. a corona fordidiore] plebe, cuius togae lordidiores, magis pallentes ac obsoletae, quam ditiorum togae fuisse elegantes et a fullone niveae. cf. Lipsius in Electis I, 14. *nullum sine — ingenium:* cuiuscunque vitia sua laere, quae

aut

ab hac turba quoque cultiore. Togis enim inter se isti, non iudiciis distant. Hoc magis mirari potes, quod non tantum vitiosa, sed et vitia laudantur. Nam illud semper factum est: nullum sine venia placuit ingenium. Da mihi quemcunque vis magni nominis virum. dicam, quid illi aetas sua ignoverit, quid in
13 illo sciens diffimulaverit. Multos dabo, quibus vitia non nocuerint: quosdam, quibus profuerint. Dabo, inquam, maximae famae et inter miranda propositos: quos si quis corrigit, delet. Sic enim vitia virtutibus immixta sunt, ut illas secum tractura sint. Adice nunc, quod oratio certam regulam non habet. Consuetudo illam civitatis, quae nunquam in eodem diu stetit, versat. Multi ex alieno seculo petunt verba: duodecim tabulas loquuntur: Gracchus illis, et Crassus, et Curio, nimis culti et recentes sunt: ad Appium usque,
14 et ad Coruncanum redeunt. Quidam contra, dum nihil nisi tritum et usitatum volunt, in fordes incidunt. Vtrumque diverso genere corruptum est, tam mehercules, quam si vellent splendidis uti, ac sonantibus, et poëticis, necessaria, et in usu posita vitare: tam hunc dicam peccare, quam illum. Alter se iusto plus colit, alter se iusto plus negligit: ille et crura, hic nec

aut incuria fudit, Aut humana parum cavit natura. — Quandoque bonus dormitat Homerus (Horat. Art. Poet. 352. 359.) Exemplo esse possunt et antiquiores et recentiores auctores, qui multum perdent, si ipsis v. c. gratiam negligentiam vel iucundam loquacitatem etc. ademeris. Inde factum, ut nullus fere fuerit, qui mastige s. cenfore suo caruerit.

13. Multi — redeunt.] Hoc vitium in primis saeculo secundo post Christum invaluit, Antoninorum aetate, unde nobis Gellius et Appuleius conservati sunt, qui eloquentia aevi sui non contenti, relicto Cicerone et quocunque ei simillimo, *κακοζηλίαν* sequerentur, quam noster castigat.

14. ille et crura] quod effeminati solent, *hic nec alas* qui-

nec alas quidem vellit. Ad compositionem transeamus. quot genera tibi dabo in hac, quibus peccetur? Quidam prae fractam et asperam probant: disturbant de industria, si quid placidius effluxit: nolunt sine salebra esse iuncturam; virilem putant et fortem, quae aurem inaequalitate percutiat. Quorundam non est compositio: modulatio est: adeo blanditur, et molliter labitur. Quid de illa loquar, in qua verba differuntur, et diu expectata vix ad clausulas redduntur? Quid de illa in exitu lenta, qualis Ciceronis est, devexa, et molliter desinens, nec aliter quam solet, ad morem suum pedemque respondens? Non tantum in genere sententiarum vitium est, si aut pusillae sunt et pueriles, aut improbae, et plus ausae quam pudore salvo licet: sed si floridae sunt, et nimis dulces, si in vanum exeunt, et sine effectu, nihil amplius quam fonant. Haec vitia unus aliquis inducit, sub quo tunc eloquentia est: ceteri imitantur, et alter alteri tradunt. Sic Sallustio vigente, amputatae sententiae, et verba ante expectatum cadentia, et obscura brevitatis, fuere pro cultu. Arruntius vir rarae frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus, et in illud genus nitens. Est apud Sallustium: Exercitum argento fecit: id est, pecunia paravit. Hoc Arruntius amare coepit: posuit illud omnibus paginis.

Z 3

dam

quidem vellit atque ita hircum olet. Illud, Quintil. I, 6, 44. teste, non carebat reprehensione: nec haec omisso placebat, ne gravis hircus i. e. odor hirsutus cubaret in alis. Vide Horat. Epod. 12, 5, et Döring. ad Catull. 69, 5.

15. *Quidam prae fractam — percutiat.*] Opponitur oratio

aequaliter ingrediens, Cic. Orat. 58, ita ut non sit mox lenis et fluens, mox hiulca et aspera. Cf. Cic. Or. 16, Quintil. 9, 4, 142.

17. *Arruntius*] sub Augusto vixit, qui idem esse videtur, qui a. v. c. 732 Consul fuit, et egregius orator. Cf. Voss.

- dam loco: Fugam nostris fecere. Alio loco: Hiero Rex Syracusanorum, bellum facit. Et alio loco: Quae audita Panormitanos dedere Romanis fecere. Gustum tibi dare volui. Totus his contextitur liber.
- 18 Quae apud Sallustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt, et paene continua, nec sine causa, ille enim in haec incidebat: at hic illa quaerebat. Vides autem quid sequatur, ubi alicui vitium pro exemplo est. Dixit Sallustius: Aquis hiemantibus. Arruntius in primo libro belli Punici ait: Repente hiemavit tempestas. Et alio loco, quum dicere vellet frigidum annum fuisse, ait: Totus hiemavit annus. Et alio loco: Inde sexaginta onerarias, leves, praeter militem et necessarios nautarum, hiemante Aquilone misit. Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire. Quodam loco Sallustius dicit: Inter arma civilia aequi boni famas petit. Arruntius non temperavit, quo minus primo statim libro poneret: ingentes esse famas de Regulo. Haec ergo et huiusmodi vitia, quae alicui impressit imitatio, non sunt indicia luxuriae, nec animi corrupti. Propria enim esse debent, et ex ipso nata, ex quibus tu aestimes alicuius affectus. Iracundi hominis iracunda oratio est: commoti nimis incitata, delicati
- 20 tenera et fluxa. Quod vides istos sequi, qui aut velunt barbam, aut intervellunt, qui labra pressius ton-
- dent

Voss. de Historic. lat. I, 18 p. 90 sq. ed. frcf. in *illud genus nitens*, i. illi generi operam dans: nitimur in vetitum, Horatianum illud assert Gruter., ne cum Mureto a *niteo* deducas. Locis *Sallustii* duobus prioribus Cortius locum assignavit in fragmentis libri VI Histor.: tertium: *Aquis hiemantibus* fuere

qui occurrere putarent Bell. lug. c. 37, ubi tamen nunc legitur: hiemalibus aquis. Lipsius laudat Horat. II Serm. 2, 17 et atrum *Defendens* pisces hiemat mare: quartum locum praetermisse Cortius, et ipsum fragmentis inferendum.

20. Si quando vides istos imitari etc. hi nihil aliud agunt, nisi

dent et abradunt, fervata et submissa cetera parte, qui lacernas coloris improbi fumunt, qui perlucentem togam, qui nolunt facere quidquam quod hominum oculis transire liceat: irritant illos, et in se advertunt, volunt vel reprehendi, dum conspiciantur. Talis est oratio Maecenatis, omniumque aliorum, qui non casu errant, sed scientes volentesque. Hoc a magno animi malo oritur. Quomodo in vino non ante lingua titu-²¹bat, quam mens cessit oneri, et inclinata vel perdita est: ita ista oratio (quid aliud quam ebrietas?) nulli molesta est, nisi animus labat. Ideo ille curetur: ab illo sensus, ab illo verba exeunt, ab illo nobis est habitus, vultus, incessus. Illo sano ac valente, oratio quoque robusta, fortis, virilis est: si ille procubuit, et cetera sequuntur ruinam.

— *Rege incolumi, mens omnibus una est.*
Amisso, rupere fidem.

Rex noster est animus. hoc incolumi, cetera manent ²² in officio, parent et obtemperant: quum ille paulum vacillavit, simul ^cdubitant. Quum vero cessit volu-

Z 4 ptati,

^c. *dubitant.* Ita omnes scripti et editi veteres omnes. Muretus ex ingenio, *nutant.* Sed dubitare etiam de inanimatis in usu fuit.

nisi ut irriterent homines etc. *vel-
lunt barbam.* cf. de Brevit. vit. c. 12 init. *intervellunt*, passim vellunt; ita Tertullian. de cultu foem. c. 8: Proprias praestigias formae et hic sexus (virilis) sibi agnoscit, barbam acrius cadere, intervellere. *coloris improbi*, insolentis: pullus in usu vulgi erat, at delicati lacernas amethystini coloris aut coccinei fumebant. cf. Lipsius

in Elect. I, 13 e Martiali I, 96. *perlucentem togam* tericam, aut bombycinam, foeminarum exemplo. Similia vide ap. Clement. Alex. III, 3 Paedag. Porcius Latro in Catilin. p. 1088 ed. Sallust. Coriānae. Mox versus Virgilii sunt Ge. IV, 212 sq.

22. *munimentum* rel.] Sic Antisthenes ap. Diog. Laert. VI, 13: quae adduxi ad Ep. 82, 4.

ptati, artes quoque eius, actusque marcent, et omnis ex languido fluxoque conatus est. Quoniam hac similitudine usus sum, perseverabo. Animus noster modo rex est, modo tyrannus. rex, quum honesta intuentur, salutem sibi commissi corporis curat, et nihil imperat turpe, nihil sordidum: ubi vero impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac
 23 dirum, et fit tyrannus. Tunc illum excipiunt affectus impotentes, instantque: qui initio quidem gaudet, ut solet populus largitione nocitura frustra plenus, et quae non potest haurire, contrectat. Quum vero magis ac magis vires morbus exedit, et in medullas nervosque descendere deliciae: conspectu eorum, quibus se nimia aviditate inutilem reddidit, laetus, pro suis voluptatibus habet spectaculum alienarum, subministrator libidinum testisque, quarum sibi usum ingerendo
 24 abstulit; nec illi tam gratum est abundare iucundis, quam acerbum, quod non omnem illum apparatus per gulam ventremque transmittit, non cum omni exoletorum feminarumque turba convolutatur: moeretque, quod magna pars suae felicitatis exclusa corporis angustiis, cessat. Numquid enim, mi Lucili, hic furor est, quod nemo nostrum mortalem se cogitat? quod nemo imbecillum? immo quod nemo nostrum unum
 25 esse se cogitat? Adspice culinas nostras, et concurrentes inter tot ignes coquos nostros: unum videri putas ventrem, cui tanto tumultu comparatur cibus! Adspice ^dveterana nostra, et plena multorum seculorum vindemiis horrea: unum putas videri ventrem, cui

d. *veterana* sc. *vina*. Sic codex Pintiani et editio antiqua, quam saepe laudavi. Probat Gronovius, contra Gruterum, qui est ille, quem virum doctum vocat. Antea: *veteraria*. Mox *consulum regionumque vina cluduntur*. Ita omnes mss. et Edd., praeterquam quod unus Pint. cod. habebat: *tot climatium r. v. conduntur*, unde Muretus hausit: editio vetus praestat: *tot climatium r. v. cluduntur*.

cui tot consulum regionumque vina cluduntur! Adspice quot locis vertatur terra, quot millia colonorum arent, fodiant: unum putas videri ventrem, cui et in Sicilia, et in Africa feritur! Sani erimus, et modica 26 concupiscemus, si unusquisque se numeret: metiatur simul corpus, sciatque, nec multum capere, nec diu posse. Nihil tamen aequè tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum, quam frequens cogitatio brevis aevi, et huius incerti. Quidquid facies, respice ad mortem.

EPISTOLA CXV.

Quum intellexisset, Lucilium sermonis aut stili nimis anxium esse, suadet ut illam sollicitudinem deponat, et non tam curet quemadmodum, sed quid scribat sive potius quid sentiat sibi applicet. Esse illam curam anxiam signum animi minuti: cum fiducia esse scribendum loquendumque, sine quaesito ornatu. Talis nobis animus boni viri appareret, si liceret inspicere; cuius amore nemo non arderet. Perspicere tamen virtutem hanc poterimus, si aciem animi liberare impedimentis voluerimus, quae latius exsequitur commendans philosophiam, quippe quae una solidam felicitatem praestat. Ad hunc non oratio concinna perducet, nisi animus rectus adsit, beneque formatus.

Nimis anxium esse te circa verba et compositionem, mi Lucili, nolo: habeo maiora quae cures. Quare quid scribas, non quemadmodum: et hoc ipsum, non ut scribas, sed ut sentias: ut illa quae senseris, magis applices tibi, et veluti signes. Cuiuscunque orationem videris sollicitam et politam, scito animum

Z 5

quo-

1. et veluti signes] veluti signo impresso munias, ne elabantur, ne eripiantur. Metaphora a vasis, quae signare solemus custodiae causa. L. Mu-

retus: veluti signa quaedam eorum in animo tuo imprimas, ne deleantur. Sic et Graeci dicunt ἐνσημαίνειν. Equidem assentior Lipsio.

2 quoque non minus esse pusillis occupatum. Magnus ille remissius loquitur, et securius: quaecunque dicit, plus habent fiduciae, quam curae. Nosti complures iuvenes, barba et coma nitidos, de capsula totos: nihil ab illis speraveris forte, nihil solidum. ^aOratio cultus animi est: si circumtonsa est, et fucata, et manufacta, ostendit illum quoque non esse sincerum, 3 et habere aliquid fracti. Non est ornamentum virile concinnitas. Si nobis animum boni viri liceret inspicere, o quam pulchram faciem, quam sanctam, quam ex magnifico placidoque fulgentem videremus, hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentia-

1. *Oratio cultus animi est.* Sic Erasmi et palatini quinque: optime cum praecedentibus cohaeret. Muretus aliique: *vultus*. Mox post *fracti* nonnulli codd. addunt: *aut ficti*, s. *aliquid ficti*, s. *aliquid facti*: quae glossam sapiunt.

2. *de capsula totos*] qui semper ita munditiae student comiti politique, ut vestes eorum semper quasi e *capsula* i. arcula, in qua conduntur, (cf. de Tranq. Anim. c. 1, d.) recenter prolatae videantur. *si circumtonsa* rel. a cultu comae loquendi formulas defumas esse ad nimium orationis ornatum describendum, nota res. Quis v. c. ignorat cincinnos et fucam et calamistros, quos Augustus, Seneca al. in Maecenate persecuti sunt et irriserunt? Suet. Aug. 86. Auctor Dial. de corr. Eloq. 26 p. 105 ed. Schulz.

3. *Non est ornamentum virile concinnitas*] quatenus nimiam orationis venustatisque

accurationem artisque captationem comprehendit. Alias et in laude ponitur, habetque locum in iis omnibus dicendi formulis, in quas certa aliqua verborum vel ordinis vel intervalli, vel magnitudinis dimensio cadit. Cf. Ernesti Lexic. technol. lat. rhet. voc. concinnitas, p. 77. *Si nobis animum boni viri liceret inspicere* rel. Respexit noster haud dubie illa Platonis (Phaedr. X To. p. 329, d.) celeberrima, quae ad Ep. 89, 1 adduxi laudatis Cicer. locis huc spectantibus. Sequentes virtutes egregie explicavit Cicero de Officiis I, 5 etc. cf. Garve ad Ciceron. I, p. 60 sqq. *Praeter has* rel. i. e. et eae virtutes, quae istis qua-

tiaque lucentibus? Praeter has frugalitas, et continentia, et tolerantia, et liberalitas, comitalque, et (quis credat in homine rarum?) humanitas, bonum splendorem illi suum affunderent. Tum providentia,⁴ tum elegancia, et ex istis magnanimitas eminentissima, quantum, dii boni! decoris illi, quantum ponderis, gravitatisque adderent: quanta esset cum gratia auctoritas! Nemo illam amabilem, qui non simul venerabilem diceret. Si quis viderit hanc faciem altiore fulgentioremque, quam cerni inter humana consuevit, nonne velut numinis occursum obstupefactus resistat, et, ut fas sit vidisse, tacitus precetur? Tum evocante⁵ ipsa vultus benignitate productus, adoret ac supplicet: et diu contemplatus multum exstantem, supraque mensuram solitorum inter nos adspici, elatam, oculis miti quidem, sed nihilominus vivido igni flagrantibus, tunc demum illam Virgilii nostri vocem verens atque attonitus emittat:

O quam

b. *liberalitas* e quatuor pal. reduxi. Antea: *libertas*. illam sc. faciem. Sic Pint. et Gruteri codd. Antea: *illum*. Mox *evocante ipsa*. Sic antiqua editio et nonnulli codd. ap. Gyt. Erasmus: *Tamen evocante ipsum*. Muretus: *Tum avocante ipsum*. Lipsius: *Tum advocante ipsum*, nescio unde. In versu Virgilii secundo tres palat. addunt τὰ. O dea certe! Omitunt plurimi et ant. edd. Sed non video, quare omiserit Seneca. Reduxi.

quatuor virtutibus cardinalibus comprehenduntur.

4. *et, ut fas sit vidisse*] i. e. *et fac ut permittatur v.* Haud dubie respexit noster ad illam notam antiquitatis opinionem, et deos invisere homines, et interdum se visui eorum subiacere sua specie, idque non sine mortis periculo: hinc lucem

accipiunt τὰ. *tacitus precetur*. Cf. Heynii Excurs. ad Virg. Aen. I, 402 sq.

5. *productus*] ut bono sit animo, metu omni reiecto prodeat ad illam. Describit autem ut Deam, maiorem et ampliore omnino humana specie; uti Dii Deaque se conspicien-

O quam te memorem virgo? namque haud tibi
vultus

Mortalis, nec vox hominem sonat. O Dea certe!

Sis felix, nostrumque leves, quaecunque, laborem.

6 Aderit, levabitque, si colere eam voluerimus. Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, nec auro argentoque fufpenfo, nec in thefauros ftipe infufa, fed pia et recta voluntate. Nemo, inquam, non amore eius arderet, si nobis illam videre contingeret. Nunc enim multa °obftigillant, et aciem noftram aut splendore nimio repercutiunt, aut obfcure retinent. Sed si quemadmodum vifus oculorum quibusdam medicamentis acui folet, et repurgari: fic et nos, si aciem animi liberare impedimentis voluerimus, poterimus perfpicere virtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate oppofita, et humilitate et infamia obiacentibus. Cernemus, inquam, pulchritudinem illam, quamvis fordido obtectam. Rurſus aequae malitiam, et aerumnoſi animi veterum perſpi-

c. *obftigillant*. Ita legere ſe tradit Pintianus: receperunt Muretus et Lipſius una cum Gronovio. Codd. et Eraſm. habent *obſigillant*: alii *obſtigillant*, *obſtigillant*. Turneb. Adv. verf. 30, 3 praetulit *obſigillant*, i. occludunt. Stephanus et Geſner. in Theſ. probant *obſtigillant* i. obſtant. Editio antiqua: *obſuggillant*. *obſcure* omnes edd. et codd. Muretus Pintianum ſequens: *obſcuro*. Mox *Sed ſi quemadmodum*: ſic omnes pal. et editio antiqua: probat Gron., qui ait: Mediam

ciendos dare ſolerent. Cf. Heynium l. l. *Virgilii* verſus ſunt Aen. I, 327 ſq.

6. *Colitur — voluntate.*]

Eadem ſententia egregie expoſita eſt Ep. 95, 47 ſqq. *fufpenſo*, donarii loco in formas redacto. *ſtipe*: Varro de L.L. IV, 36 p. 50 bip.: Diis cum

theſauris aſſes dant, ſtipem dicunt. Cf. Lipſius ad Taciti Annal. XIV, 15.

7. *malitiam*] averſionem a bono, et *aerumnoſi* malis obtecti. Moneo, ne emendationem Gronovii *aeruginofa* praeferas.

spiciemus, quamvis multus circa divitiarum radiantium splendor impediatur, et intuentem hinc bonorum, illinc magnarum potestatum falsa lux verberet. Tunc intel-⁸ ligere nobis licebit, quam contemnenda miremur, simillimi pueris, quibus omne ludicrum in pretio est. Parentibus quippe, nec minus fratribus, praeferunt parvo aere emta monilia. Quid ergo inter nos et illos interest, ut Aristo ait, nisi quod nos circa tabulas et statuas insanimus, carius inepti? Illos reperti in litore calculi laeves, et aliquid habentes varietatis, delectant; nos ingentium maculae columnarum: sive ex Aegyptiis arenis, sive ex Africae soli-⁹ tudinibus advectae, porticum aliquam vel capacem populi coenationem ferunt. Miramur parietes tenui marmore inductos: quum sciamus quale sit, quod absconditur, oculis nostris imponimus. Et quum auro tecta perfundimus, quid aliud quam mendacio gaudemus? scimus enim sub illo auro foeda ligna latitare. Nec tantum parietibus aut lacunaribus ornamentum tenue praetenditur: omnium istorum quos incedere altos

diam particulam deleverunt, qui superfluum putarent, quando sequitur: *sic et nos si a.* Atqui elegans est eius repetitio propter interiecta. cf. ad de Ira I, 3. d. Mox §. 8. *Aristo.* una editio antiqua habet: *Aristoteles.* *Altos* §. 9. non probat Bentl. ad Horat. Serm. II, 3, 183 et legi vult: *latos.* Sed omnes codd. et edd. tuentur vulg. recte.

8. *Tunc intelligere* rel.] Cf. de Constant. Sapiens. 12, 2 ubi similia occurrunt. Notam ibi appositam emendes, ita ut non nisi de aedificiorum Romae luxuriose extruendorum et expoliendorum ratione exponat. *Aristo.* cf. ad Ep. 89, 11. Aristonem Ep. 94 egregie disputantem recordaberis his non dissimilia.

9. *Et quum auro* rel.] *laminis aureis*, quibus ligna superinducebantur: moneo, necum Io. Beckmanno *Beyrträge zur Gesch. der Erfind.* I, p. 57 de vernice quodam auri colorem mentiente cogites. *Bracteata* hinc *felicitas* lucem accipit. bractea enim *membrana*, lamina est: *felicitas* non solida,

10 alto's vides, bracteata felicitas est. Inspice, et disces sub ista tenui membrana dignitatis, quantum mali lateat. Haec ipsa res tot magistratus, tot iudices detinet, quae magistratus et iudices facit, pecunia; quae ex quo in honore esse coepit, verus rerum honor cecidit: mercatoresque et venales invicem facti, quaerimus, non quale sit quidque, sed quanti. Ad mercedem pii sumus, ad mercedem impii. Honesta, quamdiu aliqua illis spes inest, sequimur: in contrarium transaturi, si plus scelera promittant. Admirationem nobis parentes auri argentique fecerunt: et teneris infusa cupiditas altius fedit, crevitque nobiscum. Deinde totus populus in alia discors, in hoc convenit: hoc suspiciunt, hoc suis optant, hoc diis velut rerum humanarum maximum, quum grati videri volunt, consecrant. Denique eo mores redacti sunt, ut paupertas maledicto probroque sit, contempta divitibus, invisa pauperibus. Accedunt deinde carmina poëtarum, quae affectibus nostris facem subdant, quibus divitiae velut unicum vitae decus ornamentumque laudantur. Nihil illis melius nec dare videntur dii immortales posse, nec habere.

*Regia solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro.*

13 Eiusdem currum adspice.

*Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae
Curvatura rotae, radiorum argenteus ordo.*

Deni-

da, sed ficta. Lipsius laudat (e Stob. Floril. Serm. 47) dictum Antigoni Gonatae, qui mulierculae felicitatem eius admiranti respondit: o mulier,

si scires, quantum mali sub hoc diademate lateat, nec humi iacens tollereres.

12. Versus sunt Ovidii Metam. II, 1 et 2. 107 sq. Duo-

de-

Denique quod optimum videri volunt seculum, aureum appellant. Nec apud ^dtragicos defunt, qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutant.

Sine me vocari pessimum, ut dives vocer.

14

An dives, omnes quaerimus: nemo, an bonus.

Non quare, et unde: quid habeas, tantum rogant.

Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.

Quid habere nobis turpe sit, quaeris? nihil.

Aut dives opto vivere, aut pauper mori.

Bene moritur, qui, dum moritur, lucrum facit.

Pecunia ingens generis humani bonum,

15

Cui non voluptas matris, aut blanda potest

Par esse prolis, non facer meritis parens.

Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,

Merito illa amores coelitem atque hominum movet.

Quum hi novissimi versus in tragoedia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad eiiciendum et actorem et carmen confurrexit uno impetu: donec Euripides in medium ipse profuit, petens, ut expecta-

^d. *tragicos*. Editio antiqua habet: *Graecos tragicos*: priorem tamen vocem, quippe quae in nullo libro scripto editove occurrat, nec ab auctore nostro, sed a viro quodam docto explicandi causa in margine appicta et sic in contextum venisse videatur, non recepi.

decim sequentes senarios ad Bellerophontem retulit Barneſius, quos tamquam ex Eurip. Bellerophonte dederat P. Scriverius in Tragic. Lat. Reliquiis p. 184. Sed Lipsius ſubnotavit, ſeptem priores non unius poetae eſſe, ſed plurium, extremos quinque autem Euripidis. Quod iudicium calculo ſuo confirmavit praetantiſſimus

harum rerum arbiter, Valckenarius in Diatribe ſua egregia p. 165 ſq. Primos ſeptem verſus, iudicat, non potuiſſe continuos in ſcena pronuntiari, ſed e diverſis eſſe ſedibus, et e diverſis Euripidis et Sophoclis fabulis ſumptos. Graecos verſus quinque ultimos habes in Eurip. fragm. XV. To. II ed. liſp. p. 432.

ctarent, viderentque quem admirator auri exitum face-
 16 ret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes, quas
 in sua quisque dat. Nulla enim avaritia sine poena
 est, quamvis satis sit ipsa poenarum. O quantum la-
 crimarum, o quantum laborum exigit! quam misera
 desideratis, quam misera partis est! Adice quodia-
 nas sollicitudines, quae pro modo habendi quemque dis-
 cruciant. Maiore tormento pecunia possidetur, quam
 quaeritur. Quantum damnis ingemiscunt, quae et
 magna incidunt, et maiora videntur! denique ut
 nihil illis fortuna detrahat, quidquid non acquiritur,
 17 damnum est. At felicem illum homines, et divitem
 vocant, et consequi optant, quantum ille possidet.
 Fateor. Quid ergo? tu ullos esse conditionis peio-
 ris existimas, quam qui habent et miseriam, et invi-
 diam? Utinam qui divitias appetituri essent, cum di-
 vitibus deliberarent! utinam honores petaturi, cum
 ambitiosis, et summum adeptis dignitatis statum! pro-
 fecto vota mutassent: quum interim illi nova susci-
 piunt, qui priora damnaverant. Nemo enim est cui
 18 felicitas sua, etiam si cursu venit, satisfaciat. Querun-
 tur et de consiliis, et de processibus suis: malunt-
 que semper, quae reliquerunt. Itaque hoc tibi phi-
 loso-

16. *Bellerophontes*] Cf. Apollodori Bibl. II, 3 ibique Heynium. Euripides in hac tragoedia adversam Bellerophontis fortunam, quam Homer. Iliad. §, 200 innuit, exsequutus est, eumque pede debilem, mendicum et pannis oblitum (*χωλόν, πτωχόν καὶ ῥάκια ἐνδεδουμένον*) uti Schol. ad Aristoph. Pac. 146 Acharn. 431 docent, atque, secundum

Senecam, auri amantissimum repraesentaverat.

17. *quum interim — damnaverant*] quum interim nova vota faciant, qui priorum com-
 potes facti, non contenti sunt his partibus, sed maiora desiderant: et tamen poenitet eos horum votorum et vetera quaerunt. Lipsius, sensu loci, quem tamen sequentia monstrant, non intellecto, perperam quos priora emendat.

Iosophia praestabit, quo equidem nihil maius existimo: nunquam te poenitebit tui. Ad hanc tam solidam felicitatem, quam tempestas nulla concutiat, non perducent te apte verba contexta, et oratio fluens leniter. Eant ut volent, dum animo compositio sua constet, dum sit magnus, et opinionum securus, et ob ipsa quae aliis displicent, sibi placens, qui perfectum suum vitâ aestimet, et tantum scire se iudicet, quantum non cupit, quantum non timet.

EPISTOLA CXVI.

Stoicum dogma defendit contra Peripateticos, exciendos esse affectus, non temperandos. Nam voluptates vitiaque alioquin tibi imperabunt: et praestat voluptatibus imperare. Naturales esse, nihil nisi merus praetextus est: fluunt quidem affectus a quodam quasi naturali principio, sed cave nimium indulgear, ne vitium fiat: certiore consilio iis utaris. Haec confirmavit Panaetius. Quae quidem dura videntur hominibus, qui Stoeae non adsentiantur, sed mollities in causa est, non quod non possint.

Cf. Lipsii Manuduct. III, 7. et Tiedemann System d. stoisch. Philos. III p. 187 sqq.

Vtrum fatius sit, modicos habere affectus, an nullos, saepe quaesitum est. Nostri illos expellunt: Peripatetici temperant. Ego non video, quomodo salubris esse aut utilis possit ulla mediocritas morbi. Noli timere. nihil eorum, quae tibi non vis negari, eripio: facilem me, indulgentemque praebebo rebus,
ad

1. mediocritas morbi] i. e. affectus, qui a Stoicis morbi vocantur. Illa mediocritas, ἡ μεσότης, eo constat, ut medium teneat inter vitia duo, et canon est ethices peripateticae. cf. Buhle Lehrbuch der Gesch. der Philos. III p. 28 sq. Garve Uebersicht der vornehmsten Princip. der Sittenlehre p. 2 sqq. Cf. etiam Seneca de Ira I, 7 sqq.

ad quas tendis, et quas aut vitae necessarias, aut utiles, aut iucundas putes: detraham vitium. Nam quum tibi cupere interdixero, velle permittam: ut eadem illa intrepidus facias, ut certiore consilio, ut voluptates illas magis sentias. Quidni? ad te magis perventurae sunt, si illis imperabis, quam si servies. Sed naturale est, inquis, ut desiderio amici torquear, ^a datus lacrimis tam iuste cadentibus. Naturale est opinionibus hominum tangi, et adversis contritari: quare non permittas mihi hunc tam honestum malae opinionis metum? Nullum vitium est sine patrocinio: nulli non initium est verecundum et exorabile, sed ob hoc latius funditur. Non obtinebis ut desinat, si incipere permiseris. Imbecillis est primo omnis affectus, deinde ipse se concitat, et vires, dum procedit, parat: excluditur facilius, quam expellitur. Quis negat omnes affectus a quodam quasi naturali fluere principio? curam nobis nostri natura mandavit: sed huic ubi nimium indulseris, vitium est. Voluptatem natura necessariis rebus admiscuit, non ut illam peteremus,

a. *datus* i. traditus. Sic omnes scripti et cusi libri. Sed Muretus con. *da tempus*, Lipsius: *da ius*. At non opus est coniectura. Vulgata bene habet. Mox *ob hoc latius funditur* bene scribitur: *ab hoc* sc. initio duo codd. pal., quod Grut. malit.

2. *Velle*] Voluntas enim Stoicis bona et inter *εὐπραξείας* est. Lipsii Manud. III, 5. *Nam quum* — *sentias*. Vides hic apathiam ita circumscriptam, ut, impetu temerario excluso, certius atque securius consilium, atque ideo rationis usum adhibendum iubeatur. *Sed naturale est, inquis, ut Peripate-*

tici solent, qui vulgares homines intellexere, quum Stoici de sapiente suo, sive ad sapientiam virtutemque entente summis viribus, loquerentur.

3. *Quis negat — principio?*] non enim vere naturali: nam sic boni essent affectus, quia omne naturale non esse nimium potest. Zeno autem pertur-

remus, sed ut ea, sine quibus non possumus vivere, gratiora nobis illius faceret accessio: si suo veniat iure, luxuria est. Ergo intransibis resistamus: quia 4 facilius, ut dixi, non recipiuntur quam exeunt. Aliquatenus, inquis, dolere, aliquatenus timere permitte! Sed illud *aliquatenus* longe producitur, nec ubi vis, accipit finem. Sapienti non sollicitè custodire se tutum est, et lacrimas suas et voluptates, ubi volet, sistet. Nobis quia non est regredi facile, optimum est omnino non progredi. Eleganter mihi videtur Panaetius respondisse adolescentulo cuidam quaerenti, An sapiens amaturus esset? „De sapiente, in- 5 quit, videbimus: mihi et tibi, qui adhuc a sapiente longe absumus, non est committendum, ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatam, vilem sibi. Sive enim nos respexit, humanitate eius irritamur; sive contempsit, superbia accendimur. Aequae facilitas amoris, quam difficultas nocet: facilitate capimur, cum difficultate certamus. Itaque conscii nobis imbecillitatis nostrae, quiescamus. Nec vino infirmum animum committamus, nec formae, nec adulationi, nec ullis rebus blande trahentibus.“ Quod Panaetius de amore quaerenti respondit, hoc 6 ego de omnibus dico. Quantum possumus nos, a

A a 2

lubri-

turbationes (s. affectus) voluntarias esse putabat, opinionisque iudicio suscipi etc. Cicer. Academ. I, 10. *non ut illam peteremus*, tamquam summum bonum, aequae ac Epicurei. Tiedemannus perperam hunc locum intellexit, III p. 196 System. *si suo veniat iure i. e.* tamquam domina.

4. Ergo intransibis resistamus] Vidè I de Ira c. 7.

et 8 L. *Aliquatenus* rel. Spectant haec ad Peripareticorum mediocritatem illam morborum s. affectuum. *Panaetius*, rhodius, iunior, celeberrimus Stoicus, quem Cicero in libro de Offic. plerumque sequitur, Scipionis minoris comes, multa scripsit, nunc deperdita. cf. Fabricii Bibl. gr. Vol. III p. 567 sq.

lubrico recedamus: in sicco quoque parum fortiter
 stamus. Occurres hoc loco mihi illa publica contra
 Stoicos voce: Nimis magna promittitis, nimis dura
 praecipitis. nos homunciones fumus, omnia nobis ne-
 gare non possumus. Dolebimus, sed parum: con-
 cupiscemus, sed temperate: irascemur, sed placabi-
 7 mur. Scis quare non possumus ista? quia nos posse
 non credimus. Immo mehercules, aliud est in re.
 Vitia nostra, quia amamus, defendimus, et malumus
 excusare illa, quam excutere. Satis natura homini
 dedit roboris, si illo utamur, si vires nostras col-
 ligamus, ac totas pro nobis, certe non contra nos
 concitemus. Nolle in causa est: non posse praeten-
 ditur.

EPISTOLA CXVII.

Quaerenti amico, an verum sit, quod Stoicis placeat: Sapientiam bonum esse, sapere bonum non esse? primum exponit, quid Stoicis videatur. Sapientiam, quippe efficientem quid et invantem, et bonum et corpus dicunt esse, sapere non esse, utpote incorporale et accidens alteri, i. e. sapientiae. Quibus quum instent Peripatetici aliique philosophi, et consutationibus affligant, necesse est ut cavillando effugiant. Itaque secedit Seneca, et sapientiam et sapere bonum putans: at utrumque differre contendit contra Peripateticos. Sed se revocat ab huiusmodi disputationibus, aliaque proponit, de quibus quaerendum esse philosopho monet, quippe quae levant animum et formant etc.

Cf. Argumentum Epist. CVI. CXIII. Addas Lipsii Physiolog. Stoic. II, 4.

Multum mihi tibi que negotii concinnabis, et, dum
 nescis, in magnam me litem ac molestiam impinges,
 qui

6. *Occurres hoc loco rel.] molli et luxurioso saeculo, in
 Saepius iam hanc querelam de quod Senecae vita inciderat,
 rigida Stoeae secta vidimus, vide e. c. de Clem. II, 4.
 satis profecto convenientem*

qui mihi tales quaestiunculas ponis, in quibus ego nec dissentire a nostris salva gratia, nec consentire salva conscientia possum. Quaeris, an verum sit, quod Stoicis placet, Sapientiam bonum esse, sapere bonum non esse? Primum exponam, quid Stoicis videatur: tum dicere sententiam audebo. Placet nostris, quod bonum est, esse corpus: quia quod bonum est, facit: quidquid facit, corpus est. Quod² bonum est, prodest: faciat autem aliquid oportet, ut profit: si facit, corpus est. Sapientiam bonum esse dicunt: sequitur, ut necesse sit illam corporalem quoque dicere. At sapere non putant eiusdem conditionis esse. Incorporale est et accidens alteri, id est, sapientiae: itaque nec facit quidquam, nec prodest. ^aQuid ergo? inquit: Non dicimus, Bonum est sapere: sapere dicimus, referentes ad id ex quo pendet, id est, ad ipsam sapientiam. Adversus³ hos quid ab aliis respondeatur, audi, antequam ego incipio secedere, et in alia parte considerare. Isto modo, inquit, nec beatè vivere bonum est. Velint nolint, respondendum est, beatam vitam bonum esse,

A a 3

et

a. *Quid ergo? inquit: Non dicimus, Bonum est sapere: sapere etc.* Sic plurimi codd. editioque antiqua, et nexus poscit. Antea ex Mureti lectione: *Quid ergo, inquit, non dicimus, Bonum est sapere? dicimus* rel.

1. *Placet nostris* rel.] cf. ad Ep. 106, 4.

2. *Quid ergo? inquit*] Stoici: quasi adiectivi loco ponunt Stoici illud sapere, quod nec ponere nec dicere quemquam putant nisi referentem ad sapientiam, eamque simul cogitando.

3. *secedere — considerare*] Recte Lipsius monet, haec a

senatu sumta esse, ubi, quum Consul, Praetor, aliusque magistratus Senatum cogens, de re aliqua retulisset, atque, sententiam dictis, discessionem Senatorum permisisset, in hanc aut illam partem transferunt, qui hinc pedanei vocati sunt. Res notissima vel ex Adams aliisque compendiis. *Isto — inquit* Peripatetici.

et beate vivere bonum non esse. Etiam nunc quoque nostris illud opponitur. Vultis sapere? ergo expetenda res est, sapere: si expetenda res est, bonum 4 est. Coguntur nostri verba torquere, et unam syllabam expetendo interponere, quam sermo noster inferi non sinit. Ego illam, si pateris, adiungam. Expetendum est, inquiunt, quod bonum est: ^bexpetibile quod nobis contingit: quum bonum consecuti sumus, non petitur tanquam bonum, sed petito bono accedit. Ego non idem sentio, et nostros iudico in hoc descendere, quia iam primo vinculo tenentur, et 5 mutare illis formulam non licet. Multum dare solemus praesumptioni omnium hominum. Apud nos veritatis argumentum est, aliquid omnibus videri: tanquam deos esse, inter alia sic colligimus, quod omnibus de diis opinio infita est: nec ulla gens usquam est adeo extra leges moresque proiecta, ut non aliquos deos credat. Quum de animarum aeternitate differimus, non leve momentum apud nos habet con-

fen-

b. *expetibile quod nobis contingit.* Sic Erasmus, et omnes Pintiani Gruterique codd., una cum editione antiqua. Muretus: *Adexpetendum quod bono contingit: quod.* Sed τῷ quod plurimi codd. carent et editio antiqua.

4. *Coguntur — non sinit.*] Expetendum est αἰρετόν: quod *expetibile* est, et non petitur tanquam bonum, *προσαίρετόν*: *interponere* s. *inserere* h. l. idem valent quod *adiungere*. Sic Graeci τῷ αἰρετόν addunt s. praefigunt πρὸς: quod Romani non possunt; nemo enim dixit *adexpetere*. Exprimi itaque hoc posse putavit noster per: *expetibile*, quod semel tantum adhuc ap. Tacitum An-

nal. 16, 21, 2 occurrit, nec ibi quidem tuto, quum Ernesti expectabilem praeferat.

5. *Multum dare — hominum*] praecipuae opinioni, *προλήψει*. Exigui autem momenti esse hoc veritatis argumentum, cum historia dogmatum quorumcunque fati superque docet, tum philosophia subtilior probe evincit. Ceterum hoc argumentum Cicero quoque fir-

fir-

fenfus hominum, aut timentium inferos, aut ^ccolentium aethera. Vtor hac publica persuasione: nemi-6 nem invenies, qui non putet et sapientiam bonum, et sapere. Non faciam quod victi solent, ut provocem ad populum: nostris incipiemus armis configere. Quod accidit alicui, utrum extra id cui accidit est, an in eo cui accidit? Si in eo est cui accidit, tam corpus est, quam illud cui accidit. Nihil enim accidere sine tactu potest: quod tangit, corpus est. Si7 extra est, postquam acciderat, recessit: quod recessit, motum habet: quod motum habet, corpus est. Speres me dicturum, non esse aliud cursum, aliud currere: nec aliud calorem, aliud calere: nec aliud lucem, aliud lucere. Concedo ista alia esse, sed non fortis alterius. Si valetudo indifferens est; et valere indifferens est. Si forma indifferens est; et formosum esse indifferens est. Si iustitia bonum est; et8 iustum esse bonum est. Si turpitudine malum est; et turpem esse malum est, tam mehercules quam si lippitudo malum est, et lippire malum est. Hoc ut scias,

A a 4

neu-

c. *colentium aethera*. Sic quatuor palat. ut et Pintiani: convenit in corruptione sua editia antiqua, quae habet: *coelestium aethera*. At Erasmus, Muretus et palat. primus perperam omittunt τὸ *aethera*. Colunt, i. adorant aethera, sedem deorum superiorum.

firmum vocat Tusc. I, 13. cf. de Legg. I, 8. Nat. D. I, 16. Epicurus solus vidit, primum esse deos, quod in omnium animis eorum notitiam impressisset ipsa Natura: — anticipationem quandam deorum hanc appellat Epicurus *πρόληψιν* etc. *colentium aethera*. Cicero de Nat. D. I, 14 de Zenone: Atque hic idem alio loco *aethera* deum

dicit esse: c. 15 de Chryippo: Idemque disputat, *aethera* esse eum, quem homines Iovem appellarent.

6: *ut provocem ad populum*] in arena et gladiatorii pugnatis: ubi qui succubuerat, populi opem et misericordiam implorabat. Lipsius in Saturnal. 2, 22. Cf. Ep. 37, 2. *nostris* i. e. stoicis.

neutrum esse sine altero potest. Quod sapit, sapiens est: quod sapiens est, sapit. Adeo non potest dubitari, an quale illud sit, tale hoc sit, ut quibusdam utrumque unum videatur atque idem. Sed illud libenter quaesierim: Quum omnia aut bona sint, aut mala, aut indifferentia, sapere in quo numero sit? Bonum negant esse. malum utique non est: sequitur, ut medium sit. * Id autem medium atque indifferens vocamus, quod tam malo contingere quam bono potest: tanquam pecunia, forma, nobilitas. Hoc, ut sapiat, contingere nisi bono non potest: ergo indifferens non est. Atqui ne malum quidem est, quod contingere malo non potest: ergo bonum est. Quod nisi bonus non habet, bonum est: sapere non nisi
 10 bonus habet: ergo bonum est. Accidens est, inquit, sapientiae. Hoc ergo quod vocas sapere, utrum facit sapientiam, an patitur? five facit illud, five patitur, utroque modo corpus est. Nam et quod fit, et quod facit, corpus est. si corpus est, bonum est: unum enim deerat illi, quo minus bonum esset, quod incorporale erat. Peripateticis placet, nihil interesse inter sapientiam et sapere, quum in utrolibet eorum et alterum sit. Numquid enim quenquam existimas
 11 sapere, nisi qui sapientiam habet? Numquid quenquam qui sapiat, non putas habere sapientiam? Dialectici veteres ista distinguunt: ab illis divisio usque ad Stoicos venit. Qualis sit haec, dicam. Aliud est
 ager,

10. *Accidens est, inquit*] Stoicus. Vides, Peripateticos imprimis has Stoicorum disputationes impugnasse. Nobis tamen nihil ex eorum confutationibus relictum est.

11. Haec est quasi respon-

sio amici. cf. §. 14. *Dialectici veteres*: intelligit sectam eleaticam, in qua auctoribus Xenophane, Parmenide et Zennone Eleate dialectica viguit, et deinde, ad sectam megaricam s. criticam transiit, unde
 ad

ager, aliud agrum habere. Quidni? quum habere agrum ad habentem, non ad agrum pertineat. Sic aliud est sapientia, aliud sapere. Puto concedes duo esse haec, id quod habetur, et eum qui habet: habetur sapientia: habet, qui sapit. Sapientia est mens perfecta, vel ad summum optimumque perducta: ars enim vitae est. Sapere quid est? non possum dicere, mens perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita alterum est, mens bona: alterum, quasi habere mentem bonam. Sunt, inquit, naturae corporum: tanquam, hic homo est, hic equus: has deinde sequuntur motus animorum enuntiativi corporum. Hi habent proprium quiddam, et a corporibus seductum: tanquam, video Catonem ambulantiem: hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est quod video, cui et oculos, et animum intendi. Dico deinde, Cato ambulat: non corpus quidem est quod nunc loquor, sed enuntiativum quiddam de corpore: quod alii effatum vocant, alii enuntiatum, alii edictum. Sic quum dicimus sapientiam, incorporale quiddam intelligimus: quum dicimus, Sapit: de corpore loquimur. Plurimum autem interest, utrum illud dicas, an de illo. Putemus in praesentia ista duo esse: nondum enim quid mihi videatur, pronuntio: quid prohibet, quo minus aliud quidem sit, sed nihilo-

A a 5

minus

ad Stoicos pervenit. Cf. Bruckeri Histor. crit. Philos. To. I p. 610 sq. et Buhlium in Commentatt. Soc. Reg. Sc. Gotting. To. XI p. 234 sq. *aliud sapere i. sapientiam habere.*

13. *Non corpus quidem est — corpore.*] Hoc illud quod norat Sext. Empiricus lib. I. advers. Mathematic. c. 3:

Incorporeum aliquid apud Stoicos dici λεκτόν· quod noster hic vertit Effatum, Edictum, Enuntiatum, Enuntiativum. L. Abstractum vocare posses, oppositum concreto. Hinc recte dicit noster, incorporale quiddam intelligimus. Seneca autem discedit in his a Stoicis: quod Lipsius non adverterat.

minus bonum? Dicebas paulo ante, aliud esse agrum, aliud habere agrum. Quidni? in alia enim natura est qui habet, in alia quod habetur. illa terra est, hic homo est. At in hoc de quo agitur, eiusdem naturae sunt utraque, et qui habet sapientiam, 15 et ipsa quae habetur. Praeterea illic aliud est quod habetur, alius qui habet: hic in eodem est, et quod habetur, et qui habet. Ager iure possidetur: sapientia natura. ille abalienari potest, et alteri tradi: haec non discedit a domino. Non est itaque quod compares inter se dissimilia. Coeperam dicere, posse ista duo esse, et tamen utraque bona. Sapientia, et sapiens duo sunt: et utrumque bonum esse concedis. 16 Quomodo nihil obstat, quo minus et sapientia bonum sit, et habens sapientiam: sic nihil obstat, quo minus et sapientia bonum sit, et habere sapientiam, id est, sapere. Ego in hoc volo sapiens esse, ut sapiam. Quid ergo? non est id bonum, sine quo nec illud bonum est? Vos certe dicitis, sapientiam, si sine usu detur, accipiendam non esse. Quis est usus sapientiae? Sapere: hoc est in illa pretiosissimum: quo detracto, supervacua fit. Si tormenta 17 mala sunt, torqueri malum est: adeo quidem, ut illa non sint mala, si quod sequitur, detraxeris. Sapientia habitus perfectae mentis est: sapere, usus perfectae mentis. Quomodo potest usus eius bonum non esse, quae sine usu bonum non est? Interrogo te, an sapientia sit expetenda? fateris. Interrogo, an usus sapientiae sit expetendus? fateris. negas enim te illam recepturum, si uti ea prohibearis. quod expetendum 18 est, bonum est. Sapere, sapientiae usus est: quomodo

14. *At in hoc de quo — habetur*] Nam sapientia est mens perfecta, vel ad summum optimumque perducta. cf. §. 11.

modo eloquentiae, loqui: quomodo oculorum, videre: ergo sapere sapientiae usus est. usus autem sapientiae expetendus est: sapere ergo expetendum est: si expetendum est, bonum est. Olim ipse me damno, qui illos imitor dum accuso, et verba apertae rei impendo. Cui enim dubium potest esse, quin, si aetius malum est, et aestuare malum sit? si aliorum malum est, malum sit aliorum? si vita bonum est, et vivere bonum est? Omnia ista circa sapientiam, non ¹⁹ in ipsa sunt: at nobis in ipsa commorandum est; etiam si quid evagari libet, amplos habet illa spatiosaque secessus. De deorum natura quaeramus, de siderum ^d elementis, de his tam variis stellarum discursibus: an ad illarum motus nostra moveantur corpora, an corporibus omnium, animisque illinc impetus veniat. An et haec quae fortuita dicuntur, certa lege constricta sint, nihilque in hoc mundo repentinum, aut expers ordinis volutetur. Ista iam a formatione ²⁰ morum recefferunt: sed levant animum, et ad ipsarum quas tractant rerum magnitudinem attollunt. Haec vero de quibus paulo ante dicebam, minuunt, et deprimunt, nec ut putas exacuunt, sed extenuant. Obsecro vos, cur tam necessariam curam maioribus melioribusque debitam, in re nescio an falsa, certe in-

d. *de siderum elementis.* Sic Erasmus, editio antiqua et plurimi codd. pal. At e Pint. codd. arripuit Muretus: *de siderum alimento.*

^{19.} *de siderum elementis*] *e. g. solem esse purissimum ignem et quidem artificialem, quem Zeno νοερόν, intellectu praeditum appellabat. Posidonius et plerique Stoici lunam mixtam ex igne et aere sta-* tuunt etc. Cf. Lipsii *Physiolog.* II, 13.

^{20.} *nec ut putas*] in litteris tuis, quibus mihi has quaestiuunculas ponis et commendas.

- 21 inutiles, terimus? ^eQuid mihi profuturum est scire, an aliud sit sapientia, aliud sapere? quid mihi profuturum est scire, illud bonum esse? Temere me geram: subito huius voti aleam: tibi sapientia, mihi sapere contingat: pares erimus. Potius id age, ut mihi viam monstrares, qua ad ista perveniam. Dic mihi quid vitare debeam, quid appetere: quibus animam labantem studiis firmem: quemadmodum quae me ex transverso feriunt aguntque, procul a me repellam. Quomodo par esse tot malis possim: quomodo istas calamitates removeam, quae ad me irruerunt: quomodo illas, ad quas ego irrupi. Doce, quomodo feram aerumnam sine gemitu meo, felicitatem sine alieno: quomodo ultimum necessarium vitae terminum non expectem, sed ipsemet, quum visum erit, profugiam. Nihil mihi videtur turpius, quam optare mortem. Nam si vis vivere, quid optas mori? si non vis, quid deos rogas, quod tibi nascenti dederunt? Nam ut quandoque moriaris, etiam invito positum est: ut quum voles, in tua manu est. Alterum tibi necesse est, alterum licet. Turpissimum his diebus principium diferti mehercules viri legi: ^fIta, inquit, quamprimum moriar! Homo demens, optas rem

e. *Quid mihi profuturum est scire, an aliud sit sapientia, aliud sapere? quid mihi p. e. s. i. b. e.? Temere me geram: subito huius voti aleam* etc. Sic plurimi codd., qui carent voculis tribus in media interrogatione, quas Muretus et Lippius e Pintiani coniectura tenent, leguntque: *quid mihi profuturum est scire, illud bonum esse, hoc non esse? E subito* i. e. adi. suscipe, Erasmus faciendum suavit: *subibo*, quod Muretus statim arripuit. Mox omnes codd. et editio prisca habent *feriunt aguntque*, non *ferunt*. Reduxi: nam de praedatione non sermo est: quamquam Erasmus de ea cogitans ad ista: *ferunt aguntque*, notat: *ἀγούσι φέγουσι. irruerunt, irrupi* tuetur editio prisca: alii: *eruperunt, erupi*.

f. *Ita, inquit*. Omnes codd. et editio prisca habent: *Itaque*, et mox iterum: *Itaque*. Recte emendavit Pintianus utroque loco: *Ita*. Tertio tamen loco habet editio prisca: *Ita q. m.* Est enim voti formula.

rem tuam: Ita quamprimum moriar! Fortasse inter has voces senex factus es. Alioqui quid in mora est? nemo te tenet, evade qua visum est. Elige quam- 24 libet rerum naturae partem, qua tibi praeberi exitum iubeas. Haec nempe sunt elementa, quibus hic mundus administratur, aqua, terra, spiritus. Omnia ista tam causae vivendi sunt, quam viae mortis. Ita quamprimum moriar! Quamprimum istud, quod esse vis? quem illi diem ponis? citius fieri quam optas, potest. Imbecillae mentis ista sunt verba, et hac detestatione misericordiam captantis. Non vult mori, 25 qui optat. Deos vitam roga, et salutem: si mori placuit, hic mortis est fructus, optare desinere. Haec, mi Lucili, tractemus, his formemus animum. Haec est sapientia, hoc est sapere, non disputatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitare. Tot quaestiones tibi fortuna posuit, nondum illas solvisti: iam cavillaris. Quam stultum est, quum signum pugnae acceperis, ventilare? remove ista lusoria arma, decretoriis opus est. Dic qua ratione nulla animum 26 tristitia, nulla formido perturbet: qua ratione hoc secretarum cupiditatum pondus effundam. Agatur aliquid. Sapientia bonum est, sapere non est bonum. Sic fit. negemus, sapere bonum esse: ut hoc totum studium derideatur, tanquam operatum supervacuis. Quid si scires etiam illud quaeri, an bonum sit futura sapientia? Quid enim dubii est, oro te, an 27 nec

24. *hic mundus*] nempe inferior: et ideo tria tantum nominat: quartum superioris mundi s. coeli est, i. e. ignis. *detestatione* i. e. precatione et voto. L.

25. *ventilare*] procludere et brachia atque arma in speciem

ventumque iactare. A theatri arenisque sumtum. Cf. Lipsium in Saturn. II, 19. Scriveri opp. philol. p. 21. *decretoriis* i. feriis, quibus de vita decernitur. cf. de Clement. I, 14. Ep. 102, 24.

nec messem futuram iam sentiant horrea, nec futuram adolescentiam pueritia viribus aut ullo robore intelligat? Aegro interim nihil ventura sanitas prodest, non magis, quam currentem luctantemque post multos secuturum sensus otium reficit. Quis nescit hoc ipso non esse bonum id quod futurum est, quia futurum est? nam quod bonum est, utique prodest: nisi
 28 praesentia, prodesse non possunt. Si non prodest, bonum non est utique: si prodest, iam est. Futurus sum sapiens: hoc bonum erit, quum fuero: interim non est. Prius aliquid esse debet, deinde quale esse. Quomodo, oro te, quod adhuc nihil est, iam bonum est? Quomodo autem tibi magis vis probari, non esse aliquid, quam si dixerò, futurum est? nondum
 29 enim venisse apparet, quod venit. Ver secuturum est: scio nunc hiemem esse. aestas secutura est: scio aestatem non esse. Maximum argumentum habeo nondum praesentis, futurum esse. Sapiam, spero: sed interim non sapio. si illud bonum haberem, iam hoc carerem malo. Futurum est, ut sapiam. ex hoc licet nondum me sapere intelligas, non possum simul et in illo bono, et in hoc malo esse. Duo ista non coeunt, nec apud eundem sunt una, bonum et malum.
 30 Transcurramus solertissimas nugas, et ad illa quae nobis aliquam opem sunt latura, properemus. Nemo qui obstetricem parturienti filiae sollicitus arcessit, edictum et ludorum ordinem perlegit. nemo qui ad incendium domus suae currit, tabulam latrunculariam
 per-

g. *utique prodest.* Sic Erasmus et editio prisca. *τὸ utique* deest in omnibus codd. palat.

30. *Nemo qui obstetricem* δὲ Φεύγων οὐ μένει λύρας
 rel.] Simile est Adagium graec. *κτύπον.* *edictum* rel. Libelli
 quod laudat Erasmus in Adag. aut tabulae apparatus omnem
 1 Chil. X Cent. nr. 38 *Ἄνηρ* ludorum, tempus, ordinem etc.

perspicit, ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. At mehercules omnia tibi undique nuntiantur, et incendium domus, et periculum liberorum, et obsidium patriae, et bonorum direptio: adiace istis naufragium, motusque terrarum, et quidquid aliud timeri potest. Inter ista districtus, rebus, nihil aliud quam animum oblectantibus, vacas? Quid inter sapientiam, et sapere interfit, inquiris? nodos nectis ac solvis, tanta mole impendente capiti tuo? Non tam benignum ac liberale tempus naturæ nobis dedit, ut aliquid ex illo vacet perdere: et vide, quam multa etiam diligentissimis pereant. Aliud valetudo sua cuique abstulit, aliud fuorum: aliud necessaria negotia, aliud publica occupaverunt: vitam nobiscum dividit somnus. Ex hoc tempore tam angusto, et rapido, et nos auferente, quid iuvat maiorem partem mittere in vanum? Adiace nunc, quod assuecit animus delectare se potius, quam sanare: et philosophiam oblectamentum facere, quum remedium sit. Inter sapientiam, et sapere quid interfit, nescio: scio mea non interesse, sciam ista, an nesciam. Dic mihi, quum, quid inter sapientiam et sapere interfit, didicero, sapiam? Cur ergo potius inter vocabula me sapientiae detines, quam inter opera? Fac me fortiorem, fac me securiorem; fac fortunæ parem, fac superiorem. possum autem superior esse, ^h si fecero omne quod disco.

h. *si fecero*: sic quoque alias legi annotat margo Erasmi. ed., in qua est: *si dixero*, uti est in quatuor palat; quorum unus praebet: *si direxero*, sicuti fuisse in plerisque mss. suis testatur Pint. Editio prisca: *si fecero vel direxero*. Lipsius hinc emendat: *si vixero*.

indicebant. Cf. de Benef. VI, qui ita obsessus, circumventus
 1. Lipsii Saturnal. II, 18. *tabulam latrunc.* cf. ad Ep. erat, ut moveri sine periculo
 non posset. cf. Wernsdorffii Ex-
 106, 11. de brev. vit. c. 13. curs. XI in To. IV Poet. Lat.
 de Tranquill. c. 14. *alligatus*, minor. p. 413 sq.

EPISTOLA CXVIII.

Exigenti a Seneca frequentiores epistolas amico respondet, se hoc munus defugere nolle, licet ille a promissis non steterit, et frequentiores missurum, non inanes, quales Ciceronis multae sint, sed monitorum utilium uberes, atque sua potius quam aliena tractantes. Iccirco suadet, a fortuna nihil petere, nec ab ea pendere, sed privatam facere fortunam. Nam qui a fortuna pendunt, per mala nituntur in malum, ignorantia veri et boni. Quaerendum itaque est, quid sit bonum, quod alius alio modo finiverunt et expresserunt, et quid ab honesto differat. Omne bonum secundum naturam est, nec tamen quidquid secundum naturam est bonum.

Exigis a me frequentiores epistolas. Rationes conferamus: solvendo non eris. Convenerat quidem, ut tua priora essent; tu scriberes, ego rescriberem: sed non ero difficilis. bene credi tibi scio: itaque in antecessum dabo. Nec faciam, quod Cicero vir disertissimus facere Atticum iubet, ut etiamsi rem nullam ² habeat, quod in buccam venerit, scribat. Nunquam potest deesse quod scribam, ut omnia illa quae Ciceronis implent epistolas, transeam: quis candidatus laboret, quis alienis, quis suis viribus pugnet, quis consulatum fiduciâ Caesaris, quis Pompeii, quis se petat: quam durus sit foenerator Caecilius, a quo minoris centesimis propinqui nummum movere non possunt. Sua fatius est mala, quam aliena tractare: se excutere, et videre, quam multarum rerum candidatus

1. *in antecessum*] antequam debeam, cf. ad Ep. 7, 8. De Benefic. IV, 32. *Cicero vir disertissimus*, ad Atticum pleraque ista libro I. L.

2. *quam durus sit foenerator Caecilius* rel.] Verba fere sunt Ciceronis ad Attic. Ep. I,

12. Caecilius erat Attici avunculus, vide Cic. Ep. ad Att. I, 1. *centesimis* (intell. partibus sortis) sc. usuris: quum singuli asses in mensem solvantur pro centenis, unde fiunt duodeni in annum (12 Procent). cf. Ernesti Clav. Cic. sub voce: Cen-

datus sit, et non suffragari. Hoc est, mi Lucili, 3
 egregium, hoc securum ac liberum, nihil petere, et
 tota fortunae comitia transire. Quam putas esse iu-
 cundum, tribus vocatis; quum candidati in templis
 suis pendeant, et alius nummos pronuntiet, alius per
 sequestrum agat, alius eorum manus osculis conterat,
 quibus designatus contingendam manum negaturus est,
 omnes attoniti, vocem praeconis expectant; stare
 otiosum, et spectare illas nundinas, nec eminentem
 quidquam, nec vendentem? Quanto hic maiore gau- 4
 dio fruitur, qui non praetoria, aut consularia comi-
 tia securus intuetur, sed magna illa, in quibus alii
 hono-

Centesima, *minoris* sc. pretii.
et non suffragari, nihil face-
 re, ut illarum rerum externa-
 rum et proinde inanium parti-
 ceptas fias.

3. *quum candidati in tem-
 plis suis pendeant* rel.] Vides
 hic comitorum mentionem ead-
 em ratione habiturum, qua
 tempore reipubl. liberae habita
 sunt: nec adfertur Tacitus
 Annal. I, 15 comitia e campo
 incuriam translata: ubi de ma-
 gistratibus a Senatu et non a
 populo creandis non nisi novo
 imperatore succedente, sermo
 est. *Templa* intelligam de
 rostris s. tabernis editoribus,
 ubi candidati, teste Macro-
 b. I Saturn. 16 p. 282 bip. con-
 sistebant, ut et conspici et suos
 hortari non sine sollicitudine
 ac bene excipere possent, ae-
 que ac hodieque apud Anglos
 in creandis senatoribus fieri
 solet. cf. Schneider. ad Var-
 Vol. III.

ron. de Re Rust. III, 2, 1. Flor.
 II, 12 ubi *templum* i. e. taber-
 naculum occurrit. Lipsius ex-
 ponit de templis Campo Martio
 vicinis, ad quae candidatos di-
 vertisse et exitum comitorum
 expectasse coniicit. *et alius* —
negaturus est: candidati, natio
 officiosissima, alios ambiendo,
 alios prestando (*alios eorum
 manus osculis conterat*) pecu-
 niam promittendo, et *per seque-
 strum*, i. apud quem nummos
 deponebant fidei causa, *agendo*,
 populum conciliare studebant.
 Cf. Adams I p. 168 sq. *vocem
 praeconis* qui creatum renun-
 tiaret. *et spectare* — *venden-
 tem*. Nota est vitae cum mer-
 catu comparatio a Pythagora
 iam instituta, ap. Ciceron.
 Quae est Tuscul. V, 3 ibiq. Da-
 vies p. 347 sq.

4. *sed magna illa*] totius
 mundi comitia, praede For-
 tuna: *h. anniversarios magi-
 fra-*

honestos anniversarios petunt, alii perpetuas potestates, alii bellorum eventus prosperos triumphosque, alii divitias, alii matrimonia ac liberos, alii salutem suam suorumque! Quanti animi res est, solum nihil petere, nulli supplicare, et dicere: Nihil mihi tecum, fortuna: non facio mei tibi copiam. scio apud te Cato-
 5 nes repelli, Vatinius fieri: nihil rogo. Hoc est privatam facere fortunam. Libet ergo haec invicem scribere, et hanc integram semper egerere materiam, circumspicientibus tot millia hominum inquieta: qui ut aliquid pestiferi consequantur, per mala nituntur in malum, petuntque mox fugienda, aut etiam fastidienda. Cui enim affecto fatis fuit, quod optanti
 6 nimium videbatur? Non est, ut existimant homines, avida felicitas, sed pusilla: itaque neminem fatiat. Tu ista credis excelsa, quia longe ab illis iaces: ei vero, qui ad illa pervenit, humilia sunt. Mentior, nisi adhuc quaerit ascendere. Istud quod tu summum putas, gradus est. Omnes autem male habet ignorantia veri. tanquam ad bona feruntur, decepti ru-
 7 moribus. Deinde mala esse, aut inania aut minora, quam speraverint, adepti, ac multa passi vident: maiorque pars miratur ex intervallo fallentia, et vulgo magna pro bonis sunt. Hoc ne nobis quoque eveniat,

stratus: nam Senecae tempore magistratus honorarii e. c. consules suffecti s. minores creabantur in dies mensesve, *anniversarii* s. ordinarii in annum creati anno nomen dabant. Dio Cass. 48, 35. p. *potestates* regna, principatus: proprie munera summa provincialia. cf. Ernesti clav. Cic. voc. Imperium. *Vatinius*, scelestissi-

mos homines: cf. de Constant. 17, 3. *privatam* i. propriam, a fortuitis non pendentem.

6. *avida felicitas*] Idem de ea ait noster Ep. 19, 6: Et avida felicitas est, et alienae aviditati exposita. Numquam, ait, satiari potest, ideoque pusilla est etc.

7. *Hoc ne — bonum.*] Sequitur una cum Stoa Socratem, qui

niat, quaeramus quid sit bonum. Varia eius interpretatio fuit. Finivit hoc alius alio modo, alius illud aliter expressit. Quidam ita finiunt: Bonum est, 8 quod invitat animos, quod ad se vocat. Huic statim opponitur: Quid si invitat quidem, sed in perniciem? scis quam multa mala, blanda sint. Verum, et verisimile, inter se differunt ita: Quod bonum est, vero iungitur: non est enim bonum, nisi verum est. At quod invitat ad se, et ^a allicere facit, verisimile est: subrepat, sollicitat, attrahit. Quidam ita finierunt: 9 Bonum est, quod appetitionem sui movet, vel quod impetum animi tendentis ad se movet. Et huic idem opponitur: multa enim impetum animi movent, quae petuntur petentium malo. Melius illi, qui sic finierunt: Bonum est, quod ad se impetum animi secundum naturam movet: et ita demum petendum est, quum coepit esse expetendum. Iam et honestum est:

B b 2

hoc

a. *allicere facit* i. e. vocat. Sic omnes libri scripti et cusi praeter Muretum et Lipsium, qui Pintiani divinationem sequuti, *allicit facie* reducerunt. Gronovius, qui Senecam verbo minus vulgato usum esse putabat, e Sueton. Vitell. 14 *allicefacit* reponi maluit.

qui hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaque distinguere. Senec. Ep. 71, 7. De bono multae fuerunt definitiones inter se differentes. Cic. de fin. III, 10. Vide Lipsii Manuduct. II, 22, et Tiedemannii System III, 33 sqq. 37 sq. Saepius iam huic quaestioni indullit noster, e. c. Ep. 20. 66. 74 etc. De auctoribus harum definitionum nihil aliunde constat.

9. *Bonum est — naturam movet*] Cic. de fin. III, 10: Ego (Cato) assentior Diogeni, qui bonum definierit id, quod esset natura absolutum. Diogenes fuit babylonius, stoicus, quem Laelius audivit. cf. Fabric. B. G. Vol. III. p. 560. *et ita demum petendum*. Cato apud Cic. l. l. quum ab iis rebus, quae sunt secundum naturam, ascendit animus collatione rationis, tum ad notionem boni pervenit.

10 hoc enim perfecte est petendum. Locus ipse me admonet, ut, quid intersit inter bonum honestumque, dicam. Aliquid inter se habent mixtum, et inseparabile: nec potest bonum esse, nisi cui aliquid honesti inest: et honestum utique bonum est. Quid ergo inter duo interest? Honestum est perfectum bonum, quo beata via completur, cuius contactu alia quoque bona fiunt. Quod dico, tale est. Sunt quaedam neque bona, neque mala: tanquam militia, legatio, iurisdictione. Haec quum honeste administrata sunt, bona esse incipiunt, et ex dubio in bonum transeunt: Bonum societate honesti fit, honestum per se bonum est. Bonum ex honesto fluit, honestum ex se est. Quod bonum est, malum esse potuit: quod honestum est, nisi bonum esse non potuit. Hanc quidam finitionem reddiderunt: Bonum est, quod secundum naturam est. Attende quid dicam. Quod bonum est, et secundum naturam est: non protinus quod secundum naturam est, et bonum est. Multa quidem naturae consentiunt: sed tam pusilla sunt, ut non conveniat illis boni nomen. Levia enim sunt, et contemnenda: ^b nullum etiam minimum contemnendum bonum.

b. *nullum etiam minimum.* Sic unus Pintiani et tres palat.
i. e. minimum contemnendum bonum est nullum. Muretus:
nul-

10. *Locus ipse* rel.] Nam cum bono semper honestum coniunxisse Stoicos notum est vel e Cic. de Off. I, 5. Quum enim dicerent, bonum semper prodesse, ideoque experendum et iustum et honestum (*καλόν*) esse, et nihil aliud in bonorum numero nisi hone-

stum esse vellent, illud honestum et explicare et defendere debebant. Cerni autem id docebant iustitia, constantia, temperantia et scientia. Diog. Laert. VII, 100. Cf. Tiedemann III p. 58 sq.

12. *Multa quidem naturae* rel.] Bonum, ait, secundum naturam

bonum. Nam quamdiu exiguum est, bonum non est: quum bonum esse coepit, non exiguum est. Unde aliquid cognoscitur bonum? si perfecte secundum naturam est. Fateris, inquis, quod bonum est, se-¹³ cundum naturam esse: haec eius proprietas est. Fateris et alia secundum naturam quidem esse; sed bona non esse. Quomodo ergo illud bonum est, quum haec non sint? quomodo ad aliam proprietatem pervenit, quum utriusque praecipuum illud commune sit, secundum naturam esse? ipsa scilicet magnitudine. Nec hoc novum est, quaedam crescendo mutari. In-¹⁴ fans fuit, factus est pubes: alia eius proprietas fit: ille irrationalis est, hic rationalis. Quaedam incremento non tantum in maius exeunt, sed in aliud. Non fit, inquit, aliud quod maius sit. Vtrum lagenam an dolium impleas vino, nihil refert: in utroque proprietas vini est. Exiguum mellis pondus, et magnum, sapore non differt. Diversa ponis exempla, in istis enim eadem qualitas est: quamvis augeantur, manent. Quaedam amplificata in suo genere, in sua¹⁵ proprietate perdurant: quaedam post multa incrementa, ultima demum vertit adiectio, et novam illis, aliamque, quam in qua fuerant, conditionem im-

B b 3

pri-

nullum nec minimum: at Pint. *nullum minimum.* Erasmus: *Nullum enim m. Nullum est minimum* ed. vetusta. Nexus obfirmat postulatque receptam lectionem.

turam est, sed pervenit ad hanc suam proprietatem ipsa magnitudine. Dissensus, qui inter nostrum et Cic. I. I. intercedit, ita conciliari fortasse potest: quod bonum ait noster, crescendo ad summum pervenit, atque tum neque augeri neque minui potest: Cato contra ap. Ciceronem de summo bono

loquitur, quod genere, non magnitudine cernatur. Vereor tamen, ut recte philosophantibus sententiam suam probaverit Seneca: non enim magnitudine, sed recto rationis, sine qua, ut ipse ait Ep. 66, 12, nullum bonum est, usu illud bonum cerni debet, si ceteros Stoac auctores audias.

primit. Vnus lapis fecit fornicem, ille qui latera inclinata cuneavit, et interventu suo vinxit. Summa adiectio quare plurimum facit, vel exigua? quia non auget, sed implet. Quaedam processu priorem exuunt
 16 formam, et in novam transeunt. Vbi animus aliquid diu protulit, et magnitudinem eius sequendo lassatus est, infinitum coepit vocari; quod longe aliud factum est quam fuit, quum magnum videretur, sed finitum. Eodem modo aliquid difficulter secari cogitavimus: novissime crescente difficultate, infecabile inventum est. Sic ab eo, quod vix et aegre movebatur, processimus ad immobile. Eadem ratione aliquid secundum naturam fuit: hoc in aliam proprietatem magnitudo sua transtulit, et bonum fecit.

EPISTOLA CXIX.

Iocose promittit amico, se docturum eum esse, quomodo fieri dives celerrime possit. Deinde monet, maximas esse divitias, quas a nobis ipsis petierimus, naturae nihil negantes, quae paucis contenta est, et supervacua dimittit. Tunc nobis nihil deest, finem omnium rerum spectantibus, qui naturam non excedit; divitiarum desinere tunc non possunt, satis habebimus: pecunia autem neminem fecit divitem. Ii contra, qui vulgo divites sunt, proprie pro pauperibus habendi sunt.

Quoties aliquid inveni, non exspecto, donec dicas, In commune: ipse mihi dico. Quod fit quod invene-

16. *Vbi animus rel.] i. e.* ubi animus diu aliquid in conspectum suum extulerit, ut in id inquirat, atque eius magnitudinem ultra sequi non poterit, exemplo sit tempus, aeternitas, tunc illud infinitum coepit vocari. Ita, quae finita videbantur, infinita sunt, et in novam exeunt formam. Exempla haec illustrant, sed parum probant. Sed hanc argumentationem Senecae propriam esse putaverim.

1. *In commune]* Sic Graeci de rebus inventis et casu obla-

nerim, quaeris? sinum laxa, merum lucrum est. Docebo quomodo fieri dives celerrime possis, quod valde cupis audire. Nec immerito: ad maximas te divitias compendiariâ ducam. Opus erit tamen tibi creditore. ut negotiari possis, aes alienum facias oportet: sed nolo per intercessorem mutueris, nolo proxenetae nomen tuum iactent. Paratum tibi creditorem² dabo, Catonianum illum: a te mutuum fumes. Quantumcunque est, satis erit, si quidquid deerit, id a nobis petierimus. Nihil enim, mi Lucili, interest, utrum non desideres, an habeas. Summa rei in utroque est eadem: non torqueberis. Nec illud praecipio, ut aliquid naturae neges: contumax est, non potest vinci, suum poscit: sed ut quidquid naturam excedit, scias precarium esse, non necessarium. Esu³ rio: edendum est. utrum hic panis sit plebeius, an filigineus, ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem non delectari vult, sed impleri. Sitio. utrum haec aqua sit quam ex lacu proximo excepero, an ea quam multa nive^a clusero, ut rigore refrigeretur alieno, ad

B b 4

natu-

a. *clusero*. Sic Erasmi editio et romana: praetulerunt Lipsius et Gronovius: conveniunt palatini codd. mss. omnes. Pintiani

oblatis dicere solebant, Ἐρμῆς κοινός, notante Lipsio et Gronovio, qui laudat Phaedri fab. V, 6, 3 Eia, inquit (calvus), in commune, quodcunque est lucri. Res nota et a multis, e. c. paroemiographis et iis, quos praeter Burmannum Iacobs amicis. ad Brunk. Anal. II p. 269, XIII laudat, explicata. *sinum* togae: similiter Horat. Serm. II, 3, 172 ferre sinu

laxo. sed nolo — iactent. proxenetae, προξενηταί, quorum interventu negotia conciliantur.

2. *Catonianum illum*] sc. creditorem. Nam M. Cato dixit: Quod tibi deest, a te ipso mutuare. Senec. de benef. V, 7. Te ipsum tibi paratum creditorem dabo, illum quem Cato dare solebat.

3. *utrum hic panis* — plebeius] i. farreus: far autem est

ge-

naturam nihil pertinet. Illa hoc unum iubet, sitim
 4 exstingui. Vtrum sit aureum poculum, an crystalli-
 num, an murrhinum, an Tiburtinus calix, an manus
 concava, nihil refert. Finem omnium rerum specta,
 et supervacua dimittes. Fames me appellat: ad proxi-
 ma quaeque extendatur manus: ipsa mihi commenda-
 bit, quodcumque comprehendero. Nihil contemnit
 esuriens. Quid sit ergo, quod me delectaverit, quae-
 ris?

tiani codd. praestant *elifero*. Editio antiqua: *thiferove fri-
 gore*. Mox *extendatur* Erasmus et nonnulli codd.; alii una
 cum editione antiqua, *porrigatur*. Deinceps *inani me, in-
 quis, lance m.* firmat et ed. antiqua: probat Turneb. *Advers.*
 26, 14. Erasmus cum plurimis codd. mss. *inanima in-
 quis l. m.*

genus tritici durius ac ponde-
 rosius, domesticum Italiae fru-
 mentum. Plin. 18, 7. cf. Hey-
 nii Opusc. acad. I p. 357.
 Schneideri Index ad Scriptt.
 Rer. rust. h. v. *filigineus*, e
 tritico: tener et filig: coniun-
 gitur Ep. 123, 2. Plin. 18, 8
 tritici delicias vocat. cf. Hey-
 nii Op. ac. I p. 358 et Schnei-
 deri Index laud. h. v. *cluse-
 ro*; aqua enim in vase circum-
 dari nive solebat.

a. *murrhinum*] E murrha
 vasa, e. c. pocula murrhaea, s.
 murrhina, confecta esse constat,
 sed quidnam fuerit, non satis
 compertum est. Vt Christii,
 Rezzonici (Disq. Plin. To. II.
 p. 213 sq.), Leblondii (Hist. de
 l'Acad. des Inscr. To. 43),
 Brückmanni al. opiniones omit-
 tam, omnes fere in eo conve-
 niunt, murrham genus quod-

dam agathi s. pseudopali s. quae
 fuit b. Velthemii sententia,
 steatitae sinici (sinetischer
 Speckstein) pretiosum fuisse.
 Duplex tamen species fuit, al-
 tera naturalis, quae e terra
 effodiebatur, altera artificiose
 composita, instar fluoris vi-
 treii. Cf. Larcher. Hist. de
 l'Acad. des Inscr. To. 43; cui
 assentitur Blumenbach (Natur-
 gesch. p. 599 ed. VI. sed in ed.
 VII. anni 1803 delevit B. istum
 locum, mutata forsitan senten-
 tia). Cum crystallum tum
 murrham misit Oriens; ex ea-
 dem terra effodimus, ait Plin.
 37, 2, qui utrumque describit.
Tiburtinus calix, fictilis. L.
 Fictilia vasa Tibure facta esse,
 aliunde non constat: Strabo V,
 3, 11 lapicidinas memorat, sed
 marmoris, nunc travertino ap-
 pellati: de terra *f.* creta figu-
 lina tacet.

ris? Videtur mihi egregie dictum: Sapiens divitiarum naturalium est quaesitor acerrimus. Inani me, inquis, lance muneras. Quid est ^b istud in commune? iam ego paraveram fiscos: circumspiciebatur in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem, quas arcefferem merces. Deciperé est istud, docere paupertatem, quam divitias promiseris. Ita tu pauperem iudicas, cui nihil deest? Suo, inquis, et patientiae suae beneficio, non fortunae. Ideo ⁶ ergo illum non iudicas divitem; quia divitiae eius definire non possunt? Vtrum malis habere multum, an satis? qui multum habet, plus cupit; quod est argumentum, nondum illum satis habere: qui satis habet, consecutus est, quod nunquam diviti contingit, finem. An has ideo non putas esse divitias, quia ⁷ propter illas nemo proscriptus est? quia propter illas nulli venenum filius, nulli uxor impexit? quia in bello tutae sunt? quia in pace otiosae? quia nec habere illas periculosum est, nec operosum disponere? An parum habet, qui tantum non alget, non esurit, non fitit? plus Iupiter non habet. Nunquam parum ⁸ est, quod satis est: nunquam multum est, quod satis non est. Post Darium et Indos pauper est Alexander

B b 5

Ma-

b. *istud in commune?* Lipsii est coniectura. Codd.: *quid est istud inane*, aut simile quid.

5. *iam ego paraveram* — *merces*] ut vel argentariam exercendo, vel publica e. c. vectigalia redimendo, vel mercaturam faciendo dives fierem. Cf. Ep. 101 in init.

7. *An parum habet, qui tantum non* rel.] i. qui profusus non a., qui multa alia quidem non possidet, sed tamen

non alget. Ita Cicero Ep. ad Attic. 14, 5 eos tantum non laudari, sed includi. Moneo propter Pintianum, qui huius significationis immemor legendum putabat: *qui tantum non, non alget*, i. e. qui fere non alget.

8. De *Alexandro* cf. ad Ep. 91, 17. in *Oceanum* rel. Nearcho

Macedo: quærit quod suum faciat, scrutatur maria ignota, in Oceanum classes mittit novas, et, ut ita dicam, mundi claustra perumpit. Quod naturæ satis est, homini non est. Inventus est: quin concupisceret aliquid post omnia. tanta est caecitas mentium, et tanta initiorum suorum unicuique, quum processit, oblivio. Ille modo ignobilis anguli non sine controversia dominus, de tanto sine terrarum per suum rediturus orbem tristis est. Neminem pecunia divitem fecit: immo contra, nulli non maiorem sui cupiditatem incussit. Quæris: quæ sit huius rei causa? **10** plus incipit habere posse, qui plus habet. Ad summam, quem voles mihi ex his, quorum nomina cum Crasso Licinoque numerantur, in medium licet protrahas: afferat censum, et quidquid habet, et quidquid sperat, simul computet: iste, si mihi credis, pauper est; si tibi, potest esse. At hic, qui se ad id quod natura exigit, composuit, non tantum extra **11** sum est paupertatis, sed extra metum. Sed ut scias, quam difficile sit res suas ad naturalem modum coarctare, hic ipse quem circa naturam diximus, quem tu vocas pauperem, habet aliquid et supervacui. At ex-

cae-

c. de tanto. Lipsius ait: divinet aliquis: detecto.

cho duce, cuius paraplum s. itinerarium expressit Arrianus in Indicis egregie nuper illustratis a Vincentio: the voyage of Nearchus from the Indus to the Euphrates etc. London 1797, hæc expeditio facta est anno 326 ante Christ. natum, qua Orbis nostri pars detegebatur tunc incognita: hinc *mundi claustra per.* et mox, *post omnia* lucem accipiunt.

9. *Ille modo ignobilis anguli*] Macedoniae, non sine controversia: bella enim ei gerenda erant cum populis quibusdam vicinis, Triballis, Getis, Illyriis, Thebanis etc. Res nota.

10. De Crasso omnia e Cicerone et Plutarchi vita nota. Licinus fuit Augusti s. Claudii praedives libertus, de quo vid. Dio

caecant populum, et in se convertunt opes, si numerati multum ex aliqua domo effertur, si multum auri tecto quoque eius illinitur, si familia aut corporibus electa, aut spectabilis cultu est. Omnium istorum ¹² felicitas in publicum spectat: ille quem nos et populo et fortunae subduximus, beatus introrsum est. Nam quod ad illos pertinet, apud quos falso divitiarum nomen invasit occupata paupertas: sic divitias habent, quomodo habere dicimur febrem, quum illa nos habeat. E contrario dicere ^d solemus: Febris illum tenet. eodem modo dicendum est: Divitiae illum tenent. Nihil ergo monuisse te malim, quam hoc, ¹³ quod nemo monetur fatis: ut omnia naturalibus desideriiis metiaris, quibus aut gratis fatis fiat, aut parvo. Tantum miscere vitia desideriiis noli. Quæris, quali mensa, quali argento, quam paribus ministeriis, et levibus, afferatur cibus? nihil præter cibum natura desiderat.

*Num tibi, quam fauces urit sitis, aurea quaeris
Pocula? num esuriens fastidis omnia præter
Pavonem rhombumque?*

Am-

d. *solemus*. Sic Erasim. et omnes mss. Pintianus contra male emend. *debemus*.

Dio Cass. 54, 21 interp. Juvenal. Sat. 1, 109. 14, 306.

11. *illinitur*] de auro, quo vestes, marmora etc. ornantur, τὸ *illinere* in usu erat, termini, ut ita dicam, technici loco, quo graec. βρέχειν expresserunt. Monco, ne Lexicis credens, contemptus causa posita haec putes. Cf. Salmas. ad Script. Hist. Aug.

T. H. p. 551. Nic. Heinsius ad Ovid. A. A. III, 232, quibus egregie usus est Böttiger ad Horat. IV. Carm. 9, 14. *familia* servorum.

13. *quam paribus ministeriis*] servis, qui ministrabant, aetate aut colore paribus. De brev. vit. c. 12, 1, L. *et levibus* i. e. glabris. Versus sunt Horatii Sat. I, 2, 113. sq.

- 14 Ambitiosa non est fames: contenta desinere est: quo desinat, non nimis curat. Infelicis luxuriae ista tormenta sunt. quaerit quemadmodum post saturitatem quoque esuriat; quemadmodum non impleat ventrem, sed farciat; quemadmodum sitim prima portione sedatam revocet. Egregie itaque Horatius negat ad sitim pertinere, quo poculo aqua, aut quam eleganti manu
- 15 ministretur. Nam si pertinere ad te iudicas, quam crinitus puer, et quam perlucidum tibi poculum porrigat, non fitis. Inter reliqua, hoc nobis natura praestitit praecipuum, quod necessitati fastidium excussit. Recipiunt supervacua delectum. Hoc parum decens, illud parum laudatum, oculos hoc meos laedit. Id actum est ab illo mundi conditore, qui nobis vivendi iura descripsit, ut salvi essemus, non delicati. Ad salutem omnia parata sunt, et in promptu: deliciis omnia misere ac folicite comparantur. Vtatur ergo hoc naturae beneficio inter magna numerando: et cogitemus, nullo nomine melius illam meruisse de nobis, quam quia quidquid ex necessitate desideratur, sine fastidio sumitur.

EPISTOLA CXX.

Vt desiderio amici satisfaciat, quaestionem, quomodo ad nos boni honestique notitia pervenerit, tractandam sibi sumit, et docet nihil esse bonum, nisi quod honestum sit, et quod honestum sit, utique bonum esse. Tunc redit ad istam quaestionem. Ac primum natura scientiam non dedit, sed semina scientiae: non casu

15. *crinitus puer*] qui a poculis, muliebri plerumque habitu erant, capillitio fluente et longo. Imo et alii Paedagogiani fere pueri. Vnde Martialis: Crinitae, Line, Paedagogae turbac etc. *L. laudatum:* tangit coenipetarum, aut comium convivarum ritus, singula fercula regis sui, quae placuissent, laudantium: quae sunt verba I. F. Gronovii in Obsf. III, 14 p. 423 ed. lipf., quem videas.

casu in virtutem incidere potuimus. Ratio analogiae ope, observatione et verum saepe facturum inter se collatione, notitiam illam nobis peperit. Deinde similitudo, quae inter virtutes et vitia intercedit, coegit nos attendere, ut haec consinia distinguerentur: ita vitia observata sunt. Sequitur hinc observatio de viro sapiente, in quo perfecta virtus conspecta est, quam in partes divisimus: quatuor inde virtutes ortum suum duxere, temperantia, fortitudo, prudentia, iustitia. Unde virtus intellecta est, et illa beata vita. Hoc ipsam nobis apparuit in viro perfecto, cuius descriptio adiungitur.

Cf. Ep. CXVIII. Cicero de Finib. III, 10 sq. De Off. I, 5 et alias passim.

Epistola tua per plures quaestiunculas vagata est, sed in una consistit, et hanc expediri desiderat: Quomodo ad nos boni honestique ^anotitia pervenerit. Haec duo apud alios diversa sunt, apud nos tantum divisa. Quid sic hoc, dicam. Bonum putant esse aliqui, quod utile est. itaque hoc, et divitiis, et equo, et vino, et calceo nomen imponunt: tanta fit apud illos boni vilitas, et adeo usque ad sordida descendit. Honestum putant, cui ratio recti officii constat: tan-²quam, pie curatam patris senectutem, adiutam amici pau-

a. notitia. Sic Erasmi. et palat. omnes, et editio antiqua. Muretus e Pint. lectione antiqua: *prima notitia p.* Mox: *tanta fit apud illos boni vilitas:* Erasmus, editio antiq. et omnes palat. At Muretus: *tanta est ap. rel.*

1. Haec duo apud alios] e. c. Academicos et Peripateticos — apud nos Stoicos: vide Ep. 118, 10. Bonum putant esse aliqui sc. illae tres disciplinae sive sectae Philosopherum, quae virtutem, ut Ciceronis verbis de Fin. III, 11 inquit, utar, a summo bono excludunt, Aristippi, Epicuri,

Hieronymi, Carneadis. Cic. de Fin. II, 11. III, 9. Et Stoici dixere, bonum esse, quod utile sit sive non differat ab utilitate, ἀγαθόν ἐστὶν ὠφέλεια, ἢ οὐχ ἕτερον ὠφέλειας. Cf. Tiedemann III, 35 system.

2. Honestum — sententiam] ad media itaque referunt, quo officia, secundum Stoicos, pertine-

paupertatem, fortem expeditionem, prudentem moderatamque sententiam. Ista duo quidem facimus, sed ex uno. Nihil est bonum, nisi quod honestum est: quod honestum est, utique bonum. Supervacuum iudico adicere, quid inter ista discriminis sit, quum saepe dixerim. Hoc unum dicam: Nihil nobis bonum videri, quo quis et male uti potest. Vides autem, divitiis, nobilitate, viribus, quam multi male utantur. Nunc ergo ad id revertor, de quo desideras dici: Quomodo ad nos prima boni honestique notitia pervenerit. Hoc nos docere natura non potuit: femina nobis scientiae dedit, scientiam non dedit. Quidam aiunt nos in notitiam incidisse: quod est incredibile, virtutis alicui speciem casu occurrisset. Nobis videtur observatio collegisse, et rerum saepe factarum inter se collatio: per analogiam ^b nostri intellectus

b. *nostri intellectus et honestum et bonum indicant.* Sic omnes codd. mss. et editio antiqua. Pintiani tamen coniectura perperam romanam ed. et sequentes invasit: *nostro intellectu et b. et b. indicante.*

tinere constat. Enimvero Stoici aliter statuebant, quippe quos primos inter honestum et decorum distinxisse nec bonum ab honesto separasse rectè Cicero pronuntiavit, *quum saepe dixerim*, e. c. in epist. 118. nobis Stoicis.

3. *Nunc ergo ad id revertor* rel.] Quum Stoici demonstrassent, bonum honestumque esse, et differre ab officiis eo, quod haec praescriptiones dent nonnisi in breve tempus et quasi quotidie, illud honestum vero in rotam vitam,

et quod officia a primis naturae orientur, honestum autem bonumque illis adeo haud semel adversari videantur; ista quaestio, cui hic respondet noster, enodanda venit, de qua iam inde a Socratis tempore disputaverant philosophi, utrum sapientia a natura sit an doceri possit. Platoni in Menone et Protagora placuit *ἡ ἀρετή φύσει ἔσται* nos in hanc notitiam incidisse: Stoici tribuebant rationi. Cf. Cic. de Fin. III, 10, et Garve Ueberficht p. 69 sqq. Quinque autem

ctus et honestum et bonum indicant. Hoc verbum 4
 quum latini grammatici civitate donaverint, ego da-
 mnandum non puto, nec in civitatem suam redigendum.
 Utar ergo illo non tanquam recepto, sed tanquam
 usitato. Quae fit haec analogia, dicam. Noveramus
 corporis sanitatem: ex hac collegimus esse ali-
 quam et animi. noveramus corporis vires: ex his
 collegimus esse et animi robur. Aliqua benigna facta,
 aliqua humana, aliqua fortia, nos obtupefecerant:
 haec coepimus tanquam perfecta mirari. Suberant illis 5
 multa vitia, quae species alicuius conspicui facti ful-
 gorque celabat: haec dissimulavimus. Natura iubet
 augere laudanda: nemo non gloriam ultra verum tulit.
 Ex his ergo speciem ingentis boni traximus. Fabri-
 cius Pyrrhi regis aurum repulit, maiusque regno iu-
 dicavit, regias opes posse contemnere. Idem, me-
 dico Pyrrhi promittente venenum se regi daturum, mo-
 nuit Pyrrhum, caveret insidias. Eiusdem animi fuit, 6
 auro non vinci, veneno non vincere. Admirati fu-
 mus ingentem virum, quem non regis, non contra
 regem promissa flexissent, boni exempli tenacem:
 quod difficillimum est, in bello innocentem: qui ali-
 quod esse crederet etiam in hostes nefas: qui in sum-
 ma paupertate, quam sibi decus fecerat, non aliter re-
 fugit

c. *in hostes*. Sic Erasmus, Muretus, editio antiqua: Lipsius:
in hoste. — *quam*. Sic, omnes palatini et editio ant. Erasmus
 tamen: *qua*.

modis fieri rerum notitias dice-
 bat Zeno ap. Diog. Laert. VII,
 52 sq. quae cum iis, quae no-
 ster posuit, bene conciliari
 possunt.

4. Iam Cicero aliiue hoc
 verbo, *Analogia*, usi sunt:

cf. Stephani Thesaur. L. L.
nec in civitatem suam i. e.
graecam redigendum, repel-
 lendum.

5. *Suberant illis*] quae tan-
 quam perfecta mirari coepera-
 mus etc. *species*, notio. *Fa-
 bri-*

fugit divitias quam venenum. Vive, inquit, beneficio meo, Pyrrhæ, et gaude, quod adhuc dolebas, Fabricium non posse corrumpi. Horatius Cocles solus implevit pontis angustias, adimique a tergo sibi reditum, dummodo iter hosti auferretur, iussit: et tam diu resistit prementibus, donec revulsa ingenti ruina tigna sonuerunt. Postquam respexit, et extra periculum esse patriam periculo suo sensit: Veniat, si quis vult, inquit, sic euntem sequi: deditque se in præcep-
 8 ceps: et non minus sollicitus in illo rapido alveo fluminis, ut armatus, quam ut salvus exiret, retento armorum vitricium decore, tam tutus rediit, quam si ponte venisset. Haec et huiusmodi facta imaginem nobis ostendere virtutis. Adiciam quod mirum fortasse videatur: mala interdum speciem honesti obtulerunt, et optimum ex contrario nituit. Sunt enim, ut scis, virtutibus vitia confinia, et perditis quoque
 ac

d. *si ponte.* Sic Erasmi. et codd. pars: Pintianus inde fecit: *si e ponte.* Tres codd. et ed. antiqua: *si sponte.*

bricius rel. Narrat haec quoque eadem fere ratione Plutarchus in Pyrrhi vita c. 20. 21. Livii mentio et narratio harum rerum iniuria temporis periit.

6. *Vive, inquit — corrumpi.*] Plutarchus conservavit epistolam a Fabricio et eius collega Q. Aemilio Coss. a. v. c. 474 ad Pyrrhum missam diversi argumenti: Neque amicorum videris neque hostium esse felix iudex. Lectis, quae ad nos missae sunt, literis, cognosces, te contra bonos et iustos viros bellum ge-

rere, perfidis et improbis habere fidem. Neque vero haec nos, quo gratiam emereamur tuam, indicamus tibi, sed ne casus tuus adspargat maculam nobis, ut dolo videamur, quasi nequiverimus virtute, bellum perpetrasse.

7. *Horatius Cocles*] e Livio II, 10 res notissima.

8. *armatus*] scuto et gladio, ὄπλα. cf. Cuperi Obs. I, 7 p. 43 ed. Lips. *Sunt enim — similitudo est.* Idem observat noster de Clementia I, 3, 1. cf. Cortium ad Sallust. de B. Cat. c. XI. Propter hanc vicini-

ac turpibus recti similitudo est. Sic mentitur prodigus liberalem: quum plurimum interfit, utrum quis dare sciat, an servare nesciat. Multi, inquam, sunt, Lucili, qui non donant, sed proiciunt. non voco ego liberalem, pecuniae suae iratum. Imitatur negligentia facilitatem, temeritas fortitudinem. Haec nos similitudo coëgit attendere, et distinguere specie quidem vicina, re autem plurimum inter se diffidentia. Dum observamus eos, quos insignes egregium opus fecerat, coepimus annotare, quis rem aliquam generoso animo fecisset et magno impetu. ^eSed se- 10 mel hunc vidimus in bello fortem, in foro timidum; animose paupertatem ferentem, humiliter infamiam: factum laudavimus, contempsimus virum. Alium vidimus adversus amicos benignum, adversus inimicos temperatum, et publica et privata sancte ac religiose administrantem: non deesse ei, et in his quae toleranda erant, patientiam, et in his quae agenda, prudentiam. Vidimus ubi tribuendum esset, plena manu dantem: ubi laborandum, pertinacem et obnoxium, et lassitudinem corporis animo sublevantem. Praeter- 11 ea idem erat semper, et in omni actu par sibi, iam non consilio bonus, sed more eo perductus, ut non tantum recte facere posset, sed nisi recte facere non posset. Intelleximus in illo perfectam esse virtutem: hanc in partes divisimus. Oportebat cupiditates re-
frae-

e. *Sed semel hunc v.* Sic coniunxi haec verba, quum antea esset: *impetu, sed semel. Huuc v.* Fortasse erat: *Sed simul h. v.*

ciniam vitia interdum virtutum laudem accipiunt, inprimis apud adulatores: vide egregium hac de re locum Platonis VII p. 55 bip. Lucret. IV, Vol. III.

1154 sq. et quos laudat Jacobs amiciss. ad Brunk. Anal. Animadv. Vol. III. P. III p. 54.

10. *pertinacem et obnoxium*] Obnoxius est qui tradit
C c

fraenari, 'metus comprimi, facienda provideri, red-
 12 denda distribui: comprehendimus temperantiam, for-
 titudinem, prudentiam, iustitiam, et suum cuique de-
 dimus officium. Ex quo ergo virtutem intelleximus?
 Ostendit illam nobis ordo eius, et decus, et con-
 stantia, et omnium inter se actionum concordia, et
 magnitudo super omnia efferens sese. Hinc intellecta
 est illa beata vita, secundo defluens cursu, arbitrii
 sui tota. Quomodo ergo hoc ipsum nobis apparuit?
 13 dicam. Nunquam vir ille perfectus adeptusque virtu-
 tem, fortunae maledixit: nunquam accidentia triftis
 excepit; civem esse se universi et militem credens,
 labores velut imperatos subiit. Quidquid inciderat,
 non tanquam malum aspernatus est, et in se casu de-
 latum, sed quasi delegatum sibi. Hoc quaecumque
 est, inquit, meum est: asperum est, durum est: in
 14 ipso navemus operam. Necessario itaque magnus ap-
 paruit, qui nunquam malis ingemuit, nunquam de
 fato suo questus est, fecit multis intellectum sui, et
 non aliter quam in tenebris lumen effulfit: advertit-
 que in se omnium animos, quum esset placidus et le-
 nis,

dit se cui rei, et saepe libero
 opponitur. cf. ad III de Ira
 8, 1. a. Ceterum sapientem
 hic delineari patet.

12. *Hinc intellecta est illa
 beata vita*, (de qua existat Se-
 necae liber egregius) *secundo
 defluens cursu.*] cf. ad Ep. CXI,
 3. Est vitae actionumque fa-
 cilitas, quam Stoici uno ver-
 bo εὐπορίαν vocabant. De-
 scribit noster Ep. 124, 19.
 De vita beat. c. 3 et 4. Ep.
 45, 8. Menagius ad Diog.
 Laert. VII, 88. et Epictet. Dif-

fertat. I, 4, 1 sq. ed. Lips. ibiq.
 not.

13. *civem esse se universi, et
 militem credens* rel.] Respe-
 xisse videtur Socratem, quem
 non Atheniensem se esse di-
 xisse constat, sed mundanum,
 et se cum milite comparasse:
 unde haec comparatio postea
 ad Cynicos Stoicosque deve-
 nit. Egregie his usus est Epi-
 ctetus in Dissert. I, 9, ubi cf.
 Vpton.

14. *fecit multis intellectum
 sui*] multis virtute sua inno-
 tuit et utilis factus est.

nis, et humanis divinisque rebus pariter aequus. Habebat perfectum animum, ad summam sui adductus, supra quam nihil est nisi mens Dei, ex qua pars et in hoc pectus mortale defluxit: quod nunquam magis 15
divinum est, quam ubi mortalitatem suam cogitat, et scit in hoc natum hominem, ut vita defungeretur: nec domum esse hoc corpus, sed hospitium, et quidem breve hospitium, quod relinquendum est, ubi te gravem esse hospiti videas. Maximum, inquam, mi Lucili, argumentum est animi ab altiori venientis fede, si haec in quibus versatur, humilia iudicat, et angusta, si exire non metuit. Scit enim quo exiturus fit, qui, unde venerit, meminit. Non videmus, quam 16
multa nos incommoda exagitant, quam male nobis conveniat hoc corpus? Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore ac faucibus querimur: alias nervi nos, alias pedes vexant: nunc deiectio, nunc destillatio: aliquando superest sanguis, aliquando deest: hinc atque illinc tentamur, et expellimur. Hoc evenire solet in alieno habitantibus. At nos corpus tam putre for- 17
titi, nihilominus aeterna proponimus, et in quantum potest aetas humana protendi, tantum spe occupamus, nulla contenti pecunia, nulla potentia. Quid hac re fieri impudentius, quid stultius potest? Nihil satis est morituris, immo morientibus. quotidie enim propius ab ultimo stamus, et illo, unde nobis cadendum est, hora nos omnis impellit. Vide in quanta caecitate mens nostra fit! Hoc quod futurum dico. cum- 18
maxime fit, et pars eius magna iam facta est. nam quod viximus tempus, eo loco est, quo erat ante-

C c 2

quam

16. *nunc deiectio*] alvi, nostro allata sunt, quippe quibus libenter immorari senex solet.
nunc destillatio, catarrhus, vide ad Epist. 78, 1. Ceterum haec et sequentia saepe iam a

quam viximus. Erramus autem, qui ultimum time-
 mus diem: quum tantundem in mortem singuli con-
 ferant. Non ille gradus lassitudinem facit, in quo
 defecimus, sed ille profitetur. Ad mortem dies ex-
 tremus pervenit, accedit omnis. Carpit nos illa,
 19 non corripit. Ideo magnus animus, conscius sibi
 melioris naturae, dat quidem operam, ut in hac sta-
 tione, qua positus est, honeste se atque industrie
 gerat: ceterum nihil horum quae circa ipsum sunt,
 suum iudicat, sed ut commodatis utitur, peregrinus
 et properans. Quum aliquem huius viderimus con-
 stantiae, quidni subiret nos species non usitatae indo-
 lis, utique si hanc, ut dixi, magnitudinem veram esse
 ostendebat ^faequalitas? Veri tenor permanet, falsa
 20 non durant. Quidam alternis Vatinii, alternis Cato-
 nes sunt: et modo parum illis severus est Curius,
 parum pauper Fabricius, parum frugi et contentus vili
 Tubero: modo Licinum divitiis, Apicium coenis,
 Maecenatem deliciis provocant. Maximum iudicium est
 malae mentis, fluctuatio, et inter simulationem vir-
 tutum, amoremque vitiorum, assidua iactatio.

— habe-

f. *aequalitas? Veri tenor permanet, falsa non durant.* Haec est Gronovii coniectura, quam veram lectionem habeo. Erasmus: *utique si hanc, ut dixi, magnitudinem veram esse ostendebat. Qualitatis verae tenor permanet etc.* Codd. palatini ap. Gruter. *Qualitas vero tenera, alius, qualitas vero tenet, alius, quas vero tenet, alius, qualitas vere tenor.* Palat. tert.: *ostendebat qualitas. Verus tenor.* Editio antiqua: *ostendebat qualitas veritatis verus tenor p.* Mox vili Tubero: ed. ant. habet: *fictilibus.*

18. *Carpit — corripit.*] Paullatim mors ad se ducit, non impetu rapit. L.

19. *utique si hanc — aequa-
 litas.*] cf. §. 12: Ostendit il-

lam nobis ordo eius et decor et constantia et omnium inter se actionum concordia etc. τὸ· si non redundat, sed est pro: quum, praesertim quum —.

— *habebat saepe ducentos,* 21

*Saepe decem servos: modo reges atque tetrarchas,
Omnia magna, loquens: modo, sit mihi mensa
tripes, et*

*Concha salis puri, et toga, quae defendere frigus,
Quamvis crassa, queat. decies centena dedisses
Huic parco paucis contento: quinque diebus
Nil erat in oculis.*

Omnes isti tales sunt, qualem hunc describit Ho. 22
ratius, nunquam eundem, nec similem quidem sibi.
adeo in diversum aberrat. Multos dixi: prope est
ut omnes sint. Nemo non quotidie et consilium mu-
tat, et votum. modo uxorem vult habere, modo
amicam: modo regnare vult, modo id agit, ne quis
sit officiosior servus: modo dilatat se usque ad invi-
diam, modo subfidit, et contrahitur infra humilita-
tem vere iacentium: nunc pecuniam spargit, nunc
rapit. Sic maxime coarguitur animus imprudens: 23
alius prodit atque alius, et (quo turpius nihil iudico)
impar sibi est. Magnam rem puta, unum hominem
agere. Praeter sapientem autem nemo unum agit:
ceteri multiformes sumus. Modo frugi tibi videbi-
mur et graves, modo prodigi et vani. Mutamus
subinde personam, et contrariam ei sumimus, quam
exuimus. Hoc ergo a te exige, ut qualem institueris
praestare te, talem usque ad exitum ferves. Effice,

C c 3

ut

21. Versus sunt *Horatii*
Serm. I, 3, 11 sq. in Marc. Ti-
gellium Hermogenem, musi-
cum peritissimum et vocis exi-
miae, Caio Iulio Caesari et
Cleopatrae acceptissimum, Au-
gusto quoque Caesari amicissi-

mum, et sibi vel maxime im-
parem et inconstantem.

23. *unum hominem agere*]
facere, ut semper sis idem. Li-
psius addit: qui finis est Ze-
nonis, vita conveniens. Vide
Manuduct. II, 15.

ut possis laudari: si minus, ut agnosci. De aliquo, quem vidisti heri, merito dici potest: Hic quis est? tanta mutatio est.

EPISTOLA CXXI.

Quaestionem, an esset omnibus animalibus constitutionis suae sensus, solvitur excusat conatum suum, quod tractet ea, quae non ad mores spectare videantur, exemplo Posidonii et Archidemi, qui et ea tractanda esse pronuntiant, quae licet hominem non meliorem faciant, tamen mores attingunt, quippe quos cognoscere non possis, nisi naturam hominis et quid ipsi optimum sit, antea inspexeris. Demonstrat deinde, omnibus animalibus constitutionis suae sensum esse. id est, ea sponte et natura id facere, quod debeant, et cui nata sint, non aliter quam in hoc erudita. Non ars, sed natura illis hanc partium et artuum agilitatem praestat: est spontaneus motus, non metus, dolorisve timor, nec principalis partis animi effectio, cuius sensus animalibus nec satis dilucidus, nec expressus est. Nec ratio quidquam efficit, omnia natura, quae, simulatque nascuntur, statim scientiam rerum et utilium et perniciosarum iis praestat semper aequalem et nunquam crescentem. Exempla varia hoc docent.

In quaestionem hancce incidebant Stoici ratione philosophico-historica cupientes principia Ethices explorare. Quum enim hac ratione in originem et naturam virtutis inquirent historiam hominis et ceterorum animalium condendo, amorem sui omnium primum a natura iis inditum esse statuebant. Ea autem, quae huic amori proposita sunt, appellabant prima naturae. Placuit Stoicis, ait Cato ap. Ciceron. de fin. III, 5 in it., simulatque natum sit animal, hinc enim est ordiendum, ipsum sibi conciliari et commendari ad se conservandum et ad suum statum, et ad ea, quae conservantia sunt eius status, diligenda: alienari autem ab interitu, iisque rebus, quae interitum videantur afferre. Quae Catonis verba quin e graeco conversa sint, noli dubitare. Cf. Diog. Laert. VII, 85 cum interpr. cum ad hunc loc, tum ad Cic., et Tiedemann Syst. III p. 17 sqq. et Garve Uebersicht p. 57 sq. Defendere autem coacti sunt hunc locum de conservatione sui, sive de studio cuique animali innato, suam constitutionem naturalem et notam s. statum, σώτατιν conservandi, una cum Platonicis et Peripateticis contra Aristippum
Epi-

Epicurumque atque eorum asseclas, quippe qui non illam constitutionem ab animalibus, simulatque nata fuerint, quaeri affirmarent, sed unam voluptatem, quae sub sensus cadat. Parum subtiliter de hoc philosophorum dissensu Tiedemannum, alioquin doctissimum Stoicae philosophiae interpretem, ut saepe alias, disseruisse facile est ad intelligendum: qui quum nil nisi λογολογία eas pugnasse, sive verbis, non re, dissensisse putaret, non advertit, tum discrimen omnino intercedere, tum a nobismet ipsis hodieque libenter statui et cuique non cupide observanti facillime occurrere. Instinctus enim ille naturalis, quem vocare solemus, hoc satis docet. Sed enim si conciliari facile potuisse illos dissidentes, modo ex utroque dogmate unum conflasset, contendisset Vir egregius, neminem, quin assentiretur, fore confido.

Ceterum consulas Reimari librum mea laude maiorem: Ueber die Kunsttriebe der Thiere, inscriptum, ubi et hanc quaestionem egregie, ut solitus erat auctor praestantissimus, dum viveret, expositam videbis, et clara luce illustratam.

Litigabis, ego video: quum tibi hodiernam quaestiuunculam, in qua fati diu haesimus, exposuero. Iterum enim clamabis, Hoc quid ad mores? ^a Sed exclama, dum tibi primum alios opponam, cum quibus litiges, Posidonium et Archidemum. Hi iudicium

C c 4

cium

a. *Sed exclama, dum.* Sic Gruterus emendavit. *Erasm. sed ad exclamandum. Tibi primum op.* cui codd. plerique adstipulantur. Ex uno cod. Pintiani Muretus dedit: *Sed exclamanti tibi primum alios opponam.* Quum duo codd. haberent: *Sed exclamandum tibi* rel., Gruterus inde fecit: *Sed exclamandum. tibi* etc. Melius instituta est a Lipsio al. interpunctio post: *exclama.*

1. *in qua — haesimus]* *Archidemum.* Alii vocant eum *Archedamum.* Inter magnos Stoeae auctores refertur, coaevus Carneadis: vixitque ideo circa annum 600 urbis cond. Cf. Fabric. *Bibl. gr.* Vol. III p. 540. *iudicium accipient* tamquam iudices ad sententiam ferendam.

2 cium accipient, deinde dicam. Non quidquid morale est. bonos mores facit. Aliud ad hominem alendum pertinet, aliud ad exercendum, aliud ad vestiendum, aliud ad docendum, aliud ad delectandum. Omnia tamen ad hominem pertinent, etiamsi non omnia meliorem eum faciunt. Mores alia aliter attingunt. Quaedam illos corrigunt et ordinant, quaedam natu-
 3 ram eorum et originem scrutantur. Quum quaeritur, quare hominem natura produxerit, quare praetulerit animalibus ceteris, longe me iudicas mores reliquisse? falsum est. Quomodo enim scies, qui habendi sint, nisi, quid homini sit optimum, inveneris? nisi naturam eius inspexeris? Tunc demum intelliges, quid faciendum tibi, quid vitandum sit, quum didiceris, quid naturae tuae debeas. Ego, inquis, volo di-
 4 scere, quomodo minus cupiam, minus timeam. Superfitionem mihi excute: doce leve esse vanumque hoc, quod felicitas dicitur: unam illi syllabam facillime accedere. Desiderio tuo satisfaciam, ^b et virtutes exhortabor,

b. et virtutes exhortabor. Sic mss. et edd. vet. At Muretus a Pintiani coniectura praepos. arripuit scripsitque: *ad virtutes*. Bene dici, *exhortari quem quid*, satis notum est.

2. *Non quidquid — facit*] Egerunt enim Stoici in morali Philosophiae parte de appetitione (*ὀρμη*), de bonis et malis, de affectibus s. perturbationibus (*πάθεισι*), de virtute, de principio morali (*τέλει*), de prima aestimatione (*περὶ τῆς πρώτης ἀξίας*), de actibus, de officiis, de adhortationibus et dehortationibus. Cf. Diog. Laert. VII, 84. Atqui multos fuisse in origine causis que ho-

rum locorum disquirendis constat: itaque non omnis haec doctrina mores bonos facere potuit. Nec totus locus, qui est de officiis, strictiori sensu, eos efficit, quippe qui in primis ad cultum victumque spectat, ideoque continet quae *ad hominem alendum* etc. pertinent, nec bonis annumerantur.

4. *felicitas*] sensu Epicureorum, Diog. Laert. X, 6: *οὐ γὰρ ἔγωγος ἔχω, τί νοήσω τάγα-*

tabor, et vitia converberabo, licet aliquis nimium immoderatumque in hac parte me iudicet, non desistam persequi nequitiam, et affectus efferatissimos inhibere, et voluptates ituras in dolorem compefcere, et votis obfcere. Quidni? quum maxima 5 malorum optaverimus, et ex gratulatione natum fit quidquid obloquimur. Interim permittite mihi, ea quae paulo remotiora videntur, excutere. Quaerebamus, an efflet omnibus animalibus constitutionis suae sensus? Sensum autem esse, ex eo maxime apparet, quod membra apte et expedite movent, non aliter quam in hoc erudita. Nulli non partium suarum agilitas est. Artifex instrumenta sua tractat ex facili: rector navis scit gubernaculum flectere: pictor colores, quos ad reddendam similitudinem 6 multos variosque ante se posuit, celerrime denotat, et inter ceram opusque facili vultu ac manu commeat. Sic animal in omnem usum sui mobile. Mirari solemus saltandi peritos, quod in omnem significationem

C c 5

rerum

c. *saltandi peritos*. Sic Gronov. de coniectura. Mff. codd. omnes et vet. edd. praesentant, *fatiant*; unus Erasmi, *fatiant*. Vnde Turnebus Advers. 26, 20. 30, 3. legendum putabat, *saltationis peritos*. Erasmus: *scenae peritos*. In hac quam rece-

τάχθόν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς
διὰ χυλῶν ἠδονὰς, ἀφαιρῶν
ὃς καὶ τὰς δι' ἀφροδισίων, καὶ
τὰς δι' ἀκροαμάτων, καὶ τὰς
διὰ μορφῆς, quae sunt verba
Epicuri, conversa a Cicerone
Tusc. qu. III, 18. *unam illi
syllabam — accedere*, ut fiat
infelicitas. *licet aliquis — iu-
dicet*. Saepius iam vidimus, a
molli suo saeculo Senecam eo
nomine fuisse reprehensum.

5. *ex gratulatione natum*] ex eo, quod votorum compo-
tes facti, gratulationes excepe-
rimus, quasi rebus bonis: ac
malae illae erant. L. *quidquid
obloquimur* i. de quo que-
rimur.

6. *pictor — commeat*] co-
loribus celerrime utitur, eos ad
pingendum eligit et fumit, et
inter ceram i. pugillarem, et
archetypum, quod depingere
vult,

rerum et effectuum parata illorum est manus, et verborum velocitatem gestus assequitur. Quod illis ars praestat, his natura. Nemo aegre molitur artus suos, nemo in usu sui haesit: ad hoc edita,] protinus faciunt. Cum hac scientia prodeunt, instituta nascuntur. Ideo, inquit, partes suas animalia apte movebunt, quia, si aliter moverint, dolorem sensura sunt. Ita, ut vos dicitis, coguntur, metusque illa in rectum, non voluntas movet; quod est falsum. Tar-da enim sunt, quae necessitate impelluntur. Agilitas, spon-

recepti Gronovii emendatione utcumque acquiescere possumus, dum meliora meliores codd. nos edocuerint. Ceterum *saltandi* propius abest a *satiat*, quam *scenae*, et de pantomimis sollenne esse constat.

vult, etc. Lipsius haecce notavit: Turnebus (Adversar. 24, 17) notat, ceram esse fucum sive picturam: quia veteres *ceris* pingere solebant. Ceris dico varie coloratis. Varro (de Re rust. III, 17, 4 ibique cf. Schneider.) Pictores locutatas magnas habent arculas, ubi discolors sunt cerae. Turnebus itaq̄ et Lipsius de pictura encausta cogitant, quam deperditam restituere voluerunt Caylus, Calau, Requeno, Hackertus, Fabbroni aliiq̄, successu haud infelici. cf. Salmasius ad Vopisc. Aur. c. 45. Exercitatt. plin. p. 163 sq. Durand ad Plin. p. 289. sqq. Hirt in berlin. Monatschrift für bildende Künste, anni 1789 p. 18 sqq. *Saltandi peritos* i. e. pantomimos, qui sola gestulatione ad tibiam fabulam aliquam sive comice sive tragice

agerent, haud absimiles iis, qui nunc mimicas saltationes, quas Ballette vocamus, agunt. Cf. Lucianum *περὶ ὀρχήσεως* de saltatione hac. Loquaces pantomimorum manus hinc facpius laudantur, vide Jacobs ad Anal. Brunkii, Anim. II, 1 p. 309. Ciceronis autem tempore Romae haec ars vigere coepit, et tanto fuit in honore sub imperatoribus, ut tragodiae et comoediae tantum non prorsus prae iis contemnerentur. Ipse Nero egit Turnum. cf. Sueton. Ner. 54. Phaedri fab. V, 7. Loca veterum post Salmas. ad Histor. Aug. p. 496 collegit I. B. Carpzov., Paradoxon stoicum etc. p. 86. sq. Alias vocat *artifices scenae*, e. c. de Benef. 8, 20.

7. *Ideo, inquit*] Epicureus, quippe cui summa rerum erat voluptas.

spontaneus motus est. Adeo autem non adigit illa 8
 ad hoc doloris timor, ut in naturalem motum etiam
 dolore prohibente nitantur. Sic infans, qui stare me-
 ditatur, et ferre se assuefcit, simul tentare vires suas
 coepit, cadit: et cum fletu toties refurgit, donec se
 per dolorem ad id, quod natura pofcit, exercuit.
 Animalia quaedam tergi durioris inverfa tamdiu se tor-
 quent, ac pedes exferunt, et obliquant, donec ad
 locum reponantur. Nullum tormentum sentit fupinata 9
 testudo. inquieta est tamen defiderio naturalis ftatus:
 nec ante definit niti, quaterere fe, quam in pedes con-
 ftitit. Ergo omnibus conftitutionis fuae fenfus est,
 et inde membrorum tam expedita tractatio: nec ullum
 maius indicium habemus, cum hac illa ad vivendum
 venire notitia, quam quod nullum animal ad ufum
 fui rude est. Conftitutio est, inquit, ut vos dicitis, 10
 principale animi quodam modo fe habens erga corpus.
 Hoc tam perplexum et fubtile, et vobis quoque vix
 enarrabile, quomodo infans intelligit? Omnia anima-
 lia dialectica nafci oporteret, ut iftam finitionem
 magnae parti hominum togatorum obfcuram intelligant.
 Verum erat quod opponis, fi ego ab animalibus con-
 ftitutionis finitionem intelligi dicerem. Nam ipfa con- 11
 ftitutio facilius natura intelligitur, quam enarratur.
 Itaque infans ille, quid fit conftitutio, non novit:
 conftitutionem fuam novit: et quid fit animal nescit,
 animal effe fe fentit. Praeterea ipfam conftitutionem
 fuam

8. *Animalia — inverfa*] i. quae inverteris in tergum: exemplo est testudo.

10. *Conftitutio — intelligant*] Epicureorum est oppofitio. Stoicorum autem definitio conftitutionis (*συστάσεως*) exprimit animi (*τοῦ ἡγεμονι-*

κοῦ) vim ad corpus: τὸ ἡγεμονικὸν ἔχόν πῶς πρὸς τὰ σῶμα ἔστι ἡ σύστασις. *toga-*
torum i. e. primorum civium. nam hoc ipfo, quod *togatos* dicit, *tunicatae* plebi opponit. Illi autem primores (fuerunt tunc) fere docti. L.

suam crasse intelligit, et summatim, et obscure. Nos quoque animum habere nos scimus: quid sit animus, 12 ubi sit, qualis sit, et unde, nescimus. Qualis ad nos pervenit animi nostri sensus, quamvis naturam eius ignoremus, ac sedem, talis ad omnia animalia constitutionis suae sensus. Necesse est enim id sentiant, per quod alia quoque sentiunt: necesse est 13 sum eius habeant, cui parent, a quo reguntur. Nemo non ex nobis intelligit, esse aliquid, quod impetus suos moveat: quid sit illud, ignorat. et conatum sibi esse scit: quid sit, aut unde sit, nescit. Sicut infantibus, sic quoque animalibus, principalis partis suae sensus est non satis dilucidus, non expressus. 14 Dicitis, inquit, omne animal primum constitutioni suae conciliari: hominis autem constitutionem rationalem esse: et ideo conciliari hominem sibi, non tanquam animali, sed tanquam rationali. Ea enim parte sibi carus est homo, qua homo est. Quomodo ergo infans conciliari constitutioni rationali potest, quum rationalis nondum sit? Unicuique aetati sua constitu- 15 tio est: alia infanti, alia puero, alia seni. Omnes enim constitutioni conciliantur, in qua sunt. Infans sine

12. *Necesse est — sentiunt.*] Eam constitutionem, quae facit, ut alia quoque sentiant, sentire debemus; eius sibi quamvis crasse conscia sint necesse est. Etiam sensum eius habeant, cui parent, i. e. principalis suae partis, τοῦ ἡγεμονικοῦ, facultatis cogitandi, s. rationis, unde reliquae septem partes animi dependent.

14. *Dicitis — nondum sit?*] Opponit Epicureus: falsum esse

Stoicorum dogma hoc, quod, quum constitutio s. status a natura constitutus hominis sit rationalis, infans huic constitutioni rationali conciliari s. commendari a natura (δικαιοσύνη) non possit, quum nondum rationalis sit. Respondet, constitutionem esse diversam secundum aetatem, quae isti statui conciliatur, apta redditur, manere tamen conciliationem semper eandem. cf. Diog. Laert. VII, 85.

fine dentibus est: huic constitutioni suae conciliatur. enati sunt dentes: huic constitutioni conciliatur. Nam et illa herba, quae in segetem frugemque ventura est, aliam constitutionem habet tenera, et vix eminens sulco, aliam quum convaluit, et molli quidem culmo, sed qui ferat onus suum, confitit, aliam quum flavescit, et ad aream spectat, et spica eius induruit: in 16 quamcunque constitutionem venit, eam tuetur, in eam componitur. Alia est aetas infantis, pueri, adolescentis, senis: ego tamen idem sum, qui et infans fui, et puer, et adolescens. Sic quamvis alia atque alia cuique constitutio fit, conciliatio constitutionis suae eadem est. Non enim puerum mihi aut iuvenem, aut senem, sed me natura commendat. Ergo infans ei constitutioni suae conciliatur, quae tunc infanti est, non quae futura iuveni est. Neque enim, si aliquid 17 illi maius, in quod transeat, restat, non hoc quoque, in quo nascitur, secundum naturam est. Primum sibi ipsi conciliatur animal: debet enim aliquid esse, ad quod alia referantur. Voluptatem peto. cui? mihi. ergo mei curam ago. Dolorem refugio. pro quo? pro me. ergo mei curam ago. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia est mei cura. Haec animalibus inest cunctis: nec inseritur, sed innascitur. Producit foetus suos natura, non abiicit: 18 et

15. *et ad aream spectat*] propter spicam maturefcentem et plenam. Turnebus tamen *Adversar.* 26, 20 de area cogitat, quo demessa terendi s. triturae causa deportari soleant: consentit quoque Lipsius.

17. *Neque — est.*] Nam semper hoc maius, in quod transeat, secundum naturam est, s. a natura commendatur, aptum

redditur ei. *Primum — animal* sc. a natura, ut se tueatur: eo omnia alia referenda sunt. Sic Chrysisippus Diogenis Laert. 1.1. τὴν δὲ πρώτην ὁρμὴν Φασὶ τὸ ζῶον ἴσχειν ἐπὶ τὸ τηρεῖν ἑαυτὸ, οἰκειούσης αὐτῷ τῆς φύσεως ἀπὸ ἀρχῆς, καὶ δὲ Φησὶν ὁ Χρῆσιππος κ. τ. λ. cf. Cicero de Offic. 1, 4. *nec inseritur* c. c. institutione.

et quia tutela certissima ex proximo est, sibi quisque commissus est. Itaque ut in prioribus dixi, tenera quoque animalia e materno utero vel quoquo modo effusa, quid sit infestum ipsis, protinus norunt, et mortifera devitant: umbram quoque transvolantium reformidant, obnoxia avibus raptis viventibus. Nullum
 19 animal ad vitam prodit sine metu mortis. Quemadmodum, inquit, editum animal intellectum habere, aut salutaris aut mortiferae rei, potest? Primum quaeritur, an intelligat, non quemadmodum intelligat. Esse autem illis intellectum, ex eo apparet, quod nihil amplius, si intellexerint, faciant. Quid est, quare pavonem, quare anserem gallina non refugiat, quum tanto minorem, et ne notum quidem sibi, accipitrem fugiat? quare pulli felem timent, canem non
 20 timent? Apparet, illis inesse scientiam nocituri, non experimento collectam: nam antequam possint experiri, cavent. Deinde, ne hoc casu existimes fieri, nec metuunt alia quam debent, nec unquam obliviscuntur huius tutelae et diligentiae. aequalis est illis a pernicioso fuga. Praeterea, non fiunt timidiora vivendo. Ex quo quidem apparet, non usu illa ad hoc pervenire, sed naturali amore salutis suae. Et tardum est et varium, quod usus docet: quidquid natura tra-
 21 dit, et aequale est omnibus, et statim. Si tamen exigis, dicam quomodo omne animal perniciose intelligere conetur. Sentit se carne constare: itaque
 fen-

19. Aliud Epicureorum argumentum repellitur, qui ideo, quod non viderunt, quomodo hoc fieri possit, colligere videntur, falsum quid a Stoicis proponi. Respondet itaque recte Seneca, animalia saluta-

res mortiferasve res intelligere etc.

21. *Si tamen exigis* rel.] Vereor, ut hac explicatione τοῦ quemadmodum acquirerit Epicureus: et fatius fuisset, eam omnissam esse. Nam quo-

fentit, quid fit, quo fecari caro, quo uri, quo obteri possit. Quae sunt animalia armata ad nocendum, horum speciem trahit inimicam et hostilem. Inter se ista coniuncta sunt. Simul enim conciliatur saluti suae quidque: et quae iuvant, illa petit; laesura formidat. Naturales a contrariis aspernationes sunt. ^dsine ulla cogitatione, quae hoc dicit, sine consilio fit, quidquid natura praecipit. Non vides, quanta subtilitas ²² fit apibus ad fingenda domicilia? quanta dividui laboris obeundi concordia? Non vides, quam nulli mortalium imitabilis fit illa araneae textura? quanti operis fit, fila disponere? alia in rectum immissa firamenti loco, alia in orbem currentia ex denso rara, quae minora animalia, in quorum perniciem illa tenduntur, velut retibus implicata teneant. Nascitur ars ²³ ista, non discitur. Itaque nullum est animal altero doctius. videbis araneorum pares telas, par in ^e filis angulorum omnium foramen. Incertum est et inaequa-

d. *sine ulla cogitatione, quae hoc dicit, sine c. h. e.* nulla cogitatio hoc, quod iuvat aut nocet, dicit, sed natura praecipit. Sic omnes codd., Erasmus et editio antiqua. Muretus omiserat *τὰ quae hoc dicit.*

e. *filis.* Sic tres codd. pal. Alii: *favis.* Facile est ad intelligendum, praeferendam esse lectionem, quam restitimus. Nam de illo foramine favorum omnium silent rerum naturalium curiosi investigatores et veteres et recentiores, quin alia omnia docent. Certa sunt, si ad araneas retuleris.

quomodo pulli, infantesque istud sentiant, quid sit quo fecari caro etc. possit, etiamsi sentiant se carne constare? *Inter se ista* salutaria et mortifera.

22. *dividui laboris*] noli hoc ita intelligere, quasi quaeque manus apum separato operi f. muneri destinetur: sed de labore omnibus operantibus im-

posito et eo diverso tempore etiam diverso capias. Primum enim omnes operantes apes simul alveum propoli circumlinunt, tum favos faciunt, ut cellae fiant etc. Moneo, ne in eundem errorem incidas, quem errasse Buffonum docuit Reimarus: *Vornehmste Wahrheiten der natürlichen Religion* p. 350 sqq. ed. IV.

quale, quidquid ars tradit: ex aequo venit, quod natura distribuit. Haec nihil magis, quam tutelam sui, et eius peritiam tradidit: ideoque etiam simul incipiunt et discere et vivere. Nec est mirum, cum
 24 eo nasci illa, sine quo frustra nascerentur. Primum hoc instrumentum illis natura contulit ad permanendum in conciliatione et caritate sui. Non poterant salva esse, ni vellent. Nec hoc per se profuturum erat: sed sine hoc nulla res profuisset. Sed in nullo deprehendes vilitatem sui, ne negligentiam quidem. Tacitis quoque et brutis, quamvis in cetera torpeant, ad vivendum solertia est. Videbis, quae aliis inutilia sunt, sibi ipsa non deesse.

EPISTOLA CXXII.

Faceta lucifugarum et eorum, qui naturam in vita degenda relinquunt, descriptio, quae tamen acerbitate non caret, docet amicum, hos pravos et sibi et omnibus aliis dissidere, propter vitae communis fastidium. Tandem movet, ut teneat viam a natura praescriptam, nec ab illa declinet.

Detrimentum iam dies sentit: resiliit aliquantulum: ita tamen, ut liberale adhuc spatium sit, si quis cum ipso, ut ita dicam, die surgat, officiosior, meliorque, ^aquam si quis illum exspectet, ut luce prima
 exe-

a. *quam*. Quinque codd. pal. et editio antiqua non habent, et Turnebus Advers. 26, 20 una cum Grut. damnat. Erasmus alique tenent. *ut luce prima exeat* Pintiano debetur coniectanti. Codd. et excusi omnes habent: *et lucem primam exiit*. Cf. not. Mox *infausti ominis* est Pintiani coniectura, quum omnes codd. et edd. habeant: *infausti homines*.

24. *vilitatem*] i. e. vitae contemptum, ut vilem se habeat. *mentia pro uno capite tot millia excipere ferrum etc.*
 Sic noster de Clementia I, 3: *1. Detrimentum rel.] Aestate in autumnum transeunte scri-*
 nec haec vilitas sui est aut de-

scri-

exeat. Turpis, qui alto sole semisomnis iacet, cuius vigilia medio die incipit: et adhuc multis hoc antelucanum est. Sunt qui officia lucis noctisque pervertunt, nec ante diducunt oculos hesternae graves crapula, quam appetere nox coepit. Qualis illorum² conditio dicitur, quos natura, ut ait Virgilius, sedibus nostris subditos e contrario posuit,

*Nosque ubi primus equis oriens afflavit anhelis,
Illis sera rubens accendit lumina vespere:*

talis horum contraria omnibus non regio, sed vita est. Sunt quidam in eadem urbe antipodes, qui, ut M. Cato ait, nec orientem unquam solem viderunt, nec occidentem. Hos tu existimas scire, quemadmo-³ dum vivendum sit, qui nesciunt quando? et hi mortem timent, in quam se vivi condiderunt: tam infauti ominis, quam nocturnae aves sunt? Licet in vino

scripta esse videtur haec epistola: inde *detrimendum* s. iacturam explices quam dies fecerint, s. minuti sint, et lux tardior facta sit. Ait nunc Seneca, interprete Lipsio: tamen vel sic satis longus est dies, si quis cum luce surgat, sed melioris officii causa, quam ut salutatum alios eat. Cuius? ut se curet, et salvum velit faciatque. *Turpis* etc. quoniam vita profecto vigilia est, iudice Plinio in praefat. Hist. nat., et revera plus vigilare plus vivere est. Cf. Seneca Ep. 99. 117. *et adhuc multis hoc* sc. tempus.

2. *Virgilius*] Ge. I, 250 sq.:
Si apud nos lucefcit, illis, qui
terras australes habitant, sol
Vol. III.

occidit. *M. Cato* maior s. censor, cuius vitam descripsit Plut. et Cornel. Nepos. ubi, ignoramus. Cicero de fin. II, 8 de aetate — qui solem, ut aiunt, nec occidentem unquam viderint nec orientem. cf. ibi intpp. in edit. Rathii, quae hoc ipso anno Halis Sax. prodiit.

3. Noctu quidem epulae horum hominum fiebant, qui his conviviis se ipsi quasi efferebant, ut adeo luce exorta, sive *interdiu* parentatio eorum fieret, ad modum Pacuvii, de quo consulat Ep. 12, 8. Comparat itaque has epulas, quae luce prima finem cepere, cum inferiis, s. parentalibus sacris,
D d
Xoxig,

vino unguentoque tenebras suas exigant, licet epulis, et in multa quidem fercula ^b discretis, totum per-versae vigiliae tempus diducant: non convivantur, sed iusta sibi faciunt: mortuis certe interdium parentatur.

4 At mehercules nullus agenti dies longus est. Extendamus vitam: huius et officium, et argumentum, actus est. circumscribatur nox, et aliquid ex illa in diem transferatur. Aves, quae conviviis comparantur, ut immotae facile pinguescant, in obscuro continentur: ita sine ulla exercitatione iacentibus, tumor pigrum corpus invadit, et ^csuperba membra iners sagina succrescit. Ita istorum corpora, qui se

5 tenebris dicaverunt, foeda visuntur. Quippe suspectior illis, quam morbo pallentibus, color est: languidi, et evanidi albescent, et in vivis caro morticina est. Hoc tamen minimum in illis malorum dixerim: quanto plus tenebrarum in animo est? ille in se stupet,

- b. *discretis*. Sic quatuor codd. pal. praeferebat Gronovio. Alii *discoctis*; at *distinctis* fecit Muretus. Turnebus iam emendavit corruptelam, Adversar. 26, 20: nam erat ubique et in multa quidem pericula *discoctis*, s. *disfrictis*. Mox iusta sibi faciunt Erasimus et unus pal.; ceteri omnes pal. et Pint., et editio antiqua: sed *busta* s. f. Muretus dedit *parentatur*, at Erasim. et quinque pal. una cum ed. antiqua *parentantur*. Fortasse erat: *mortui c. i. parentantur*.
- c. *superba* i. e. egregia. Sic maior codd. pars et editio antiqua. Erasimus: et *superbam umbram*. unus pal. et *sub ipsa umbra*. Turnebus emend. Adv. 26, 20 et *sub umbra*. Muretus: et *super membra*. Avibus autem talibus membra superba bene conveniunt. Mox: *Quippe suspectior illis* cum Grut. et Gronov. e Pintiani exemplari, duobus palat. et edit. tarvisina dedi. Erasimus, editio antiqua et tres pal.: *Quippe non speciosior illis q. §. 7. expectant* miss. Pint. at Erasim. *qui spectant*, Lipsius et Casaub. ad Suet. Iul. 47 *expetunt*.

χορῆς, quae mortuo ferri solebant ab amicis cognatissime cum apud Graecos tum apud Romanos. Noctu quasi iusta sibi faciunt: sequitur parentatio.

4. *actus*] Nam Stoicorum praeceptum fuit, quod imperabat in actu mori. Ep. 8, 1. *Aves* e. c. pulli columbini, anseres etc.

pet, ille caligat, invidet caecis. Quis unquam oculos tenebrarum causa habuit? Interrogas, quomodo haec animo pravitas fiat, averfandi diem, et totam vitam in noctem transferendi? Omnia vitia contra naturam pugnant: omnia debitum ordinem deferunt. hoc 6 est luxuriae propositum, gaudere perversis: nec tantum discedere a recto, sed quam longiffime abire, deinde etiam e contrario stare. Ifti non videntur tibi contra naturam vivere, qui ieiuni bibunt, qui vinum recipiunt inanibus venis, et ad cibum ebrii tranfeunt? Atqui frequens hoc adolescentium vitium est, qui vires excolunt, ut in ipfo paene balnei limine, inter nudos bibant, immo potent, et sudorem, quem moverunt potionibus crebris ac ferventibus, subinde diffringant. Post prandium aut coenam bibere, vul-7 gare est: hoc patresfamiliae ruffici faciunt, et verae voluptatis ignari. Merum illud delectat, quod non innatat cibo, quod libere penetrat ad nervos: illa ebrietas iuvat, quae in vacuum venit. Non videntur tibi contra naturam vivere, qui commutant cum feminis veftem? Non vivunt contra naturam, qui exspectant, ut pueritia fplendeat tempore alieno? Quid fieri crudelius, vel miferius potest? nunquam 8 vir erit, ut diu virum pati poffit? et quum illum contumeliae fexus eripuiſſe debuerat, ne aetas quidem eripiet? Non vivunt contra naturam, qui hieme con-

D d 2

cupi-

6. qui ieiuni bibunt] Noſter Ep. 88, 15 *ieiunos vomitores* vocat, ubi cf. not. Reprehendit quoque Plut. Quaest. Conviv. VIII, 9. *diffringant* frigidibus, quibus fordes et sudorem defricabant et lintheis deinde tergebant. Graecis est ἀποξύεσθαι. L.

7. commutant cum feminis veftem] qui ad mollitiem et

luxum in coenis utuntur veste muliebri, Sericis Coisque. cf. Lipſium ad Taciti Annal. III, 53. *Non vivunt — alieno?* intelligit, Lipſio interprete, divites, qui glabros fuos ultra aetatem retinebant, et ita epist. 47, 5 ſcripſit: vini miſiſter — cum aetate luctatur. Ita et locum interpretatur Yf. Caſaubon. ad Iul. Sueton. c. 47.

cupiscunt rosam? fomentoque aquarum calentium, et, ^dcalorum apta mutatione, bruma lilium, florem vernum, exprimunt? Non vivunt contra naturam, 9 qui pomaria in summis turribus ferunt? quorum silvae in tectis domorum ac fastigiis nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent? Non vivunt contra naturam, qui fundamenta thermarum in mare iaciunt, nec delicate natare ipsi sibi videntur, nisi calentia stagna fluctu ac tempestate feriantur? Quum instituerunt omnia contra naturae consuetudinem velle, novissime in totum ab illa desciscunt. Lu-
 eet: somni tempus est. quies est: nunc exerceamur, nunc gestemur, nunc prandeamus. Iam lux propius accedit: tempus est coenae. Non oportet id facere, quod populus: res fordida est, trita ac vulgari via vivere. Dies publicus relinquatur: proprium nobis ac peculiare mane fiat. Isti vero mihi defunctorum loco sunt. quantulum enim a funere absunt, et qui-
 11 dem acerbo, qui ad faces et cereos vivunt? Hanc vitam

d. *calorum apta mutatione, bruma lilium, florem v.* Est fere ab ingenio Pintiani haec scriptura. Erasmus enim dedit cum editione antiqua: c. a. *imitatione brumalium*. Cedd. palat. habent *mutatione s. motione brumalium*. I. Lipsius praetulit: *imitatione*. De re ipsa cf. Plin. 21, 5.

8. 9. *pomaria in summis turribus — egissent?*] Hic mos tum recens fuit, ut terra super trabes sive fornices latericios aggesta in tectis aedificiorum magnificorum summis et planis nemora suspenderentur. Cf. De Ira I. cap. ult. Plin. 15, 14. Iam Seneca pater Controvers. V, 5 ait: alunt in summis culminibus mentis nemora et navigabilium piscinarum fructa. *fundamenta ther-*

marum, quod Baiis, aut illo tractu, fiebat crebro. L.

10. *Lucret*] Plura exempla lucifugarum horum existant, Horat. I Serm. 3, 18 de Tigellio ait: noctes vigilabat ad ipsum Mane, diem totum stertebat. Idem narrat Lamprius de Heliogabalo c. 28., et de C. Petronio Tacitus Annal. 16, 18 ibiq. Lipsius. *qui ad faces — vivunt?* ad quos pueri solebant efferi. Vide de Brevit.

vitam agere eodem tempore multos meminimus: inter quos et Atilium Butam praetorium, cui post patrimonium ingens consumptum, Tiberius paupertatem confitenti, Sero, inquit, experrectus es. Recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poëta, et amicitia Tiberii notus, et frigore. Ortus et occasus libentissime inferebat, itaque quum indignaretur quidam illum tota die recitasse, et negaret accedendum ad recitationes eius, Natta Pinarius ait: Num- 12 quid liberalius possum agere? Paratus sum illum audire ab ortu ad occasum. Quum hos versus recitasset:

*Incipit ardentem Phoebus producere flammam,
Spargere se rubicunda dies, iam tristis hirundo
Argutis reditura cibos immittere nidis*

Incipit, et molli partitos ore ministrat:

Varus eques Romanus L. Vinicii comes, coenarum bonarum affectator, quas improbitate linguae merebatur, exclamavit: Incipit Buta dormire. Deinde quum 13 subinde recitasset:

*Iam sua pastores stabulis armenta locarunt,
Iam dare sopitis nox nigra silentia terris
Incipit:*

D. d. 3.

idem

vit. vit. fin. et Lipsii Excurf. A. ad Taciti Annal. III.

11. *Montanus Iulius*] Seneca pater de illo in Controvers. I, 7: Montanus Iulius, qui comis fuit, quique egregius poeta, paullo honestius sentit. Scripsit heroes et elegos. Ideoque Ovidius IV, de Ponto, 16, 11 sq. laudat. L. Vides hic firmari iudicium Quint. Inst. Or. X, 1, 126: Senecam numquam destitisse potiores incessere. Ceterum *frigus* opponi *amicitiae* nunc res est notissima, *Natta Pinarius*

occurrit inter Seiani clientes ap. Tacit. Ann. IV, 34.

12. *Argutis — nidis*] propter pullorum garulitatem, matrem cibosque expectantium. *L. Vinicii* summo loco nati, cuius fratri M. neptis Tiberii nupsit. Tacit. Ann. VI, 15. Seneca pater vocat eum virum exactissimi ingenii, qui nec dicere ineptias nec ferre poterat, Excerpt. Controv. V, 7. p. 486 ed. Gron. Augustus eleganter de eo dixit: ingenium in numero habere.

omnes isti, qui, ut ita dicam, & retro vivunt. Ideo, Lucili, tenenda nobis via est, quam naturam praescripsit, nec ab illa declinandum. illam sequentibus, omnia facilia et expedita sunt: contra illam nitentibus, non alia vita est, quam contra aquam remigantibus.

EPISTOLA CXXIII.

Exponit amico, multa nocte se pervenisse lassum in villam suam, Albanum, ibique quam frugalissime degisse. Nam necessarium esse addit parvo assuescere et rebus oblati hilariter uti, et maximam voluptatem praebere, si subtrahi tibi patiaris, sive consuetudini tuae subito, ut experimentum animi sumas. Sic multa esse supervacua intelligimus, quae aestimare magni solemus, consuetudine exemplisve adducti, non ratione compositi. Sed enim vitandi sunt, qui exempla talia nobis ingerere possint, et philosophia mala persuadere soleant, et in turpem vitam illidant. Multo satius est ea incunda habere, quae honesta sunt.

Itinere confectus incommodo magis quam longo, in Albanum meum nocte multa perveni. Nihil habeo paratum, nisi me. Itaque in lecto lassitudinem pono: hanc coqui, hanc pistoris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor, quam nihil fit grave, quod leviter excipias: quam indignandum nihil, nisi ipse indignando adstruas. Non habet panem meus pistor: sed habet villicus, sed habet atriensis, sed habet colonus. Malum panem, inquis. Expecta, bonus fiet: etiam illum tenerum tibi et filigineum fames reddet. Ideo non est ante edendum, quam illa imperet. Expectabo ergo: nec ante edam, quam aut bonum

g. retro v. egregia Pintiani conjectura: codd. habent recto, sive tetto, s. conversim, s. raptō: editio ant. non v.

I. in Albanum] villam, haud longe distantem a Roma: in qua regione Pompeius et alii villas habuere, eoque interdum secessere, Noster multas villas habuit, c. c. Nomen tanum Ep. 104 init. Eandem frugalitatem suam memorat Ep. 87 init. adstruas, augeas et indignatione dignum reddas. Si pistor meus non habet panem, tamen servi mei habent.

bonum panem habere coepero, aut malum fastidire desero. Necessarium est, parvo assuescere. ^a Multae difficultates locorum, multae temporum, etiam locupletibus et instructis a diis optantem prohibent et occurrunt. Quidquid vult, habere nemo potest: illud ³ potest, nolle quod non habet: rebus oblati hilaris uti. Magna pars libertatis est, bene moratus venter et contumeliae patiens. Aestimari non potest, quantum voluptatem capiam ex eo, quod lassitudo mea sibi ipsi acquiescit. Non unctioes, non balneum, non ullum aliud remedium quam temporis quaero. Nam quod labor contraxit, quies tollit: hoc qualiscunque coena ^b dissolvit, quae adituali iucundior erit. Ali- ⁴ quando enim experimentum animi sumsi subitum: hoc enim est simplicius et verius. nam ubi se praeparavit,

D d 5 vit,

a. *Multae difficultates locorum, multae temporum, etiam locupletibus et instructis a diis optantem prohibent et occurrunt.* Corrupta sunt. libri variant: meus, *locupletibus cum instructis duobus optantem: alii, a diebus o.* Occurrebat mihi, a diu optatis: si quis sagacior, promat. Nam Muretus hic obtenebrat: *instructis ac regibus octavam prohibent: videturque ad horam coenae referre,* de qua non est sermo. Lipsius. Vulgata haec est Erasmi, qui sic opinatur et ipse legendum, quamquam putet abesse nomen, quae; ut sit, quae a diis. Pintianus in uno codd. invenerat: *etiam locupletibus et instructis aciebus optatum prohibentes occurrunt.* Sic illa media, et *instructis, a. d. o. p. e.* deessent, non desideraremus.

b. *dissolvit, quae adituali iucundior erit.* Si plerique codd. legendum esse indicant: differunt nonnisi in eo, quod legunt: *dissolvit quae s. quam Attuli, sive, quae tali.* Etiam *cena attali* habet editio ant., et unus cod. Pintiani, cui placebat. Tò *dissolvit* omittit unus pal.: deest quoque tum ap. Muret. qui habet: *haec qualiscunque coena dicitur iucundior erit,* tum ap. Erasmus, qui habet: *coena Diali,* probante Lipsio, qui cepit de Iovis epulo in Capitolio §. 6. *malos* bene habet. Pintianus tamen *famulos* praetulit, forsitan memor Horat, I Sermon. 6, 109,

2. *Multae — occurrunt.*] Sensus huius loci impediti esse debet: tot tantasque difficultates occurrere etiam locupletibus, ut omnibus potiri nequeant, quae optent. Anne-

ctit more suo Seneca enuntiationem universalem, neminem, quidquid velit, habere posse. *sigineum.* cf. ad Ep. 119, 3.

3. *coena — adituali*] cf. ad Epistol. 95, 41.

omnes isti, qui, ut ita dicam, & retro vivunt. Ideo, Lucili, tenenda nobis via est, quam natura praefecit, nec ab illa declinandum. illam sequentibus, omnia facilia et expedita sunt: contra illam nitentibus, non alia vita est, quam contra aquam remigantibus.

EPISTOLA CXXIII.

Exponit amico, multa nocte se pervenisse lassum in villam suam, Albanum, ibique quam frugalissime degisse. Nam necessarium esse addit parvo assuescere et rebus oblati hilariter uti, et maximam voluptatem praebere, si subtrahi tibi patiaris, sive consuetudini tuae subito, ut experimentum animi sumas. Sic multa esse supervacua intelligimus, quae aestimare magni solemus, consuetudine exemplisve abducti, non ratione compositi. Sed enim vitandi sunt, qui exempla talia nobis ingerere possint, et philosophia mala persuadere soleant, et in turpem vitam illidunt. Multo satius est ea incunda habere, quae honesta sunt.

Itinere confectus incommodo magis quam longo, in Albanum meum nocte multa perveni. Nihil habeo paratum, nisi me. Itaque in lecto lassitudinem pono: hanc coqui, hanc pistoris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor, quam nihil sit grave, quod leviter excipias: quam indignandum nihil, nisi ipse indignando adstruas. Non habet panem meus pistor: sed habet villicus, sed habet atriensis, sed habet colonus. Malum panem, inquis. Expecta, bonus fiet: etiam illum tenerum tibi et filigineum fames reddet. Ideo non est ante edendum, quam illa imperet. Expectabo ergo: nec ante edam, quam aut bonum

g. retro v. egregia Pintiani coniectura: codd. habent *recto*, sive *tetto*, s. *conversim*, s. *raperto*: editio ant. non v.

1. in *Albanum*] villam, tanum Ep. 104 init. Eandem haud longe distitam a Roma: frugalitatem suam memorat in qua regione Pompeius et Ep. 87 init. *adstruas*, augeas alii villas habuere, eoque interdum fecessere, Noster multas villas habuit, c. c. Nomen et indignatione dignum reddas. Si pistor meus non habet panem, tamen servi mei habent.

bonum panem habere coepero, aut malum fastidire defiero. Necessarium est, parvo assuescere. ^a Multae difficultates locorum, multae temporum, etiam locupletibus et instructis a diis optantem prohibent et occurrunt. Quidquid vult, habere nemo potest: illud ³ potest, nolle quod non habet: rebus oblatis hilaris uti. Magna pars libertatis est, bene moratus venter et contumeliae patiens. Aestimari non potest, quantum voluptatem capiam ex eo, quod lassitudo mea sibi ipsi acquiescit. Non unctioes, non balneum, non ullum aliud remedium quam temporis quaero. Nam quod labor contraxit, quies tollit: hoc qualiscunque coena ^b dissolvit, quae adituali iucundior erit. Ali- ⁴ quando enim experimentum animi sumsi subitum: hoc enim est simplicius et verius. nam ubi se praepara-

D d 5

vit,

- a. *Multae difficultates locorum, multae temporum, etiam locupletibus et instructis a diis optantem prohibent et occurrunt.* Corrupta sunt. libri variant: meus, *locupletibus cum instructis duobus optantem*: alii, *a diebus o.* Occurrebat mihi, *a diu optatis*: si quis sagacior, promat. Nam Muretus hic obtenebrat: *instructis ac regibus octavam prohibent*: videturque ad horam coenae referre, de qua non est sermo. Lipsius. Vulgata haec est Erasmi, qui sic opinatur et ipse legendum, quamquam putet abesse nomen, *quae*; ut sit, *quae a diis*. Pintianus in uno codd. invenerat: *etiam locupletibus et instructis aciebus optatum prohibentes occurrunt*. Sic illa media, et *instructis a. d. o. p. e.* deessent, non desideremus.
- b. *dissolvit, quae adituali iucundior erit.* Si plerique codd. legendum esse indicant: differunt nonnisi in eo, quod legunt: *dissolvit quae s. quam Attuli*, sive, *quae tali*. Etiam *cena attali* habet editio ant., et unus cod. Pintiani, cui placebat. *To dissolvit* omittit unus pal.: deest quoque tum ap. Muret. qui habet: *haec qualiscunque coena adituali iucundior erit*, tum ap. Erasmus, qui habet: *coena Diali*, probante Lipsio, qui cepit de Iovis epulo in Capitolio §. 6. *mulos* bene habet. Pintianus tamen *famulos* praetulit, forsitan memor Horat. I Sermon. 6, 109.

2. *Multae — occurrunt.*]

Sensus huius loci impediti esse debet: tot tantasque difficultates occurrere etiam locupletibus, ut omnibus potiri nequeant, quae optent. Anne-

cit more suo Seneca enuntiationem universalem, neminem, quidquid velit, habere posse. *si. ligureum.* cf. ad Ep. 119, 3.

3. *coena — adituali*] cf. ad Epist. 95, 41.

vit, et indixit sibi patientiam, non aequè apparet, quantum habeat verae firmitatis. Illa sunt certissima argumenta, quae ex tempore dedit, si non tantum aequus molesta, sed placidus adspexit: si non excanduit, non litigavit, si quod dari deberet, ipse sibi non desiderando supplevit, et cogitavit, aliquid consuetudini suae, sibi
 5 nihil deesse. Multa quam supervacua essent, non intelleximus, nisi quum deesse coeperunt. Vtebamur enim illis, non quia debebamus, sed quia habebamus. Quam multa autem paramus, quia alii paraverunt? quia apud plerosque sunt? Inter causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla: nec ratione componimur,
 6 sed consuetudine abducimur. Quod si pauci facerent, nollemus imitari: quum plures facere coeperunt, quasi honestius sit, quia frequentius, sequimur: et recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est. Omnes iam sic peregrinantur, ut illos Numidarum praecurrat equitatus, ut agmen cursorum antecedit. turpe est, nullos esse, qui occurrentes via deiciant, qui honestum hominem venire magno pulvere ostendant. Omnes iam mulos habent, qui crystallina et murrhina, et caelata magnorum artificum
 7 manu, portent. turpe est, videri, eas te habere farcinas, quae tuto concuti possint. Omnium paedagogia oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus tene-
 ram

6. *Numidarum*] cf. ad Epist. 87, 8. Eandem aut similem luxuriam hodieum obfervare licet apud homines multis divitiis affluentes Angliae etc. *turpe est*, sibi dedecori esse putant illi *honesti* nobilissimi, nullos tales praecursores habere. *qui crystallina et murrhina* cf. ad Ep. 119, 4. *caelata* vasa, aurea, argentea, fortasse

quoque vitrea, ut h. l.: nam τὸ *caelare* propr. syn. est τὸ ὑποπέσω, de anaglyphis, quae formantur et funduntur. Cf. Schneideri Lexic. graec. voc. τὸ πέσω.

7. *paedagogia*] sunt pueri, qui in deliciis habebantur. Cf. ad Vit. Beat. c. 17, 2. *oblita facie*, succo, aut ossa, sive alio contra solem medicamento:

ram cutem laedat. turpe est, neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies c medicamentum desideret. Horum omnium sermo vitandus est. hi sunt, qui vitia tradunt, et alio aliunde transferunt. Pessimum genus hominum videbatur, qui verba gestarent: sunt quidam qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet. nam etiamsi non statim officit: semina in animo relinquit, sequiturque nos etiam quum ab illis discesserimus, resurrecturum postea malum. Quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem illam ac dulcedinem cantus, quae cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi: sic adulatorum, et prava laudantium sermo, diutius haeret quam auditur: nec facile est, animo dulcem sonum excutere. prosequitur et durat, et ex intervallo recurrit. Ideo claudendae sunt aures malis vocibus, et quidem primis. Nam quum initium fecerunt, admissaeque sunt, plus audent. Inde ad haec pervenitur verba: „Virtus et philosophia, et iustitia, ver-

c. *medicamentum desideret.* Ita Erasmus et boni codd. ap. Grut. et Pint.: tres palat. *m. non d.* Mox *officit* Muretus dedit ex uno Pint. cod., cui accedit unus pal. At Erasmus, et tres pal. habent: *proficit.* cod. Col. *perficit*, cui assentitur ed. antiqua.

mento: ne tenera cutis scilicet laederetur aut nigresceret. L. Othonem pane madido linere quotidie consuevisse, narrat Sueton. c. 12. cf. Iuvenal. II, 107. VI, 461 sqq. cum notis Casaub. ad Sueton. et Ruperti ad Iuvenal. *turpe — desideret*, i. turpe iis videtur, si quisquam sit inter pueros, cui non ita delicata facies, ut oblini necesse habeat. *qui verba gestarent*, calumniatores, iurrones, linguaces delatores,

qui verba perire non patiuntur, sed ab altero ad alterum gestant.

8. *Quemadmodum — intendi.*] Notus est Platonis in Menexeno c. 2 similis et nostro fortasse obverfatus locus de mortuorum laudibus, quibus Socrates ait aures suas ita personare, ut vix quarto aut quinto die sui recorderetur. Cf. Ruhnken. ad Timaci Lexic. v. *ἐναυλος λόγος*, p. 100 ed. II.

9. *Virtus — malle.*] Oratio Epicureis personatis digna con-

verborum inanium crepitus est. ^dVna felicitas est bonae vitae, facere omnia libere, frui patrimonio. hoc est vivere, hoc est se mortalem esse meminisse.

10 Fluunt dies, et irreparabilis vita decurrit. Dubitamus, quod iuvat, sapere, et aetati non semper voluptates decerpturae, interim dum potest, dum poscit, ingerere? Quid iuvat frugalitate ultro mortem praecurrere, et quidquid illa ablatura est, iam sibi interdicerere? Non amicam habes, non puerum, qui amicae moveat invidiam. quotidie sobrius prodis: sic coenas, tanquam ephemeridem patri approbaturus. Non est

11 istud vivere, sed alienae vitae interessse. Quanta dementia est, heredi suo procurare, et sibi negare omnia, ut tibi ex amico inimicum magna faciat hereditas? Plus enim gaudebit tua morte, quo plus acceperit. Istos tristes et superciliosos alienae vitae censores, suae hostes, publicos paedagogos, assis ne feceris: nec dubitaveris, bonam vitam, quam opi-

ni.

d. *Vna felicitas est bonae vitae, facere omnia libere, frui patrimonio.* Sic Erasmi. et plurimi codd. Alii tamen ap. Pont habebant: *una felicitas est bonae vitae, facere, esse, bibere, frui p.*, quibus assentitur ed. antiqua. Muretus dederat: *Vna felicitas est, bona vita etc.*, ex ingenio. Illa Sardinapali verba doctus, opinor, margini alleverat, unde in textum migrarunt. Mox: *Dubitamus, quod iuvat, sapere*, plurimi codd.: at Muretus e Pintiani quibusdam exemplaribus perperam admisit: *D. q. i. facere.* Sensus est: cessamus hoc praeferre et probare, quod bonum est, et sapientiam voluptate metiri? Lipsius coniecit, *quoad iuvat.* Denique: *Quid iuvat frugalitate ultro m. p.* Muretus ex Erasmi coniectura dedit. Sed *quid iuvat* Mureti est inventum, et *quid* ultro quoque suspectum est; nam codd. habent: *frugalitatem ut mortem*, alii *f. eo ut m.*, alii *f. et ut m.* Gronovius emendat: *frugalitate mavis m. p. e. q. i. a. c. iam tibi i.*

contra Stoicos, rigidos philosophiae et virtutis defensores!

10. *aetati*] i. iuventuti. Sic Afranius Vopisco ap. Nonium c. 1. p. 482: Aetas et

corpus tenerum et morigeratio. Haec sunt venena formosarum mulierum. Alia exempla dabit Broukhufius ad ProPERT. 1, 6, 21. *ephemeridem* diarium tuum et rationes. I.

nionem bonam, malle.“ Hae voces non aliter fugiendae sunt, quam illae, quas Vlyffes nisi alligatus, praetervehi noluit. Idem possunt: abducunt a patria, a parentibus, ab amicis, a virtutibus, et in turpem vitam miseros turpius illidunt. Quanto fatius est, rectum sequi limitem, et eo se perducere, ut ea demum sint tibi iucunda, quae honesta? Quod assequi poterimus, si fecerimus duo esse genera rerum, quae nos aut invitent, aut fugent. Invitent; ut divitiae, voluptates, forma, ambitio, cetera blanda et arridentia. Fugent; labor, mors, dolor, ignominia, ¹³ victus adstrictior. Debemus itaque exerceri, ne haec timeamus, ne illa cupiamus. In contrarium pugnemus, et ab invitantibus recedamus, adversus ^e potentia concitemur. Non vides, quam diversus sit ascendentium habitus, et descendentium? qui per primum eunt, resupinant corpora: qui in arduum, incumbunt. Nam si descendas, pondus suum in priorem partem dare: si ascendas, retro abducere, cum vitio, Lucili, consentire est. In voluptates descenditur: in res ¹⁴ asperas et duras subeundum est. hic impellamus corpora,

e. potentia. Sic Erasmus dedit, probavit Gron., qui monuit, nihil vulgarius esse significatione, qua sumitur pro impetere, invadere. Codd. plurimi: *potentia*: unde Pint. fecit, *prementia*, Gruterus *impotentia*, Lipsius *impotentia*. Editio antiqua clare praestat: *potentia*.

11. quam illae] Sirenum, quas — *alligatus* malo navis, *ἰστοπέδῃ*. Homer. Odyss. 12, 178 sq. totam rem narrat. Amicis scilicet aures cera obturaverat, seque manibus pedibusque malo alligari iusserat, ne illecebris Sirenum abducerentur in perniciem.

12. Quod assequi — fugent.] Sunt hae res mediae, quae neque bona neque mala sunt, ideoque adiaphora, ex-

terna: de quibus saepe monuimus, e. c. Ep. 66 Argum.

13. Nam si — est.] Sicut vitiosum est in ascensu tuam corpus retroducere, et in descensu incumbere, quandoquidem in utroque casu prorsus necesse erit, ita cum vitio consenties, si in voluptatem descendens te impuleris etc. Monito hoc, ne cum Gronovio locum putes corruptum, qui est sanus.

pora, illic refrænemus. Hoc nunc me existimas dicere, eos tantum perniciosos esse auribus nostris, qui voluptatem laudant, ^fqui dolores, metus, per se formidabiles res, incutiunt? Illos quoque nocere nobis existimo, qui nos sub specie Stoicæ sectæ hortantur ad vitia. Hoc enim iactant: „solum sapiens et
 15 doctum, esse amatorem. solus apte ad hanc artem, aequè combibendi et convivandi, sapiens est peritissimus. Quæramus, ad quam usque ætatem iuvenes amandi sint.“ Haec Graecæ consuetudini data sint: nos ad illa potius aures dirigamus: Nemo est casu bonus: discenda virtus est. Voluptas humilis res et pusilla est, et in medio habenda pretio, communis cum mutis animalibus, ad quam minima et contemptissima advolant. Gloria vanum et volatile quiddam est, auraque mobilis. Paupertas nulli malum est, nisi
 16 repugnanti. Mors malum non est: quid quereris? sola ius aequum est generis humani. Superstitio error insanus est: amandos timet; quos colit, violat. Quid enim interest, utrum deos neges, an infames? Haec discenda, immo ediscenda sunt. non debet excusationes vitio philosophia suggerere. Nullam habet spem salutis aeger, quem ad intemperantiam medicus hortatur.

f. *qui dolores, metus, per se formidabiles res, i.* Sic omnes codd. At Muretus e conjectura dedit: *qui doloris metum per se formidabilis rei i.*

14. *qui dolores, metus, per se formidabiles res, incutiunt*] Epicureos dicit, qui docent, dolores metusque per se esse formidabiles res, quas Stoici externis annumerabant. *Illos — vitia.* Hinc vides, existisse ut falsos Epicureos, ira personatos Stoicos: quos utrosque Lucianum tam acerbè

exagitasse. constat. *Doctum* stoica lingua esse sapientem, notum est.

15. *Haec graecae consuetudini*] iuvenes amandi. res nota. *Nemo — est.* cf. ad Ep. 120, 3.

16 *quos colit, violat*] De Clement. II, 5 Religio deos colit, superstitio violat.

EPISTOLA CXXIV.

Landat amicum, quod in disquisitionibus philosophicis nec subtilia contemnat, sed omnia ad profectum aliquem redigens ibi tantum offendatur, ubi vel summa subtilitate, nihil quod eo pertinet, agatur. Cavet itaque, ne timeat tale quid in quaestione, quam tractandam sibi sumsit, utrum sensu an intellectu comprehendatur bonum. Ibi statim Epicurei dissentiunt sensibile iudicantes bonum, quum Stoici illud animo dent ideoque intelligibile iudicent. In quo illi sibi ipsi adversantur gulae ac libidini addictos reprehendentes atque nihil virile ausuros doloris metu, qui altera ex parte sensus, obtusas illas res et hebetes, pro iudicibus boni ac mali habent, omnem quippe scientiam atque artem putantes, ideoque et vitam beatam, a manifestis et eo quod sub sensum cadit, fundamentum et initium capere debere, aequae ac Stoici statuunt. Enimvero in eo errare Epicureos contendit Seneca: beatus enim, stoico sensu, sunt secundum naturam, et statim integra apparent. Bonum itaque, quum sine ratione perfecta esse non possit, neque in infante, neque in arbore nutore aliquo animali esse potest: continetur enim verum bonum libero animo ac recto, alia subiiciente sibi, se nulli. Cetera bona precario sic vocantur, quae tamen, quippe ratione carentia, non vere perfecta sunt. Exemplo sunt muta animalia, quae sensu tantum praesentia comprehendunt: perfecti temporis nullus iis usus est; ergo nec perfecta natura. Eorum natura imperfecta est et ordinem non capit, quum sine ratione sint. Haec disputatio animo profutura est, quatenus et acuit eum, et honesta occupatione tenet, qua moratur ad prava properantem. Accedit, quod haec descriptio boni exemplar est, ad quod se componere possit, ut emendatus ac purus fiat, nemuletur Deum, super humana se extollat et nihil extra se sui ponat, et infelicissimos esse intelligat felices.

Cf. Ep. XX et Tiedemanni System der stoischen Philosophie III p. 51 sq., ubi tamen caveas indicio Viri praestantissimi accedas, qui nescio quibus rationibus abductus statuit, sensus omni in sententiam de bono malove ferendam vi atque efficacia exclusos esse a Stoicis. At consulas Ep. 74, 16 sqq. Ceterum egregie, ut solet, de hac re, et deinceps de disputatione hac Stoicorum et Epicureorum egit Im. Kant in Kritik der praktischen Vernunft p. 159 sqq. 198 sqq.

*P*ossum multa tibi veterum praecepta referre,
 Ni refugis, tenuisque piget cognoscere curas.

Non refugis autem, nec ulla te subtilitas abigit. Non est elegantiae tuae, ^a tantum magna sectari. Sicut illud probō, quod omnia ad aliquem profectum redigis, et tunc tantum offenderis, ubi summa subtilitate nihil ² agitur: quod ne nunc quidem fieri laborabo. Quaeritur, utrum sensu an intellectu comprehendatur bonum. Huic adiunctum est, in mutis animalibus et infantibus non esse. Quicumque voluptatem in summo ponunt, sensibile iudicant bonum: nos contra intelligibile, qui illud animo damus. Si de bono sensus iudicarent, nullam voluptatem reiiceremus: nulla enim non invitat, nulla non delectat. Et e contrario nullum dolorem volentes subiremus: nullus enim non offendit sensum. ³ Praeterea, non essent digni reprehensione, quibus nimium voluptas placet, quibusque summus est doloris timor. Atqui improbamus gulae ac libidini addictos: et contemnimus illos qui nihil viriliter ausuri sunt doloris metu. Quid autem peccant, si sensibus, id est, iudicibus boni ac mali, parent? his enim tradidistis
 appe-

^a. *tantum magna*. Sic Pintian. coniecit, Muretus recepit et alii deinceps, idque recte. At Codd. omnes et edd. antiq. habebant *tam m.*, unus cum editione antiqua *tam multa*. Mox verba: *Huic — non esse* a Seneca non esse profecta, sed addita a viro docto, qui haec margini codicis sui adscripserat, putaverim. §. 7 sensui et codd. obtemperavi, et Erasmi lectione: *integrum*. *Quid — naturam?* relicta, scripsi: *integrum, est s. naturam*.

1. Versus sunt Virgilii Ge. I, 176 sqq. *elegantiae* doctrinae, i. philosophiae cum ceteris artibus, in quibus subtilitas et acumen est, ut Ernesti verbis utar in Clave Cic. voce *Elegantia*. *Sicut illud probō — agitur*. cf. Ep. 121, 1.

2. Est haec quaestio inter

Stoicos et Epicureos semper agitata, quandoquidem hi tumtum bonum voluptate sive felicitate, atque adeo sensibus, illi una virtute ac proinde ratione, sensuum dominatione exclusa, contineri putabant. De Epicureis cf. Lucret. IV, 480. Diog. Laert. XI, 31 sqq.

appetitionis et fugae arbitrium. Sed videlicet ratio 4
 isti rei praeposita est, quemadmodum debeat de vita,
 quemadmodum de virtute, de honesto, sic et de bono
 maloque constitui. Nam apud istos vilissimae parti
 datur de meliore sententia, ut de bono pronuntiet
 sensus, obtusa res et hebes, et in homine quam in
 aliis animalibus tardior. Quid si quis velit non oculis, 5
 sed tactu minuta discernere? subtilior ad hoc nulla
 acies, quam oculorum, et intentior daretur, bonum
 malumque dignoscere. Vides in quanta ignorantia
 veritatis versetur, et quam humi sublimia ac divina
 proiecerit, apud quem de summo bono maloque iu-
 dicat tactus. Quemadmodum, inquit, omnis scien- 6
 tia atque ars aliquid debet habere manifestum, sensu
 comprehensum, ex quo oriatur et crescat: sic beata
 vita fundamentum et initium a manifestis ducit, et eo
 quod sub sensum cadit. Nempe vos a manifestis bea-
 tam vitam sui initium capere dicitis. Dicimus beata 7
 esse, quae secundum naturam sunt: quid autem se-
 cundum naturam sit, palam et protinus apparet; sicut,
 quid sit integrum, est secundum naturam: quod contingit
 et protinus nato, non dico bonum, sed initium

E e 2

boni.

4. *Sed videlicet*] i. manifesto curam huius rei i. iudicii de bono ac malo, gerit ratio. Continent haec confutationem Epicureismi. *apud istos*, Epicureos. *Quid — dignoscere*. Acque absurde ageret, qui ad minuta discernenda tactu prae oculis uti malit, ac isti, qui sensus rationi praeferunt in bono maloque dignoscendo.

6. 7. *Quemadmodum — capere dicitis*.] Continent haec argumentationem Epicureorum contra Stoicos, quibuscum dena principium originarium

Ethices sese commune habere dicunt, hoc est, sensus, et quae inde afferuntur, i. e. *manifesta*. Haec Epicureorum obiectio e diversa vocis naturae significatione apud Stoa auctores mansisse videtur. cf. Tiedemanni System III p. 79 sqq. Propterea explicat noster, quid sit secundum naturam. Ep. 73, 8 ait: magna et vera bona ad unumquemque tota perveniunt. Cf. Ep. 74. *ut inde sc. a summo bono. consummatus homo i. sapiens, beatus.*

boni. Tu summum bonum voluptatem infantiae donas, ut inde incipiat nascens, quo consummatus homo pervenit. Cacumen radicis loco ponis. Si quis diceret illum in materno utero latentem sexus quoque ^bincerti, tenerum, et imperfectum et informem, iam in aliquo bono esse, aperte videretur errare. Atqui quantum interest inter eum, qui cum maxime vitam accipit, et illum, qui maternorum viscerum latens humor est? Vterque, quantum ad intellectum boni ac mali, aequè maturus est: et non magis infans adhuc boni capax est, quam arbor, aut mutum aliquod animal. Quare autem bonum in arbore animalique muto non est? quia nec ratio. ob hoc in infante quoque non est: nam et huic deest. Tunc ad bonum perveniet, quum ad rationem pervenerit. Est aliquod irrationale animal: est aliquod nondum rationale: est rationale, sed imperfectum. In nullo horum bonum: Ratio illud fecum affert. Quid ergo inter ista, quae retu-

b. *incerti*. Sic Erasmi ed. III. una cum editione antiqua: probat Gronovius, qui et *latentem* ex omnibus codd. praetulit τῶν *iacentem* Erasmi. Vacillant codd. inter *inceptum* et *incepti*. Muretus ex Erasimicae editionis ora: *inceptum*. Mox *latens unus* est quoque Erasimicae ed. III, quum in priori sit: *latens minus est*, ut in nonnullis antiq. edd., tarvisin. et venet. *latens imis alias vermis est* praestat editio antiqua. Palatini codd.: *unum est, inum est, vermis est, vermis est*, quod postremum Gruterus lib. 10 Suspicionum c. 9 restituendum probasse dixit, improbante Gronovio, qui proponit legendum, *latens humor est*. Recepi. Illa editiones antiquae: *alias vermis*, explicationis gratia margini nescio a quonam illita et deinde in textum migrasse patet.

8. *latens humor est?*] Hoc enim principium humani corporis. Hippocrates *περὶ φύσεως ἀνθρώπου*. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἔχει ἐν ἐαυτῷ αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολήν διττήν, ἥγουν ξανθὴν τε καὶ μέλαιναν· καὶ ταῦτ' ἔστιν αὐτέων ἢ φύσις τοῦ σώματος. Tertullianus de carne Christi:

Perora, aë, iam spurcitas genitalium in utero elementorum humoris et sanguinis, foecunda coagula carnis ex eodem coeno alendae per novem menses. Gronovius.

9. *nam et huic deest*] i. e. imperfecta est: ut sequentia docent. *ad rationem perfectam*.

retuli, distat? Nunquam erit bonum in eo quod irra- 10
tionale est: in eo quod nondum rationale est, tunc
esse bonum non potest: in imperfecto iam potest esse
bonum, sed non est. Ita dico, Lucili, bonum non
in quolibet corpore, non in qualibet aetate invenitur:
et tantum abest ab infantia, quantum a primo ultimum;
quantum ab initio perfectum. ergo nec in tenero
modo coalescente corpusculo est. Quidni non sit? 11
non magis quam in femine. Vt si dicas, aliquod
arboris, aut fati, bonum: hoc non est in prima
fronde, quae emissa cum maxime solum rumpit. Est
aliquod bonum tritici: hoc nondum est °in herba la-
ctente: nec quum folliculo se exserit spica mollis, sed
quum frumentum aestas et debita maturitas coxit.
Quemadmodum omnis natura bonum suum nisi con- 12
summata non profert: ita hominis bonum non est in
homine, nisi quum in illo ratio perfecta est. Quod
autem hoc sit bonum, dicam. Liber animus est ac
rectus, alia subiiciens sibi, se nulli. Hoc bonum
adeo non recipit infantia, ut pueritia non speret,
adolescencia improbe speret. Bene agitur cum fene- 13
ctute, si illuc longo studio intentoque pervenit, ubi
hoc et bonum, et intelligibile est. Dixisti, inquit,
aliquod bonum esse arboris, aliquod herbae: potest
ergo esse aliquod et infantis. Verum bonum nec in
arboribus, nec in mutis animalibus est: hoc quod in

E e 3

illis

c. *in herba lactente* est a coniectura Pintiani, ut eodem modo
hic dicatur *herba lactens*, quo Virgilio lactentia frumenta
Georg. I, 315. Mss. codd. et edd. ant. habent *latente*: unus
pal. *in terra lactante*.

12. *Liber animus* — nul-
li.] Cf. Ep. 74, ubi de hac re
multus est. *Hoc bonum* —
speret: neque infans sibi adi-
dicat, neque puer: adolescens
vero temere potitum eo se esse
sperat.

13. *Dixisti, inquit*] Epicu-
reus — *herbae*: cf. §. 11.
Precario bonum dicitur: Ep.
74, 16: cetera opinione bona
sunt, et nomen quidem habent
commune cum veris etc.

illis bonum est. precario bonum dicitur. Quod est? in-
 14 quis. hoc quod secundum naturam cuiusque est. Bo-
 num quidem cadere in mutum animal nullo modo po-
 test: felicioris meliorisque naturae est. Nisi ubi ra-
 tionis locus est, bonum non est. Quatuor hae naturae
 sunt, arboris, animalis, hominis, et Dei. Haec duo
 quae irrationalia sunt, eandem naturam habent: illa di-
 versa sunt, quod alterum immortale, alterum mortale
 15 est. Ex his ergo unius bonum natura perficit, Dei scili-
 cet: alterius cura, hominis. Cetera in sua natura perfe-
 cta sunt, non vere perfecta, a quibus abest ratio. Hoc
 enim demum perfectum est, quod secundum univer-
 sam naturam perfectum est: universa autem natura ra-
 tionalis est: cetera possunt in suo genere perfecta esse.
 16 In quo non potest beata vita esse, nec id potest quo
 beata vita efficitur: beata autem vita bonis efficitur:
 in mutuo animali non est quo beata vita efficitur: ergo
 in mutuo animali bonum non est. Mutuum animal sen-
 su comprehendit praesentia; ^d praeteritorum reminiscit-
 tur, quum id incidit, quo sensus admonetur: tamquam
 equus reminiscitur viae, quum ad initium eius admotus
 17 est. In stabulo quidem nulla illi viae, quamvis saepe
 calcatae, memoria est. tertium vero tempus, id est,
 futurum, ad muta non pertinet. Quomodo ergo
 potest eorum videri perfecta natura, quibus usus per-
 fectioni

*d. praeteritorum reminiscitur, quum id incidit, quo sensus ad-
 monetur: tamquam equus reminiscitur viae, quum ad initium
 eius admotus est. Sic Erasmi. Muretus etc. Codd. tur-
 bant, vel exemplum omittunt, vel ponunt: tamquam quos,
 tamquam quoque. Sed inde patet rō equus a manu auctoris
 esse. Mox e codd. plurimis reduxi nulla illi viae, quum
 in edd. deficiat: illi.*

15. Cetera relative sed non frui possunt, quia bono ca-
 absolute perfecta sunt, sive rent.
 secundum universam naturam 16. *Mutum animal*] etenim
 quae rationalis est: ita et muta ratione, ideoque bono orbatum
 animalia neque beata esse, ne- est, et omnia sensu compre-
 que beata vita, sensu absoluto, hendit etc.

fecti temporis non est? Tempus enim tribus partibus constat: praeterito, praesente, et futuro. Animalibus tantum quod brevissimum est in transcurso datum, praefens: praeteriti rara memoria est, nec unquam revocatur, nisi praesentium occurfu. Non potest ergo 18 perfectae naturae bonum in imperfecta esse natura. Aut si natura habet, hoc habet, quod habent et fata. Nec illud nego, ad ea quae videntur secundum naturam, magnos esse mutis animalibus impetus et concitatos, sed inordinatos ac turbidos. Nunquam autem aut inordinatum est bonum, aut turbidum. Quid ergo, 19 inquis, muta animalia perturbate et indisposite moventur? Dicerem illa perturbate et indisposite moveri, si natura illorum ordinem caperet: nunc moventur secundum naturam suam. Perturbatum enim id est, quod esse aliquando et non perturbatum potest: sollicitum est, quod potest esse securum. Nulli vitium est, nisi cui virtus potest esse. Mutis animalibus talis ex 20 sua natura motus est. Sed ne te diu teneam, aliquid erit bonum in muto animali, erit aliqua virtus, erit aliquid perfectum: sed quale? nec bonum absolute, nec virtus, nec perfectum. Haec enim rationalibus solis contingunt, quibus datum est scire, quare, quatenus, quemadmodum. Ita bonum in nullo est, nisi in quo ratio. Quo nunc pertineat ista disputatio, 21 quaeris, et quid animo tuo profutura sit? Dico. et exercet illum, et acuit, et utique aliquid acturum occupatione honesta tenet. Prodest autem et quod moratur ad pravam properantem. Sed illud dico, nullo modo prodesse tibi possum magis, quam si tibi bonum

18. *Aut si natura (calis) habet]* bonum, relative sumtum, de quo §. 11 monuerat.


21. *Sed illud — pono.]* Sic Ep. 73, 11 ait: Solebat

Sextius dicere, Iovem plus non posse, quam bonum virum. — Inter duos bonos non est melior. Iupiter quo antecedit virum bonum? diutius bonus est. cf. ibi notam.

num tuum ostendo, si te a mutis animalibus separo,
 22 si cum Deo pono. Quid, inquam, vires corporis
 alis et exerces? pecudibus istas maiores ferisque na-
 tura concessit. Quid excolis formam? quum omnia
 feceris, a multis animalibus decore vinceris. Quid
 capillum ingenti diligentia comis? quum illum vel
 effuderis more Parthorum, vel ut Germanorum nodo
 vinxeris, vel ut Scythae solent, sparseris: in quolibet
 23 equo densior iactabitur iuba, horrebit in leonum cer-
 vice formosior. Quum te ad velocitatem paraveris,
 par lepuscule non eris. Vis tu, relictis in quibus
 vinci te necesse est, dum in aliena niteris, ad bonum
 reverti tuum? Quod hoc est? animus scilicet emen-
 datus ac purus, aemulator Dei, super humana se ex-
 tollens, nihil extra se sui ponens. Rationale animal
 24 es. quod ergo in te bonum est? perfecta ratio. Hanc
 tu ad summum finem evoca, in quantum potest plu-
 rimum crescere. Tunc beatum esse te iudica, quum
 tibi ex te gaudium omne nascetur. quum in his quae
 homines eripiunt, optant, custodiunt, nihil inveneris,
 non dico quod malis, sed quod velis. Brevem tibi
 formulam dabo, qua te metiaris, qua perfectum esse
 iam sentias: Bonum tunc habebis tuum, quum intelli-
 ges infelicissimos esse felices.

22. *Germanorum nodo*] 24. *Bonum — felices.*
 cf. ad III de Ira 26, 3: add. Spectant haec ad Epicureos,
 Herodian. IV, 7. Capitolini Ve- quibus felicitatem summum
 rum c. 10. Tacit. Hist. 4, 61. bonum esse constat.





ROTANOX
oczyszczanie
lipiec 2008

